EUboya inſula nominatiſſima quã noſtro ſeculo Nigropontem dicimus in qua ciuitas Chalcis quã quidẽ Cecrope. Alij (vt Cicero de deorum natura libro. 3.) ab Alabando conditam dicũt. Plato vero in thimeo Amaſim regẽ Egiptum eiuſdem vrbis conditorem dixit. Hec cum eiuſdem inſule metropolitana ⁊ celebris atqȝ pugnaciſſima eſſet a Mahumeto Ottomãno Turcorũ principe venetis ablata fuit. In ea qppe Cecrops rex primus Appollinem deum appellauit. Simulacra reperijt. Et aras ibidem inſtituit atqȝ victimas imolauit. Ibi etiam preter tres filias et quartã genuit nomine Phrigiam que inde traijciens Phrigiam a ſe habitatã denominauit. Eam autem calcidẽ cepit Mahumetus turcoꝝ imperator quartodecimo. kal. Iunij Anno ſalutis. 1471. proditione cuiuſdã thome liburni cum magno xpianorum ⁊ maxime venetorum damno. Ubi prohdolor omnes puberes italicos ibi inuentos acutis palis tranſfigi fecit. et grecanã gentẽ ſub haſta vendere pcepit.

AT in gallia quas referre conueniat ſole inſule ſunt Stoecades ab ora ligurũ ad maſſiliã vſqȝ diſperſe. Baleares in hiſpania cõtra tarraconenſia littora ſite nõ longe inter ſe diſtãt vſqȝ ad euerſionem frugum cuniculis aĩalib' quondã copioſe. Et ex ſpacio ſui cognominib' acceptis maiores minoreſqȝ perhibent̃: Caſtella ſunt in minoribus Samo ⁊ Mago: In maioribus parma ⁊ polentia colonie. ¶ In atlantico quoqȝ mari vſqȝ occaſum gorgadum ſunt inſule Has incoluerunt gorgones mõſtra. Et ſane adhuc monſtruoſa gens habitat. diſtant a continẽti bidui nauigatiõe. Prodidit deniqȝ Xenophõ lampſacenus Harmenopem regem in eas penetraſſe. reptaſqȝ ibi feminas aliti pernicitate: atqȝ ex omnib' que apparuerunt duas captas. tam hirto atqȝ aſpero corpore. vt ad argumentũ ſpectande rei duarum cutes miraculi gracia inf donaria iunonis ſuſpenderint: que durauere vſqȝ in tempora excidij carthaginenſis. ¶ Ultra gorgadas heſperidum inſule (ſicut Seboſus affirmat) dierum. xl. nauigatione in intimos maris ſinus receſſerunt. ¶ Fortunatas contra leuam mauritanie tradunt iacere. Quas iuba ſub meridie quidem ſitas: ſed proximas occaſui dicit. De harum nominibus expectari magnum mirum reor: ſed infra famam vocabuli res eſt. In prima earum cui nomen eſt embriona: edificia nec ſunt nec fuerunt. Iuga montiũ ſtagnis madeſcunt: ferule ibi ſurgunt ad arboris magnitudinem: earum que nigre ſunt: expreſſe liquorẽ reddunt amariſſimuȝ: Que candide aquas euomunt etiam potui accomodatas: Alteram inſulam Iunoniã appellari ferunt. In qua paruule edes ignobiliter ad culmen faſtigiata. Tercia huic proxima eodẽ nomie nuda omnia: Quarto loco capraria appellatur enormibus lacertis pluſqȝ referta. Sequitur niuaria aere nebuloſo et coacto: ac propterea ſemp niualis: Deinde canaria repleta eſt canibus forma eminentiſſimis In ea edificiorum durant veſtigia. Auium magna copia: nemora pomifera: palmeta cariotas ferentia: multa nux pinea: larga mellacea: Amnes ſyluris piſcibus abundãtes. Perhibẽt etiã expui ĩ eã vndoſi maris belluas: deinde cuȝ mõſtra illa cum putredine tabefacta ſunt: omnia illic inſici tetro colore. Ideoqȝ non penit' ad nũcupationem ſui congruere inſularum qualitatem.

Caſſiterides inſule ſpectant aduerſus celtiberie latus: ſic dicte a grecis (vt plinius habet) a fertilitate plumbi in capite vero bethice vbi extrem' eſt noſtri orbis terminus inſula a continenti ſeptigentis paſſibus ſeperatur. Quã tyrij erithreã ⁊ peni lingua ſua gadir nominauerunt: De alijs inſulis in generali deſcriptione habitum eſt in ſuperioribus.

POſt inſularũ famoſaꝝ maris mediterranei ac aliaꝝ deſcriptionẽ Pauca de latitudĩe terre ſubiungem'.

LAtitudinem terre quatenus habitatã exiſtimarunt maiores noſtri in ſeptem climata diuiſerũt. ¶ Quorũ primũ ab inſula Meroe vſqȝ ad Sienem ꝑ milia paſſuũ quadringẽta et quadraginta ptendit̃. ¶ A cui' fine Secundũ incipiẽs in alexandria egipti finit̃. quadringẽtis paſſuũ milib' amplius. ¶ Tercium in rhodo deſinit. Huius latitudo tercẽtis et quĩquaginta milib' paſſuũ extenta eſt. ¶ Quartũ rhodienſe appellant: eiqȝ trecẽta milia paſſuũ latitudinis attribuũt. ¶ Quintũ romanũ ducentorũ et quĩquaginta miliũ. ¶ Sextuȝ ad Boriſtenẽ vſqȝ amnem pducũt. ducẽtis et duodecim milibus patens. ¶ Septimũ ad Ripheos mõtes ꝑ millia paſſuũ centũ ⁊ octuagintaquĩqȝ. ¶ Atqȝ ita oĩm climatũ latitudo ſup vicies centena cẽtum quadraginta duo milia paſſuũ complectit̃ Queadmodum hiis viſum qui de terre climatibus ſcriptitarũt. ¶ Longitudo climatum ab ortu in occaſum protrahit̃. Tantũqȝ alteruȝ ab altero ſuperatur. Quantũ ab equinoctiali circulo procul abeſt. ¶ Haud tamẽ hiis climatibus omnis habitabilis continetur. Siquidẽ longe vltra Meroem degere homines et ptolomeus et multi alij prodiderũt. Et vltra ſeptimum clima quod Ripheis montib' terminatur: magna pars germanie ſita eſt. Et tota Noruegia: ipſaqȝ britannie inſula atqȝ hibernie. In quibus maximi dies haud min' quã duas de viginti horas aſſumũt. Quas in ſeptimo climate terminari quidam tradiderũt: An vero ſub equinoctio habitacio ſit: Indiſcuſſum nunc relinquimus. hiſtoriam temporũ proſequentes.

Pariſius regia et inclita Galliarū vrbs in Senonenſi prouincia poſt Troyanū excidiū habuit iniciū. Nam parides cum Enea e troya ſecedens: vnaqꝫ cum francōe hectoris filio in Gallias ꝓficiſcens iuxta ſequane fluuium conſedit et ibi populum conſtituēs a ſe pariſios nominauit. Franci quidē ab origine Troiani fuerūt: Qui deleto Ilio duce priamo magni p̄ami ex ſorore nepote ꝑ pontū euxinū ⁊ Meotbidas paludes i ſcythiā ꝑuenere. Ibiqꝫ ciuitatem quā Sicambriam vocauere edificarunt Quo in gentem magnā coaluerūt. Manſeruntqꝫ romanis vectigales vt aliȷ̄ ſcythe vſqꝫ ad tempora valētiniani Ceſaris. Quo imperante Alani vexare imperiū ceperunt. Eo tpe libertatē in decēniū imperator ꝓmiſit vt alanorum ferocitatem cōpeſceret. Allecti eo premio ſicambri arma ſumpſerunt. et alanos victos bello deleuere Ideo libertati donati mutato nomīe franci appellati: quod attica lingua. ſiue feroces. ſiue nobiles ſonat. Itali frācos liberos vocāt. Exacto decennio: cum romani ſoluta tributa repeterēt: franci ob eam libertatem effrenes facti parere recuſarunt. Hoc ergo francorum genus cum ex ſcythia in germaniam veniſſet: Ibiqꝫ diu conſediſſet germanicum effectum eſt. Uerum cū creſceret imperiū ita et francia aucta eſt adeo vt tota gallia ferme et magna germanie pars a montibus pirreneis vſqꝫ ad pānonie terminos francia diceretur. Naꝫ quicquid francis ſubetat frācia vocabaẜ. Et in duas partes diuiſa fuit. Nā quod eſt gallie. occidentalis francia dicebatur: quod germanie orientalis. Hec gens ſub Carolo magno romanum imperium meruit. Qui afflictam lambartico bello ſedem apoſtolicam cōſolatus eſt. Sunt multi qui francos eos ſolummodo eſſe volunt. Qui circa pariſius habitant. Et illis datum imperium eſſe volunt quos rectius francigenas quis appellauerit. Que vrbs ꝑ tempora a regibus habitata in maximam ⁊ potentiſſimam euaſit ciuitatem. Cui poſtmodum Carolus cognomēto magnus ob loci cōmoditatem imperiali diademate ſuſcepto romanoruꝫ vniuerſale Gymnaſium condidit. Et a dyoniſio Ariopagita epiſcopo ab apl̄is eo vna cum Ruſtico et Eleuterio dyacono predicationis gratia directo' ſacrum xp̄i euangelium ſuſcepit. Et ibi coronā martirȷ̄ ſuſtinuit. Ornaẜ hec ciuitas clariſſima reliquijs bathildis regine: et Auree virginis aliorumqꝫ plurimorum martyrum.

Pariſius



Maguncia Metropolitana vrbs Germanie: Eam a maguntio quodã Troyano amicicium et nomen tempore troyane cladis habuiſſe Carinus in cronicis tradit. Hec inter belgas Germãie ciuitas eſt. et rheni rippas attingit. Famã eiꝰ clarẽ auxit Druſus nero germanicus. cum bellum aduerſus germanoꝝ trãſ rhenum ciuitates geſſit: Et ex fractura equo ſuper crus eius collapſo. xxx. die qua id acciderat mortuus eſt: Corpus eiꝰ a Nerone fratre ꝙ nuncio valitudinis euocatꝰ raptim accurrerat. Romam deuectum: et in C. Julij tumulo recõditus de mole druſi circa rhenum tacitus et alij mentionem faciunt. Hoc manifeſtant Magũtie druſi latium et alie antiquitates. Quidam a paulino pompeyo Romanorum legionibꝫ in germania duce ſub Nerone imperatore perfectam dicunt. Huius ciuitatis archiepiſcopus ad Imperatorem romanum eligendũ preſtat ſuffragia: Habet hec vrbs virum ſanctiſſimũ Albanum martyrem. ¶ Prope hanc ciuitatem Franckfordia nobile emporium eſt: in quo ſuperi cum inferis germani cõueniunt bis ſingulis annis. Ibiqꝫ imperator elegitur ex veteri conſuetudine. Eaꝫ autem ꝑlabitur. haud ignobilis amnis quem moganum vocant. Ptholomeus hunc fluuium obrigma appellat. Qui ſuperiores germanos ab inferioribus eundem diuidere affirmat. Neqꝫ alius fluuius eſt qui eam diuiſionem apertius qꝫ moganus efficere poſſit. Et hodie quidẽ inferiores germani vſqꝫ ad Maguntiam procedunt. Abinde ſuperiores vocantur. ¶ Moganus vero ex montibus bohemie vicinis ortus de regione Moguntie in rhenuz exonerat. Ob quã rem non defuerunt qui Moguntiam a mogano fluuio dici crederent. Edes autem ampliſſime more romanorũ Moguntie: et baſilice ornatiſſime cum arce epiſcopali. et plura memorie digna in ea viſuntur. Et aliqua propter bella deuaſtata.

## Maguncia






REgnum Lacedemoniorū oritur vbi primum regnauit Euristeus et regnauit annis. 42.

BOos filius salmon naſcit anno patris ſui. 48. mundi ſm lxx. 3775.

## Euriſteus






REgnum Corinthiorum orit vbi Atlethes primum regnauit grec⁹ luctator victorioſiſſimus. cū ſe plurimum poſſe in corintho videret. et populum quo vellet aut vi aut perſuaſione pducerer imperiū ſibi aſſumpſit

## Atlethes



NOta q hic fit ſaltus per euangeliſtas: quo ad boos ꝛ obeth. quia ad minus inter eos fluxerunt. 272. Anni quod tempus ad vnum hominem referri non poteſt. Et ideo hic quinquies ponitur Boos magis ad denotandum tempus q̃ rem geſtam. Nicolaus tamē de lyra dicit q iuxta veritatē hyſtorie fuerunt tres boos ſibi viciſſim ſuccedētes: ſed h pro ſolido aſtrui non poteſt quia non habet ex canonica hyſtoria. Sed hoc eſt certum q inter principiū iudicatus Joſue. quando Salmon accepit Raab. que peperit boos: vſq ad natiuitatē dauid fluxerunt anni circiter. ccclxviij. Ubi tñ niſi tres ab euāgeliſtis generatōes ponūt.

RUth Moabithides genere fuit. Que virū noīe Maalon genere iudeum ex Bethleem ciuitate natū accepit maritū. Cui⁹ viri pater Elimelech fuit. Mater noemi. qui famē terre ſue ferre non valentes in terrā Moabitarū cū duobus filijs ſuis migrauere. Ibiq dum cūcta eiſdē bene ꝓcederēt filijs ſuis Moabitidas dedere vxores. vni ſcz Chelion Orpham: ꝛ Maalon Ruth. Tranſactis deinde. 17. annis Elimelech ꝛ duo filij ei⁹ mortui ſunt. Neomi aūt amare ferēs infortuniū ſuū in terrā ſuā iuda regredi ꝓpoſuit. Sed ei⁹ nur⁹ deſeri ſe ab ea nō tollerabāt: nūc ipā ſine eis ꝓficiſci nō poterat. Tandē vna remanēte. Ruth ipſa cū remanere nō potuiſſet. Noemi ſocr⁹ ſociā ſibi duxit in Iudeā. Cūq in bethleem ingreſſe fuiſſent Booz Elimelech cognat⁹ ſuſcepit eas in domū ſuā. Procedente deinde tpe Booz cū didiciſſet Ruth vxorē fuiſſe cognati ſui defuncti: ꝛ ipſe ſine vxore eſſet: ſcdm legē Moyſi duxit. Quo facto poſt annū peperit ei filium. Quē Neomi ſocr⁹ ſumēs ſuo cōſilio vocauit eū Obeth. eo q in eius ſenectute nutriretur. Inde et ipſe obeth genuit Ieſſe ex quo natus eſt dauid.

Linea pontificū




Iſti quattuor in linea pontificum: nō fuerūt ſummi ſacerdotes. ſed Sadoch de eis deſcendit: quē ſalomō conſtituit ſummū in pontificatum: reiecto pri⁹ abyathar de ſacerdotio qui fuit vltimus de linea ythamar.

Iepte illegittim⁹ princeps latrocinātiū. fact⁹ eſt dux exercit⁹ a galaaytidis vt pugnaret contra āmonitas. ꝛ miſſis pri⁹ nūcijs Jepte ad regē Amon: ratione oſtēdeus iniuſte eos vſurpare velle terras eis a dn̄o cōceſſas. cū nollet eū audire facto voto de offerendo qđ ei primo occurreret de domo reuertēti cū victoria acceſſit cōtra āmonitas et debellauit eos. Cui reuertenti occurrēs filia virgo cū tympano: vt votū ſeruaret ymolauit eā. ſtult⁹ in vouēdo. impi⁹ in implēdo. Judicauit aūt Jepte iſrael. vi. ānis iudex ſeptim⁹. poſt quē iudicauit. vij. Abeſſan de bethleem annis. vij. habēs. xxx. filios ꝛ totidē filias. Poſt quē iudicauit. ix. Abyalon zabulonites annis decē. Judicauit poſt illum Abdon. viij. annis hn̄s xl. filios Judex decimus.

Carthago vrbs fuit celeberrima ī affrica a Cartha oppido (teſte Seruio) nomen aſſumpſit. Et apud grecos. ΚΑΡΧΗΔΩΝ. ſcribit̄. Cōſtructa primū a didone beli regis tyriorū filia: annis ſeptuagīta trib⁹ anteq̄ roma ipſa cōſtrueret̄ vt dixit Juſtin⁹ libro. xviij. Que pri⁹ a bouis corio Byrſa dicta fuit. qꝛ ꝑ illa edificāda tantū loci dido emerat a rege hiarba. q̄ntum corio thauri tegi poſſet. dicēte virgilio libro Eneid. primo. Mercatiq; ſolū facti de noīe byrſam: Thaurino. q̄ntum poſſet circūdare tergo. Coriū enī illud in tenuiſſimos filos ſecari fecit. quo loco multū circūdedit vocātes illū locū lingua phenicia byrſam. i. coriū: que poſtea mutato vocabulo Carthago dicta eſt. Cicero quoq; de natura deorum libro ſecūdo. Poſtq̄ tres hercules declarauit. Quart⁹ inq̄t fili⁹ Jouis et Aſteries ſororis latone qui Carthaginē filiā genuit a qua Byrſa quā dido cōdidit Carthago vocata eſt. Hec eadē teſte Plinio libro. xv. naturalis hyſtorie centū viginti annis romanis emula fuit. Pluries enī deſtructa: Pluries inſtaurata. Fuit aūt hec inclita ciuitas vetuſtate originis magnitudine ꝛ claritate ante omnes affrice ꝛ hyſpanie ꝓuinciarum vrbes memorāda. Primo autē excidio Scipio iunior magni Scipionis nepos in tercio bello punico cōſul fact⁹ ſex cōtinuis dieb⁹ ac noctib⁹ illā oppugnauit et vltra deſperationē tandē ciues in deditionē traxit. petētes vt q̄s belli clades reliquos fecerat viuere ſaltē liceret. Eo ī bello mulierū viginti q̄nq; milia: viroꝝ vero trigīta trucidata fuiſſe referūt̄: Haſdrubal aūt eoꝝ rex vltro tranſfugiēs ei⁹ vxorē. ſe ſuoſq; filios in mediū iecit incēdium. quod ſexdecim cōtinuis dieb⁹ arſit. Et miſerū (vt Liui⁹ ait) etiā victorib⁹ ꝓbuit ſpectaculū. ꝛ tūc Carthago ſexcēteſimooctauo ab ei⁹ cōditiōe anno omni murali lapide deleta fuit. Verū poſtq̄ euerſa fuit vigeſimoſcđo anno lelio cecilio motello. ꝛ T. Q. flāmineo cōſulib⁹ reparari iuſſa eſt. qua repata Romani ciues eo milīti deducti ſunt. Sed vt idē liui⁹ inq̄t intra breue tp̄s Ethna vltra ſolitū flāmeos ignes euomēs calidis cinerib⁹ exuſta eſt. tecta deſtruxit. Cui⁹ ſubleuande calamitatꝭ cauſa Senat⁹ Ro. decē annis ei vectigalia remiſit. Multas etiā ꝑ tp̄a Gethorū calamitates ꝑtulit. Tandē in Mauroꝝ man⁹ deueniēs regū ſedes. ꝛ regia nūc vſq; habita eſt. Que et vernacła lingua Tuniciū appellata eſt.

Carthago



## Sine iudice
## Linea Judicum

Yepte



Abeſſan



Abyalon



Abdon



Saul primus iudeorū rex. Cis de tribu beniamī filiꝰ duodecimo ſacerdotij Samuelis anno a domino in regē electꝰ Regnauit cū ipſo Samuele annis. 26. Hic a principio vir bonꝰ. deinde mādata dei cōtemnēs ex rege tyrānꝰ et oppreſſor ſuoꝝ ſubditoꝝ euaſit. Tandē poſt multas dauid regi pſecutiōes illatas cū cōtra paleſtinos in mōte Gelboe Syrie pulcre pugnaret ab eiſdē fuſus ꝛ ſupatꝰ ſuis oībus pene pſtratis. poſtremo ꝛ ipſe grauiter vulneratꝰ in euaginatū gladiū irruens mortuꝰ eſt. Hoc vidēs eiꝰ armiger ſeipm̄ interfecit.

## Primus rex iſrael Saul



David ſe preſentāte ſauli Jonathas filiꝰ ibi pſens maximā amiciciā cū dauid cōtraxit ita vt omnibus veſtimētis ſuis faceret eū indui. aſcēdentibꝰ autē Saule et dauid cū pplo in hirlm cū victoria ꝛ choris puellarū cū muſicis cantātibꝰ in obuiā eoꝝ. Saul pcuſſit mille. et dauid decē milia. contriſtatꝰ eſt ex inuidia: timens ne regnum deueniret ad eū. ꝛ quadā die pſallentē coram eo in cythara: Saul lancea qſiuit eū trāſfigere Poſtea aūt fecit eum tribunū ſup gentes armoꝝ. Promiſitqꝫ ſaul dauid dare ſibi vxorē filiā ſuā Michol: ſi ei afferret centū pp̄ucia philiſtinoꝝ: ſcꝫ eos occidēdo. intēdens ex hoc mortē dauid inferendā a philiſteis. q̄ aſſentiēs attulit ducēta p̄pucia: occidēs illos in bello iuſto: qꝛ inimici erāt populi iſrael. Jonathas aūt valde diligēs dauid vbis ſuis recōciliauit eū pri ſuo ſauli: quē q̄rebat occidere. Et cū ī bello habito ꝯ̄ philiſteos: Dauid feciſſet plagaꝫ magnaꝫ in philiſteos: Saul iteꝝ qſiuit haſta ſua cōfigere dauid cytharizantē corā eo: Sꝫ dd̄ declinauit ictū: Fugientēqꝫ ad domū cū ſaul miſiſſꝫ ſatellites ad capiēdū eūꝫ occidēdū Michol vxor ſua nūciauit ei: ꝛ emiſit eū p feneſtrā. Cūqꝫ nūciatū fuiſſꝫ ſauli q̄ eſſet ī naioth cū Samuele miſit apparitores vt caperēt Dauid plres ꝛ varios tribꝰ vicibꝰ. q̄ cū veniebāt inuenientes pphantes cū ſamuele ꝛ dauid. et ipſi cū eis pphabant laudātes deū. demū ipſe ſaul acceſſit: qui etiam ſimul cum illis prophetauit nudus ſe expolians.

In iudicatu illoꝝ triū ſcꝫ Abeſſon Abyalon: et abdon: tpa q̄eta fuerūt ꝛ ideo nil notabile actū eſt tūc in iſrael. Sꝫ nota q̄ iſtū Abyalō. lxx. nō hn̄t nec etiam tp̄s ſine iudice ſuprapoſitū. ſꝫ iſta tpa aſſignat Joſue q̄ nō hꝫ tp̄s ſpāliter diſtinctū. ſcḋm hebraicam veritatem. ꝛ ita concorda ſuppotationes annorum ſm quēlibet alioquin errabis.

Narrat Augꝰ. et Boeciꝰ in de philoſophico cōſolatu li. iiij. Metro. iij. Q Ulixes rediēs de bello troyano decenio errauit in mari. Nā cū in extremo Italie Sycilia vſus cū vnica naui fortūe gr̄a ad inſulā in q̄ magna Circes dn̄a pulcherrima q̄ filia Solis dicebaꝉ habitauit applicuit ꝛ itrauit. Iſta p icantatiōes ꝛ carmina miſcuit quedā pocula: p q̄ oēs bibētes trāſmutauit ſicut voluit a nā hūana ī beſtias. Vn̄ ſtati ſocijs vlixis porrexit de potatiōe ſua. vn̄ ꝛ aliū mutauit in aprū aliū in leonē. aliū in ceruū. Ulixi vo dederat mercuriꝰ (q̄ ſuꝰ ꝛ archadie deꝰ dicit) vnū florē cuꝰ virtꝰ fuit cōtra tales incātatiōes reſiſtere. Unde nihil paſſus. magam inſequiꝉ et eam ad reparatione ſocioꝝ euaginato gladio coegit. Hūc vlixbonam in hiſpania Solinus cōdidiſſe ſcribit. Et ab ipſo vlixe: vlixbonā nomen accepiſſe. De eius erroribus penolopeqꝫ vxoris caſibꝰ homerus. xxiiij. libros diuinos carmie ſcripſit. Quos odyſſee volumen appellauit.



Linea pōtificum

Heli



Phinees



Achitob



Achimilech



Abyathar



Iste heli ſacerdos ꝛ iudex. habuit hos duos filios ſcꝫ. Ophni et Phinees. et quia in arguendis filijs tepidus fuit. ideo reprobatus fuit a domino. Auditaqꝫ ſtrage filiorū et Archam captā a philiſteis de ſella cadens. fractis ceruicibꝰ expirauit pre dolore dum octo ꝛ nonaginta vixiſſet annos.

Samſon duodecimus et vltimus iudicū iſrael Iudicauit annis. 20. Hic hebreorū fortiſſimus fuit, patri ſuo Manne naſciturus ꝑ angelū fuit annūciatus Nazareꝰ. vxore ducta in thannata parabola de leone conuiuis ꝓpoſita. et per dolum mulieris ſoluta. cū ſegetes hoſtiū incendiſſet. ꝛ mille viros mandibula azini aquā dante trucidaſſet. Tandeꝫ dolo dalide raſis crinibus a philiſteis captus. Renatis crinibꝰ concuſſa domo plures ſtrauit mortuus qꝫ viuus. Cōcuſſis eīn columnis tota domus ſup principes vniuerſos cecidit et tria milia hominū extinxit. inter quos ꝛ ipſe vna cū eis defunctus eſt. Venīeteſqꝫ fratres eiꝰ ſuſtulerūt corpus ꝛ ſepelierunt in ſepulcro patris ſui.

Achitob filius Phinees filij heli fuit pater Achimelech quē ꝑeuſſit Saul cum omni domo ſua ꝓpter dauid vt patet ſup̄.

Poſt ſamſonem iudicauit Heli. qui et ſacerdos et a digniori ſacerdos eſt nominatꝰ nō iudex. Trāſlato ergo ſacerdotio a filijs Eleazar. hic primus de filijs ythamar arripuit. Forſitan ipſemet factus iudex ſacerdotiū ad ſe tranſtulit. Cepit aūt iudicare anno ab exitu de egipto. ccc lvi. etatis aūt tercie id eſt ab Abrahā. d ccc lxi. mundi vero bis milleſimo. d ccc ix. Et iudicauit annis. xl. huiꝰ tp̄e ꝯtigit hyſtoria ruth de q̄ ſup̄.

Samuel ſanctiſſimus propheta domīī hebreorum ſacerdos et iudex poſt hely ſacerdotem dei populum rexit annis. 40. Hic Helchane ꝛ Anne vxoris eiꝰ filius fuit. Cuꝫ helcana habuit duas vxores: ſcꝫ Annā et Phenennā. Anna aūt ſterilis erat. ſed tamē magis a viro diligebatur. Phenēna vero fecūda propter quod exprobrauit anne de ſua ſterilitate: ſup quo contriſtata valde acceſſit ad templum orans et votum faciens pro filio obtinendo. Et cum reprehenderet ab hely ſacerdote: q̄ vt ebria oraret: illa humiliter excuſauit ſe indicāſ ſuam afflictionem. Exaudiuit aūt dominus orationem anne et dedit ei filium maſculum ſcꝫ Samuelem ꝓphetam quē ablactatum obtulit eum domino ad tabernaculum dei. et ibi miſit eum ad ſeruiendum in eo. Qui a puericia vſqꝫ ad ſenium digne domino deo miniſtrauit. Qui tandem cum iudicaſſet iſrael annis quadraginta. Secūdo ante obitum Saulis anno diem ſuum obijt. quē ſinguli ex pplo iſrael tanq̄ ꝓpriū fleuere parentem. Eius aūt corpus in Ramatha ſepultū fuit.




Linea Iudicum

Samſon



Hely



Samuel



Neapolis



Neapolis vrbs vetuſta atq̃ p̄clara Campanie:olim parthenope dicta. Cui⁹ originē Tit⁹ liui⁹ ī octauo refert in cumaīs his verbis. Palepolis fuit haud ꝓcul. vbi nūc Neapolis ē duab⁹ vrbib⁹ itēm populus habitabat cumis erāt oriūdi. palepolimq̃ quā tenerēt greci dicit infra liui⁹ a publio plautio cōſule captā fuiſſe. ⁊ infra Iaʒ publi⁹ inter palepolim neapolimq̃ loco opportune capto diremerat hoſtibus ſocietatē aurelij inuicē. Quidā tñ ſcribūt eā regiā ciuitatē a dyomede rege in littorib⁹ maris cōditaʒ fuiſſe. Que poſtq̃ romanis ſe ſubiecit:eiſdē alijſq̃ principib⁹ ⁊ dñis fidē ſemꝑ ſeruauit. Liui⁹ q̄ʒ dicit Neapolim auxilio nolanoꝝ romanis deditā fuiſſe. Vſi vero ſūt ſemꝑ poſtea Neapolitani erga romanos ⁊ alios dños cōſtātiſſima fide. Primū romana republica canenſi clade cōſternata cū ad hieronē iam hyeme impendente cōſiſteret bellū neapolitani legati romā venerūt ab his q̄draginta pathere auree magni pōderis in curiam delate. q̄s quidē ſenat⁹ cōtra morē ſuū accepit. ⁊ neapolitanis grās egit. Cūq̃ hanibal Neapoli ſummope potiri q̄ſiuit: Neapolitani in romanoꝝ ptib⁹ p̄ſtiterūt. floruit aūt ſemꝑ poſtmodū neapolitana vrbs romana re ſub cōſulib⁹. ⁊ pariter ſub p̄ncipib⁹ integra adeo vt apud eā graues viri animoꝝ a curis laxamētum quererēt. Et diſcoli laſciuie diuerſoriū. Suetoni⁹ de nerone reuerſus e grecia neapolim. q2 in ea primū artē muſicā ꝓtulerat. albis equis introijt diſiecta pte muri. Sed ⁊ viros videm⁹ l̄rīs celebratos. Virgiliū diu. Titū liuiū aliq̄n. ⁊ horaciū Neapoli moratos fuiſſe. Et Serui⁹ aſſerit virgiliū ſcripſiſſe Georgica neapoli quā parthenopē appellauit: Franciſc⁹ q̄ʒ petrarcha preſtanti vir ingenio. a Roberto rege neapolitano gallicana oriūdo ꝓgenie rogat⁹ Neapolim bis ſe cōtulit. Sed a trecētis annis citra regia dignitate inſignita. Habet nūc neapolitana baſilicas. menia ⁊ arces ⁊ publicas ⁊ priuatas edes ſupbas. ⁊ ceteris italie maiorib⁹ cōparādas. In q̄s preclarūq̃ virginis clare mōſteriū. qḋ a ſancta Arragonie regina Roberti regis incliti vxore edificatū. facile oīa italie mōſteria antecellit. Ei q̃ ꝓximū eſſe videt ſancti Martini extra vrbis menia Cartuſiēſe cenobiū edificij magnificētia pulcherrimū. Cōſtat tñ arcē vnā. Caſtellū nouū appellatuʒ mari imminēteʒ Alphōſi regis laude ⁊ memoria dignū op⁹. Ceteris q̄ ī italia nūc extāt veterib⁹ ſiue nouis opib⁹ monumētis ⁊ ſtructuris p̄ferendū eē. Si turriū ei⁹ muroꝝūq̃ altitudinē ⁊ craſſitudinē ⁊ pulchritudinem. ſiue aularū cubiliūq̃ ⁊ ſingularū ei⁹ parciū amplitudinē ⁊ ornamēta perit⁹ euiſmodi reruʒ exiſtimer. Veſuui⁹ q̄ʒ mons cāpanie. ab oīni alio mōte ſolut⁹: Neapoli ad q̄ttuor milia paſſuū ꝓxim⁹: Vinetis oliuetis ⁊ quibuſdā fructiferis arborib⁹ refert⁹. Sʒ p̄ceteris vini vbertate admirabil. qḋ iam grecū vocāt. Eructauit q̄n q̃ cineres ⁊ incēdia in formā pumicearū arenarū. Ita vt ex illis campi vſq̃ ad arboꝝ cacumīa intumuerint. Et tpibus Traiani impatoris plinius ſcḋus ex Meſſanenſi claſſe cui p̄erat ad viſendū hoc ſpectaculum propius accederet ab incendio abſorptus eſt.

Linea regũ aſſirior. Thatanes




Sub iſto factũ ẽ excidiũ troye forte prime ⁊ nõ ſcḋe.

Erat principalis grecoꝝ ꝑpt hãc victoriã troye greci hyſtorias. ⁊ alia facta ſcripſerũt ãno p̄io vel ſcḋo ⁊c̄ Poſt captã troyã tp̄e eſt terci⁹ ann⁹ Abdon iudic̄ iſrael.

Anno mundi. 4025.

Sub iſto bella troyana facta deſcribunt̄ regnãte apḋ athenienſes Mneſteo apud ſycbomos poliſide.

Iſte Thineus. 28. Rex aſſyrioꝝ ſub quo etiam ceſſauit regnũ ſycbomoꝝ tp̄e heli ſacerdotis cũ nongẽtis trigintanouem annis regnaſſent. poſt quos ſacerdotes carni conſtituti ſunt.

Anno mũdi. 4075.

Ieſſe vel yſay habuit ſeptem filios et duas filias quorum nomina patent hic.

Linea Chriſti






# Homerus



Homerus poeta aſianus omniũ grecorũ clariſſimus de cuius tpe ac vita incerte ſunt ſententie. in grecia claruit tpe Saul reg[is] iſrael. hic vt ait belynandus li. iiij. ab Atheniẽſib⁹ pro inſano habit⁹ eſt. eo ꝙ deos inter ſe belligeraſſe diceret. Hic etiã vt dicit in policrato li. i. leuẽ queſtionẽ a nautis ſibi ꝓpoſitã nõ potuit explicare. a quib⁹ dum irriderent⁹ ⁊ procaci⁹ derideret: vir verecũdi ingenij quaſi toxicato cõfuſionis iaculo pfoſſus ad mortẽ ſpiritũ exaluit. Queſtio aũt nautarum hec fuit. Ibat em̃ homer⁹ ſpaciatũ in littore mar[is] aſpiciẽs celũ vtpote cõſideratiõe eleuat⁹: quẽ videntes piſcatores ſedẽtes in littore adinuicẽ colloquẽtes deriſerunt. qui cũ eos ridẽtes aſpiceret interrogauit q̃d haberent. q̃ dixerũt. quotq̃t cepim⁹ nõ habem⁹. ⁊ q̃o nõ cepimus retinem⁹. Vermes em̃ in veſtib⁹ ſcrutabant. Homerus vero dirigẽs cogitatum ad piſces cogitabat qualiter hoc eſſe potuiſſet vt videlicet nõ dum captos haberẽt piſces: et captos piſces nõ haberẽt. Ayũt vero quidã eũ ex hoc amaricatum adeo vt in inſaniã verſus ſeipm̃ ſuſpẽderit. Vixit aũt annis. c viij. De homero hyſtoriographi referũt ꝙ ipe virtute pariter ⁊ etate nõ ſolũ poetaꝝ ſed ⁊ philoſophoꝝ princeps vocari pariter ⁊ haberi apd̃ grecos iure meruit. Naz ⁊ ante omnes fuit quoꝝ memoria nota eſt. ⁊ oĩbus veri⁹ ⁊ lucidi⁹ quicq̃d dicere voluit explicauit. Hic de troye captiuitate iuxta numeꝝ grecoꝝ litterarũ. xxiiij. libros heroicis verſib⁹ edidit. q̃o opus Iliades nomĩauit. Alterũ quoq[ue] hiſdẽ verſib⁹ cõdidit ad earundẽ numerũ litterarũ quod vocauit Odyſſeam in qua vlixis errorẽ ſcripſit. Vixit aũt annos centum et octo ſemper vt plurimum cecus.

## Codrus



## Anchiſes Ven⁹ dea



Anchiſes Capis troiani fili⁹ a Sibilla phrigia p̃monit⁹ ciuitatẽ troyanam fore perituram. in nemora ſeceſſit et ſolitudines coluit. ⁊ armẽtoꝝ atq[ue] gregum curã ſuſcepit. Circa q̃t plurimuz diuitie antiquoꝝ fuere. Quib⁹ cũ apud Symeantẽ vacaret flumẽ a venere dilect⁹ eſt. Et ei⁹ amicicia atq[ue] cõcubitu vſus ex dea venere generauit Eneam q̃ regnauit in ytalia. Hec ficticia deceptores rudiũ ppl̃oꝝ confinxerũt quib⁹ ſua ſtupra et adulteria palliarunt.

Eneas anchiſe fili⁹ Anno ſexto principatus Labdon in latiũ venit hic certe omni forma ⁊ elegantia inclit⁹ fuit. q̃ cũ patre ⁊ Aſcanio filio ac Cayeta nutrice mil̃tis troyanis cõſociat⁹ poſt delerã troyã a grecis relegatis venit in ytaliã cũ viginti nauib⁹. ⁊ plurima bella cõſtituit. Hic fertur in cõiugẽ habuiſſe filiã priami. ⁊ de⁹ habit⁹ fuit errore vulgi.

Codr⁹ ille Melanti regis fili⁹ vltim⁹ rex Atheniẽſiũ fuit. ſeptimo ⁊ vigeſimo principat⁹ Samuelis ſacerdotis anno p⁹ patrẽ atheniẽſib⁹ regnare cepit. ⁊ regnauit annis. 21. Poſt cui⁹ mortẽ atheniẽſiũ reges defecere. hic nõ regali ſed deſpecto habitu quo ignot⁹ eſſet ſeipm̃ volũtarie morti tradẽs. vt morte ſua ppl̃m ſuũ ab hoſtib⁹ liberaret. dignũ exemplũ paucis aut nullis imitãdum principib⁹ reliq̃t. Vñ ob hãc mirã fidelitatẽ a ſcis doctorib⁹ allegari ſolet quaſi quedã figura xp̃i in eo ꝓceſſiſſet. Naz cũ ſciebat ꝙ peloponẽſes reſpõſuz habuiſſent a dijs ꝙ ille exercit⁹ haberet victoriaz. cui⁹ rex occideret in bello. vt victoriã haberet exercit⁹ ſu⁹ accedẽs ad extremũ hoſtiũ cõtendens cũ vno occiſus eſt. Quo agnito peloponẽſes bellũ e veſtigio ſoluũt ⁊ atheniẽſes liberãtur. Maluit hic certe ſic mori vt ſui vincerẽt q̃z ſuis fugatis glorioſus viuere. Codro itaq[ue] defuncto atheniẽſiũ reſpublica tamdiu p magiſtrat⁹ poſtea eſt adminiſtrata quouſq[ue] ſolon inſignis legũlator in ducẽ fuit elect⁹. Reges aũt atheniẽſiũ a centeſimo hebreoꝝ ſeruitutis Anno vſq[ue] ad iſtũ. 4 87. annis regnauere.

Iſte Aſcani⁹ fili⁹ Enee ex Creuſa priami regis filia ſc̃ds rex latinoꝝ regnare cepit. Albam ciuitatẽ cõdidit: ibiq[ue] regnauit. Vnde dict⁹ eſt rex albanoꝝ. Poſteriq[ue] ſui dicti ſunt Albani: ⁊ fuit prim⁹ rex albanorum. Illam autem ex oraculo ſuis albe quã in albano monte cum triginta pullis inuenerat. Et ab ſitu porrecte in dorſo vrbis longam albam appellauit.

## Linea Regum ytalie

Latinus



Eneas



Aſcani⁹



Venecia ciuitas noſtro euo cantatiſſima: temporũ nobile ytalie. terra mariq; potentiſſima. Quã quidam ab Eneto ſeu veneto Troyano iniciũ habuiſſe dicũt. Troya eñ euerſa anthenor cũ in intimum ſinum adriatici maris claſſe vect⁹ aduenit. Erat cũ eo multitudo Enetũ: qui ſeditiõe (vt Titus liuius memorat) ex paflagonia pulſi. in quã habitarẽt querebãt ſedem qui veneti appellati. Prouĩcia hinc venetia appellata. Longitudo hui⁹ hyſtriam. Ac deinde quicquid eſt agri in padum flumẽ. Latitudo vero hic padum flumẽ. inde alpes (qui ytaliã a germania dirimũt) amplexa eſt. Regioni nomẽ diu vt venecia appellaretur annos ſupra mille quĩgentos mãſit. Bello ipſam ⁊ qui erãt vicini Ciſalpini galli. ⁊ qui venerunt in ytaliã germani ſepenumero infeſtarũt ac populati ſunt. Oĩm vero ſeuiſſim⁹ Athila rex hunoꝝ fuit. Is cum magno exercitu veniẽs oppida expugnauit multa vi capta ſuccendit. quedã funditus diruit. Tum iſto rege Padua capta ⁊ ſuccenſa. Aquilegia ⁊ alijnũ euerſe. Primates nomĩs veneti vt peſtem hanc fugerẽt ſeſe ac quos haberẽt liberos. cõiuges. fortunas in proximas inſulas contulerũt. Et veneciarũ ciuitatẽ ꝓ regione appellarũt. Aquilegienſes igit̃ gradũ Cõcordienſes cõdidere crapulas. Altinates ſicut vrbẽ ſuã in ſex portas diuiſam habebãt. Sex q; in ſtagnoꝝ inſulas opida cõdiderũt. Torcellũ. maiorbum burianũ. amoriacũ Conſtãciacũ et aimanũ pataminorũ pars Riuũ alti. et poſtea dorſuz durũ. Monte ſilicenſes adeuſtã methamaucũ. Albiolam paleſtriolã. Et foſſaz Clodiam. Venetos quoq; troyana ſtirpe ortos eſſe auctor eſt Cato. Primi ei⁹ vrbis magiſtrat⁹ tribuni fuerũt. verũ ciuitas libero iure et ad imperandũ nata. cõtinuo rei maritime ſtudio pollere cepit. breuiq; ei⁹ opes intantũ vt mari terraq; finitimis terrori eſſent. Procedente tpe eoꝝ imperium ad ortũ ꝓpagari ceptũ. multaq; in dalmatico ſinu. Epiro et vniuerſa grecia quas prouĩcias pene omnes breui tempore ſue dicionis fecere. Et in ora pontici maris non pauca geſſere. moxq; ad Tanaym vſq; veneta arma promota ſunt. rurſus et in Syria per ſe nõ pauca. multa quoq; ſociali bello ab his geſta referuntur. Nota ſunt Friderici imperatoris tempora que nauali prelio ad apoſtolice ſedis obſequiũ retraxere. Creuit autem ab ipſo conditiõis inicio veneta ciuitas cum a potentioribus ditioribusq; olim regionis venete. fuit a pricipio habitata. Porro ducalis ſedes primũ ĩ Eraclea. deinde in methamauco. Poſtremo in riuoaltum conſenſu omnium tranſlata eſt. q; tutus eſſe locus hoſtili a manu. ⁊ condendam ad ciuitatem maritimam omnium cõmodiſſimus videretur. Que autem mediterranea prouincia fuerat. Ea ciuitatibus euerſis



mutauit nomen. Nec deinde venecia: Sed pars nomen lombardie accepit. Pars marchia taruiſana. Pars
fori iulij patria. pars hyſtria appellata eſt. Inſulis vero quod regionis fuerat antiquū nomen manſit. et cuꝫ
plures eſſent Venecie appellate ſunt. Et nūc ciuitatis vnius nomen ſortite ſunt. Ea igitur in intimo adriati
ci maris ſinu ſita. Ad annum ſalutis quīquageſimūſextum ſupra quādringentenum condita fuit. quo anno
Attila rex hunorum aquilegiam diruit Narſes iuſtiniani imperatoris dux aduerſus Gothos eccleſias ſan-
cti Theodori et Geminiani in venecijs edificauit. deinde pataui ſcd̄a tranſmigratione in ſtagnum venecia-
rum confugientes. Riuum altum impleruit. Et oliuolenſe caſtrum vbi nunc caſtellanum eſt epiſcopiuꝫ con
didere. et ſancti martini et ſancti Johānis in bragula eccleſias conſtruxerunt. Variaſqꝫ baſilicas celeberri-
mas. Ciues poſtea edificarunt ad octingenteſimum et vigeſimumſeptimum ſalutis annum Juſtiniani du-
cis venetorum anno ſcd̄o beati Marci corpus ex aſia eſt delatum. Anno ſequenti cum frater eius Johānes
in ducatu ſuffectus eſſet. Eccleſia ſancti Marci edificata in celebriori vrbis loco. vbi precioſiſſima et pene in
extimabilia recondita ſunt dona. Augebantur enim indies venetorum opes mirabili incremento. Nam ad
annum quartum de duodecies centeno veneti francis bello ſociati vrbis Conſtantinopolitane dominio ſūt
potiti. Poſtea pons riuoalti ſubliceus eſt conſtructus. Ut autem pauca e multis narremus. Situꝫ vrbis po
tius mirari q̄ꝫ digne laudare poſſumus. Urbem e medijs vndis ſurgentem adeo humanarum rerum exun-
dantem mari contiguam vt omnes omniū generum merces excipit. Cum interea illuc oportuna flumia acce
dant. quibus fruges et alia vite neceſſaria e mediterraneis locis aſportant. Hinc illud fieri dictu mirabile
vt in qua vrbe ferme nihil gignitur in ea omniū copia exuberet. Taceo domorum amplitudinem Turres p̄
celſas. ſacratiſſimarum edium ornamenta. Et e medijs vndis tecta ſurgentia vix ipſis qui non viderūt cre-
denda. Que poetarum quiſpiam non abſurde dixerit. manibus fabricata ciclopum. Quid naualia adducaꝫ
et in naualibus immenſam innumeroſamqꝫ claſſem: quid conſcriptorum patrum numerum ordinem moruꝫ
ſanctimoniam: cum eorum optimates iam ferme anno milleſimo imperent. ac benignos omnibus et libe-
ros ſinus aperiant. Ideo cōcludere libet de tali felici ciuitate optimis auſpicijs nata. Ante igitur ſalſos flu-
ctus formica marinos Ebibet: et totū teſtudo circuet orbem: Q̄ venetum ruet imperiū ſanctuſqꝫ ſenatꝰ.



Padua



Patauina vrbs ytalie vetuſtiſſima celeb
rrimaq;. quã anthenore Troya pfugũ
cõdidiſſe virgili⁹ teſtat: hic tamē ille vr
bem pataui ſedeſq; locauit. Et tit⁹ liuius decus
patauinoꝝ idem ſerioſe narrat. Anthenor eñ
p medios achiuos illiricos penetrauit ſin⁹. ⁊ re
gna liburnoꝝ ad intimũ adriatici pelag⁹ acceſ
ſit. Expulſis euganeis q̃ ea loca tenuerãt vrbē cõ
didit Patauiũ. Cicero aũt in philippicis patauj
nos romanis fuiſſe amiciſſimos dicit. qui rem
publicã difficilimis tpibus armis ⁊ pecunia iu
uerũt. Fuit aũt poſtea Padua pfeliciſſima ſtãte
R.p. tpa romanoꝝ colonia nõ eo modo deducta
quo cetere deducebãt deductis nouis pplis in co
loniã: ſed datũ eſt paduanis ius lacij in deſignã
dis rome magiſtratib⁹ ferēdi ſuffragij ius habe
rent. Nullã aũt edificioꝝ pulchritudine pſertim
publicoꝝ in ytalia ſibi ſilem eē tenem⁹. Sũt eñ
nõa q̃cũq; in ea nũc extãt vel publica vl' puata
qm Attila rex hunoꝝ ferro igniq; immunitaȝ reli
qt: Inſtaurata a Narſete eunucho ⁊ rauenatib⁹
lõgobardi deiñ inceſaȝ deuaſtarũt. Auctavo eſt
mirabili incremēto p karoli magni ⁊ filioꝝ nepo
tumq; imperij tpa. quouſq; friderici primi tpibus
Ecelinus tirãnoꝝ oim crudeliſſim⁹ eã ſibi ſube
git: ⁊ innumeras cedes ac pſcriptiões ciuiũ pe
git. Charraneſes deiñ ſub capitaneat⁹ titulo re
rum in patauio potiti ſunt qui eã vrbē paulopl⁹
min⁹ centũ p varias ſucceſſiones poſſeſſaȝ opu
lentiorē ornatioreq; reddiderũt. Nã genus no
bilis Charrarie opa maioꝝ ex pte excitata orna
taq; fuerũt menia. qbus triplici circuitu ⁊ muro
patauiũ cõmunit. Et licet p cam Tunau⁹ fuerit
delapſus. niſ'is tamē varijſq; foſſis magnoꝝ in
genti ope manufactis aque circũ vrbē ⁊ p diuer
ſa agri loca ornamēto vrbi cõmodoq; ab eiſdeȝ
Charraneſib⁹ ſũt pducte. et arx in vrbe munitiſ
ſima ⁊ pallaciũ facile i ytalia pmariũ. Et varia
coꝝ opa. Heinric⁹ qrt⁹ imperator germanic⁹ Ca
thedralē patauij eccłiam q̃ extat edificauit. Pre
toriũq; q̃ nullũ in orbe pulchri⁹. qd poſtea caſu
crematũ: ſpecioſi⁹ veneti cõſtruxerũt. Et oſſa Ti
ti liuij in cõſpicuo loco collocarũt. Eſt in ea inſi
gnis cui in ytalia rariſſime ſũt ſiles btĩ Antonij
baſilica. Eſt ⁊ in ea Juſtine v̇ginis templuȝ qd
huat. S. luce euãgeliſte ⁊ pſdocimi ⁊c. corpa cũ
diue Juſtine reliquijs qd iouis tẽpluȝ fuiſſe aſ
ſerit. nũc mõſteriũ ãpliſſimũ ordinis diui benedi
cti dicatũ. In ipa q̃ȝ gymnaſiũ hr oim italie cele
berrimũ. vbi ſũt edes ãpliſſime ſtudētiũ qb⁹ ſũt
opes tenuiores deputate. Viros q̃ȝ pter Titũ li
uiũ genuit hec vrbs doctrina clariſſimos. Pau
luȝ iuris cõſultũ. Petrũ d Apono cõciliatorē ſũ
mũ ⁊ mathematicũ ⁊ phiſicũ. Cui⁹ pclariſſima
ſcripta ad cõmunē hoim vtilitatē maxīo i hono
re ſũt hita. Albertũ ordĩs heremitaꝝ theologuȝ
et declamatorē celeberrimũ. Stellã. flactũ ⁊ volu
ſiũ ⁊ cõplurimos i oi arte excellētes. A mari ſur
ſuȝ hȝ nauigatiõeȝ fluuio brinta q̃ ſec⁹ eã fluit. A
lucia fuſina ſexto miliario foſſa manu facta pa
duam compendio nauigatur.



# De regno latinorum et ytalie

Latinorū regum prouinciā illam fuiſſe dicimꝰ quā nūc Campaniā appellamus. Et hec vna ex decez et octo regionibꝰ habita eſt. que certe plura habebat loca a ceteris regionibꝰ frequētata. vt liuiꝰ et Virgilius cōteſtati ſunt. ſed cum plus iacture in ea q̄ȝ ceterarū ſit factū. euenit vt nūc aliqua regionū ea ſit incultior. aut infrequētior habeat. Hec ideo latina appellata eſt. quia Saturnꝰ cretenſium rex Iouis filij arma fugiens in eiſdē locis latuit. quod virgiliꝰ in. 8. his verſibus poſuit dicēs. Primꝰ ab Ethereo venit Saturnꝰ olympo. Arma iouis fugiēs et regnis exul ademptꝰ. Is genꝰ indocile ac diſperſum mōtibus altis. Compoſuit legeſq; dedit latiūq; vocari Maluit. his q̄m latuiſſet tutus in oris. Eius tamē magnitudo a principio anguſtiſſima fuit. Seruiꝰ aūt dicit Latinos ꝓprie appellatos ſuiſſe eos q̄ intererāt viſceribꝰ Albani montis. Fines vero huiꝰ regionis latine nūc campanie nūcupate a maritana parte ab hoſtijs Tiberinis incipiūt. et in Cayeta vrbe terminant. vbi ſunt ciuitates extantes ⁊ dirute vicȝ. Oſtia Sinueſſa. Ardea Terracina ⁊ Careta. Et inſule poncia ⁊ pādana atq; mōs Circeꝰ. In mediterraneis aūt velitre Aritia olim ciuitas anagnia. preneſtina. tyburtina. Thuſculū et alba olim ciuitas A qua albani reges. In hac igit regione ſuere ppl'i qui aborigines rutuli. Volſci. Hernici. Eqcoli et Marſi dicebant. Magnus ēm̄ hec regio habet circuitū. Ianus aūt pater ⁊ deorū deꝰ cognomīatꝰ vir vtiq; ꝑhumanꝰ bonuſq; atq; ſummꝰ hoſpitalitatis cultor ex orientalibꝰ veniēs regionibus primus oīm in ytalia regnare cepit. Is inter cetera virtutis ſue opera Saturnū nō modo benigne ſuſcepit verū etiā cum eo regnum partitꝰ eſt.



Italia quippe Europe regio eſt oīm totius orbis celeberrima. que a bobus nomen habuiſſe exiſtimatur: vnde etiā Plato in thimeo Tauros vocauit italos. A quorū multitudine pulchritudineq; ac fetu italiam dixit. Eſt aūt hec regio in forma cruris inter adriaticū et thuſcū mare. ſiue ſuperū et inferum: et a iugis alpiū: dorſoq; apenini mōtis porrecta: ſe paulatim attollēs vſq; ad reginū verticē ⁊ littora brutiorū extendit. in vltimo ſui in duo ſcindit cornua. Quorū alterū Ionū ſpectat mare. Alterū ſiculū. in extremitate Rhegium opidū habēs. Eiꝰ longitudo ab auguſta pretoria que in alpineo fine ſita eſt. ⁊ ꝑ romam capuāq; porrigit vſq; ad oppidū rhegiū (Solino teſte) decies centena ⁊ viginti milia paſſuū colligit. Latitudo vero quadragintadecem. Ubi maior latitudo. Ubi vero minor centū trigintaſex. Habetq; vmbilicum in agro Rheatino que dudum ex latere maris ſuperi Rubiconem fluuium pro finibus habuit. Dicta eſt autem prius heſperia ab heſpete atlantis fratre. Deinde Oenotria ab optimo vino quod ibi naſcitur. Poſtremo italia ab italo Siculorum rege dicta eſt: qui venit ad hec loca. In quibus et habitauit ⁊ regnauit. Hec regio nullis terris cedit ſiue agrorū vbertate ſiue armorū gloria. habens vrbes celeberrimas.

## Nomina et ordo regum latinorum et ytalie.

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Ianus | 1 | | Siluius | 8 | An̄.29 | Liberinus | 15 | an̄.8. |
| Saturnus | 2 | Iſti quiq; | Eneas ſiluius | 9 | an̄.31. | Agrippa | 16. | an̄.40. |
| Picus | 3 | regnaue- | Latinus | 10 | an̄.50. | Aremulus | 17. | an̄.19. |
| Faunus | 4 | rūt an̄.200. | Alba ſiluius | 11 | an̄.39. | Auētinus | 18. | an̄.38 |
| Latinus | 5 | | Egiptꝰ ſiluiꝰ | 12 | an̄.24. | Procas | 19. | an̄.23. |
| Eneas | 6 | an̄.3. | Capis | 13. | an̄.28. | Amulius | 20. | an̄.44. |
| Aſcanius | 7 | an̄.38. | Carpentus | 14 | an̄.13. | Numitor | 21. | an̄.1. |

PIſarum Ethrurie inſignis ciuitas his temporibus (ut Strabo refert) a grecis ex piſa Archadie ciuitate venientibꝰ initium ſumpſit. Nam ſeruius ſic inquit. Quidaꝫ ex ea et Elide ciuitatibus venerunt. et piſas in ytalia condiderunt. quas ſic ex priſtina ciuitate vocauere. Eam enim vrbem vetuſtam et geſtaꝝ rerum gloria claram ab Alpheis originem habuiſſe Virgiliꝰ dicit quom ait. Hos parere iubent Alphee ab origine piſe. vrbs ethruſca ſolo. Et plinius. piſas inter auxerim et arnum amnes a pelope et tenitanis greca gente ortas aſſerit. Juſtinus vero dicit. piſas in ligurībus grecos auctores habere. Et lucanus in primo. hic tyrrhena vado frangentes equora piſe. Hec igitur ciuitas q̃uis infelix nunc ſit habita vtpote que florentino populo grauiſſimis ſubiaceat preſſuris. olim tamen potentiſſima fuit. florentibus autem romanorum rebus nullum habuiſſe potentatum inuenimus. Poſtq̃ vero maritime vrbes ethruſce. hinc luna inde populania delete fuerunt. quieſcentibus per Karoli magni et filiorum tempora ytalie rebus eam quã poſtea habuit potentiam aſſumere cepit. Quibus temporibus et deinceps multos preſtãtiſſimos habuit maritimo bello viros: quorum virtute et preſtantia mirũimmodũ aucta fuit. Quo factũ eſt vt inter ethruſcas vrbes. et belli gloria diuitijs atqꝫ potentia principatum obtinere promeruerit. Et multas inſulas atqꝫ ipſam quaſi hieruſalem ſuo dominio ſubegerit. Sed ab annis ſeptuaginta poſtq̃ ea ciuitas florentinis ſubiecta fuit infrequens populo opibuſqꝫ exinanita penitus eſt reddita. Piſe tercio eugenio pontifice romano ornate fuerunt. Ea enim nunc ſuperbiſſimis edificijs et pontibus ſuper Arnum fluuium poſitis exornata plurimum eſt. Habet inter cetera hec ciuitas Templum diue virgini dicatum. et clauſtrum toto orbe celeberrimũ qđ campus ſanctus nuncupatur. Atqꝫ Turrim campanariam miro ordine confectam. Que omnia videri et mirari incredibile videtur. Genuit hec ciuitas inter ceteros Raynerium et Bartholomeum Theologos et Juriſpontificij doctiſſimos ordinis predicatorum. Atqꝫ Huguitionem grãmaticum. et alios multos.

## Piſa






Anglia inſula quā veteres Albion a q̄buſdā albis mōtib⁹ q̄ ad eā nauigātib⁹ pri⁹ apparēt vocauere. Tum Brittāniā a bruto Siluij poſtumi latinoꝝ regꝭ filio albionā inſulā quā gigātes incolebāt ſupatā ab ipō brittāniā appellauit. Et h̄ brittānia maior ad mīoris brittānie differētias gallias ↄtingētis dicebat̄. Nūc a q̄dā anglo potētiſſimo rege anglia in hodiernū diē appellata eſt. Hec ei triangl'aris ē inter ſeptētrionē ⁊ occidētē ſita. q̄ ab oī ↄtinēte habet̄ diuiſa. Naȝ a germania q̄ ſb̄ ſeptētriōe eſt incipit. Et iuxta galliā ⁊ hyſpaniā verſus occidētē ꝑtendit̄. Et iō ſolin⁹ dixit. Finis erat orbis ora gallici littoris. niſi brittā nia inſula nomē pene orbis alteri⁹ mereret̄. Vñ virgili⁹. Et penit⁹ toto diuiſos orbe brittānos. Brut⁹ aūt cū in brittāniā ſeu angliā māſionē ſibi delegiſſet e veſtigio ſec⁹ Rameſſis fluuij ripas Trinōatem ↄdidit vrbem munitiſſimā. Et q̄tez oībus copijs feraciſſimā ad veterꝭ Troye memoriā recēſendā. Brutū hūc tres genuiſſe filios ferūt. ſ. Locrinū Albanctū ⁊ Cambrē. Qui p̄ſo inſulā inter ſe diuidētes. Locrino natu maiori media inſula ps obuenit. Que ab ipō lochria poſtea fuit cognoīata. Et i ea adhuc lundinū ciuitas extare dr̄ Vrbs mercatorib⁹ ⁊ negociatorib⁹ maxie celebrata. In q̄ adhuc anglie reges p̄ricipeſq̨ ac ſenat⁹ ppli cum mercatorib⁹ cōuenire vt plrimū tradūt. Albancto v̄o ei⁹ filio q̄rta inſula ps obuenit. q̄ ab eo albania fuit dicta. Et h̄ ſcocia nūc nūcupat̄. Eſt ei ci⁹ inſula in q̄ eſt anglia ſcocia ſupina ps in aq̄lonez verſa flumib⁹ haud magnis ⁊ mōte q̄dā ab anglia diſcreta. Cambri vero tercio filio cambria q̄ nūc Thyle d̄r inſula inter ſeptētrionalē plagā ⁊ occidētalē. q̄ vltima fuerat ex cognitꝭ a romanis. in q̄ eſtiuo ſolſticio ſole de cancri ſidere faciente trāſitū nox nulla. brumali ſolſticioꝭ pinde dies null⁹. Mui⁹ inſule maxia ps fructifera ē. Abūdat pecore Auro ⁊ argēto ferroq̨. Efferūturq̨ ex ea pelles ⁊ mācipia. Et canes ad venādū aptiſſimi. Multꝭ inſulis nec ignobilib⁹ circūdat̄. q̄ꝝ hibernia ci ꝑximat magnitudie: paruo a brittānis diſiūcta freto. Et iſule pue Orchades appellate. Gregori⁹ btiſſim⁹ pōtifex h⁹ noīs ſcōs eo miſſis Auguſtino mileto ⁊ iohāne mōchis cū alijs ꝓbatiſſime vite viris. Primū angliā ad fidē ↄuertit. Et in ea deīn mlti reges claruere miraclis. Circuitu brittāniā patere triginta octo milia paſſus ſeptuagita quiq̨ milias pythias ⁊ yſidorus tradūt. in q̄ ſpacō magna ⁊ multa flumina. preterea metalloꝝ larga variaq̨ copia. Eorum hyſtorias Beda optime deſcribit.

**Linea Chriſti**
Dauid ſecūdus rex Iſrł
Anno mūdi. 4085.




Quarta etas mundi incipit a principio dauid: et durat vſqꝫ ad traſmigrationem babilonis. Et habet ſcḋm hebreos annos. 484. Sed ſcḋm ſeptuaginta interpretes habꝫ. 485. annos. Qui dauid primus regnauit de tribu Juda apud hebreos annis. xvij. in Ebron ſuper tribum iuda: et xxxiij. ſuper totum iſrael. Incboatur autem quarta Etas in dauid. non q: primus regum: ſed q: primus regum de tribu iuda. qm̄ ei fuit facta expreſſa ꝓmiſſio de xp̄o naſcituro de tribu iuda. Geſta aūt eius patent per totum ſcḋm librū regum ⁊c̄. Vn̄ dauid audita morte ſaulis luxit cū ſuis et ieiunauit. inſtituitqꝫ carmē lugubre. q: rex iſrael primus ante eum et dominus eius.

Dauid prophetarum omnium princeps Jſai de tribu iuda filius. primus hebreorum rex anno a natiuitate abrahe nongēteſimo quadrageſimoprimo hebreis regnare cepit. Et regnauit (omnibus cōputatis in hieruſalē ⁊ in Ebron) annis. 40. Vir quidez ab infancia pulcherrimis ruffuſqꝫ ac decora facie. ingenti fortitudine ſed animo maiori. Qui preter philiſteū gigantem virū fortiſſimum quem ante regni ſuſceptionē funda interemerat: etiam in certaminibus (ſuſcepto imperio) que ꝑ ſubiectis regni ſuſcipiebat. primus ad pericula ſemper properabat. Ipſe regno adepto primū hieroſolimā obſidens tandez cepit: expulſis inde chananeis et iebuſeis Inde omnes paleſtinos et hoſtes omni ex parte cōtriuit. Tandem cum predictum tempus regnaſſet plenus dierum bonorumqꝫ operum obdormiuit in domino cum vixiſſet. 70. annis. Sepeliuitqꝫ eum Salomon filius eius in hieruſalem decenter.

Filij dauid in Ebron quattuor

6us Jthiua 5us Saphacias 4us Adonias 3us Abſolon 2us chelab Primus amon



Salomō (anno mūdi. 4165) Dauid regis ex Berſabea filꝰ. ſcḋs hebreorū rex. adhuc viuēte patre hebreis regnare cepit. et regnauit annis. 40. hūc natum pater confeſtim Nathan ꝓphete viro doctiſſimo atqꝫ ſanctiſſimo educandum nutriendumqꝫ dedit. factus adoleſcens ſuas ob virtutes domino iubente reliquis ſuis fratribꝰ abiectis dauid in regnū ꝓfecit. Js hoſtes debellans pacem vndiqꝫ obtinuit. deinde templum illud toto orbe celeberrimū extruxit. Tādem cum quattuor et nonaginta annis vixiſſet valde longeuus mortuus eſt. Cunctis regibus felicitate excedens. Et ſepultus eſt in hieruſalem.

Regina Saba audita fama ſalomonis: venit a finibus terre audire ſapientiam eius. et de omnibus que interrogauit ei ſatiſfecit: Videns ordinem domus et familie: et audiens ſapientiaz eius multū laudauit eum. Dederuntqꝫ alter alteri magna munera. Feceitqꝫ Salomon thronum eburneum ad quem ſex gradibus aſcendebatur quare et omnes vndiqꝫ terrarum deſiderabant videre eius faciez. Et quia prophetiſſa fuit Sibylla dicebatur. quia ꝓphetauit de ligno ſancte crucis. et de excidio iudeorum. Fuit eñ cultrix vniꝰ veri dei.

Saba






David ex cōſilio domini aſcendit cū ſuis in Ebron: ibiq; in adoleſcētia ſua in regē electus vnctuſq; per Samuelē ſolū ſup tribū iuda. Et byſboſeth filiꝰ ſaulis opante abner auūculo eiꝰ: factꝰ eſt rex ſup alias .xi. tribꝰ iſrael: q̄ regnauit duobꝰ annis. Cōgregatis aūt exercitu dauid ſub Joab principe exercitꝰ eiꝰ et abner principe exercitꝰ byſboſeth ex cōmuni aſſenſu .xij. ex vna pte. et .xij. ex alia luctauerūt adinuicē: et alter alterū occidit vno ictu Fugiētibuſq; his q̄ erāt cū abner. aſael germanꝰ Joab perſequēs abner noleſq; ad pces eiꝰ omittere pſecutionē: Demū fuit perfoſſus aſael ab abner in inguine auerſa haſta. et mortuꝰ eſt. Longa igitur cōcertatiōe facta inter domū Saul et domū dauid. Dauid pficiens et ſemp ſeipo robuſtior. Domꝰ aūt Saulis decreſcēs quotidie. Nati ſūt aūt dauid in Ebron pmogenitꝰ amon: ſcḋus cheliab Tercius abſalon. Quartꝰ adonias. et alij de pluribꝰ vxoribꝰ. Abner aūt q̄ regebat domū byſboſeth redargutꝰ ab eo. q̄ cognouerat cōcubinā ſaul. indignatꝰ cōtra eū acceſſit ad dauid et pmiſit ei populū totū iſrl̄ reducere ad ſubiectionē eiꝰ. Quod cū tractare diſponeret reducta vxore dauid. ſ. michol ad eū Joab pditorie occidit ipm abner in vltionē fratris ſui azahel: quod dauid diſplicuit: et fecit eū honorabiliter ſepeliri aſſociās cadauer cū ſuis. lugēs et ieiunās p morte illiꝰ.

Hic dauid quaſi ſtupor quidā in hūano genere relucet in q̄ nūq; hec ſimul cōuenerūt. tanta ſublimitas et hūilitas tanta. tāta ſtrēnuitas ac tanta mitis: tam grandis ſecularium cura. Tam pura et deuota ſpiritualiū cōtemplatio. tot homies pimere. totq; lacrimas effundere. In tanta cadere pctā. et talē agere penitētiā Natiq; ſunt ei filij in hieruſalem. Salma Sabab Nathā Salomon ex Berſabea vxore vrie. et alij nouem abſq; filijs cōcubinarum. Hic deniq; regno in pace adepto contra legē Moyſi (qua precipit nō dinumerandū eſſe populū) precepit Joab principi milicie ſue vt dinumeraret vniuerſum populum. Et cenſu habito. inuenit millemilia et centū milia virorum educentium gladium. et de tribu iuda ſolum quadringenta et ſeptuaginta milia bellatorum. Diſplicuit autem deo quod populum receſuiſſet. et percuſſit iſrael peſtilentie plaga. ex qua ad ſeptuaginta milia de omni iſrael cecidiſſe referuntur.

Iſti tres prophetabant tpe dauid Nathan vero fuit filius fratris dauid. et adoptiuus yſay.

Gad Nathan Aſeph



Filij dauid in hieruſalem nati



SAlomon aſcendit in Gabaon vt immolaret in excelſo vbi erat tabernaculum et altare eneū Moyſi et obtulit mille hoſtias in holocauſtum. Et apparuit ei dominus in nocte per ſomnium dicens vt peteret quod vellet ab eo. Is poſtulauit ſapientiam ad regendum populum ſuum. Placuit ſermo coram domino et ait. Cuꝫ non petieras diuitias gloriam et mortem inimicorum ſeu longam vitam exauditus es. Dedi tibi cor ſapiēs ꝙ nullus ante ſimilis tui fuerit ¶ Primūqꝫ iudicium in quo oſtenſa eſt ſapientia eius fuit de duabus meretricibus habentibus filios. Quorum vno a matre nocte oppreſſo contendebāt de ſuperſtite cuius eſſet. Et data ſententia per Salomonem ꝙ diuideretur in duas partes: rogauitqꝫ mater vera ꝙ totus viuus daretur potius alteri mulieri. Et ex hoc iudicauit Salomō eſſe illā verā matrē ſibiqꝫ dari iuſſit.

## Judicium Salomonis




TEmplum domini toto orbe celeberrimum Salomon rex anno quarto regni ſui edificare cepit. ꝗ fuit .cccc lxxx. egreſſionis iſrael de egipto. A natiuitate abrahe nongenteſimus octuageſimuſquartus. Et in octauo anno compleuit. Fuit autem edificatum in hieruſalem in monte moria vbi abrahaꝫ voluit filium immolare. et Jacob vidit in ſomnis ſcalam de celo ad terram. Id autem templum ex lapide albo totum conſtructum fuit. Cuius fabrica multa arte confecta eſt videlicet de lapidibus politis mira arte compoſitis. Eius longitudo cubitorum ſexaginta fuit. Latitudo viginti. Et altitudo centum viginti. Et cuꝫ hac diſpoſitione ꝙ a pauimēto iuxta terram vſqꝫ ad primum tabulatum erat altitudo .xxx. cubitoꝝ. Et a primo tabulato ſeu ſolario vſqꝫ ad ſcōm erat altitudo .xxx. cubitorum. Et ab iſto ſcōo ſolario vſqꝫ ad tercium quod erat tectum templi erat altitudo ſexaginta cubitorum. Habebat ergo duo ſolaria inter pauimentum et tectū Et in quolibet ſolario et in tecto erat ab extra in circuitu deambulatorium. Iſtud dicitur in euangelio pinaculum: ſuper quod xp̄s a dyabolo tentatus fuit. Et erāt ibi cancelli ante ne inde caderent ambulantes. Et diuidebatur in duas partes ſcꝫ in ſancta ad quē locum primo erat ingreſſus in templum ex parte orientis, xl. cubitorum. Et ſancta ſanctorum .xx. Eratqꝫ in medio inter ſancta et ſancta ſanctorū paries factus tabulis cedrinis. Et poſtea laminis aureis coopertus altus .xx. cubitis. Ante quem velum appenſum tenue pulcherrime intextum. quod ſciſſum eſt a ſummo vſqꝫ deorſum tempore paſſionis. Intra ſancta ſanctorum erat archa domini facta a moyſe. In archa erant tabule decalogi. Solum ſemel intrabat ſummus ſacerdos in anno in ſancta ſanctorum in feſto propitiationis cum magna ſolennitate. In ſancta autem circa velum intrabant ſepe ſoli ſacerdotes in certis ſacrificijs ad accendēdas lucernas. Et ibi ex pte meridionali erat candelabrū aureū qđ fecerat Moyſes cum ſeptem lucernis. Et ex pte Aquilonari mēſa ꝓpoſitionis. In medio aūt erat altare aureum factū a Moyſe. ſed addidit Salomō .x. alia candelabra eiuſdē ſchematis ſed maioris quātitatis. quīqꝫ ad dextrā. et quīqꝫ ad ſiniſtrā. Et ſimiliter .x. mēſas aureas maiores. Et in medio altare thimiamatis.




## Linea pontificũ

Sadoch filius achitob



Sadoch ſummus ſacerdos in principio regni Salomonis ſedere cepit. Hic fuit in nũero pontificum octauus.

Achimaas filius ſadoch



Achimaas non⁹ ſummus hebreorũ ſacerdos clarus fuit. τ maxima in veneratiõe apud iudeos habitus eſt.

Achias ꝓpheta



Achias ſilonites ꝓpha ꝓdixit hieroboã q̃ eſſet regtur⁹ ſup. x. trib⁹ iſrl. Iſte hieroboã decẽ ſciſſuras pallij ab Achia ꝓpha accipiẽs τ in egiptũ fugiẽs, mortuo Salomõe a decẽ tribub⁹ elect⁹ i regez. Vitulos aureos cõflatiles in dan τ neptalĩ poſuit ydolatra peſſim⁹ effectus, peccare fecit iſrl ppl'm ad ydolatriã iducẽdo. Vñ toti⁹ ppl'i iſrl deſtructio ſecuta ẽ.

Semeias ꝓpha compeſcuit Roboã ne pugnaret cõtra hieroboã, τ ſcripſit coꝝ regũ geſta. Iſte etiaz ꝓphauit qñ Seſac rex egipti diuerſa mala fecit i terra iuda anno ſcȝ quinto roboam.

Semeias



Nadab hieroboã regis fili⁹ ſcõs iſrahelitaꝝ rex incepit regnare ſcdo anno Aza regis Iude et fecit malũ ſic̃ pater ei⁹. Et pcuſſit euz baaſſa τ regnuit ꝓ eo ſcdm ꝓphetiã Achie ꝓphe.

Abdo ꝓpha hic ꝓphauit cõtra vitulos aureos τ man⁹ hieroboã aruit. dũ reuerteret i hieroſolimã i via a leone ĩterfect⁹ ẽ.

Abdo propheta



Iſte Baaſa de tribu Iſachar terci⁹ iſrahelitaꝝ rex fecit malũ corã dño ambulãdo in oĩbus pctĩs hieroboã nec audiuit Hieu ꝓphetaȝ ad eũ miſſuȝ ſȝ occidit eũ τ ipẽ a chreõe pẽpt⁹

Hela baaſe regl filius q̃rt⁹ regũ iſrl Illũ interfecit ei⁹ ſeruus Zambri cũ omni domo pr̃is ſui vſq̧ mingentem ad parietem ſcdm prophete dictum.

## Linea regũ iſrael

Hieroboam



Nadab



Baaſa



Hela



Peruſia



PEruſia vetuſtiſſima ac nobilis Ethrurie ciuitas olim primaria. ſed nūc tercia inter ethruſcas ciuitates nomīata: quā Juſtinus ab acheis conditā fuiſſe dicit. et ante romā conditā iniciū ſumpſit: q̄uis alij Troyanum quendā principē noīe peruſiū eiꝰ cōditorē affirmant: et ex ſuo noīe peruſiū ſiue peruſiā nomīauit. Eſt aūt hec ſola inter oīs italie vrbes felicitatem nacta penitꝰ inauditā. Oꝫ eandē pene ſtatus et rex condictionē quā ante conditā vrbem Romā: et poſtmodū roma ſub regibꝰ cōſulibꝰ et imꝑatoribꝰ ꝛ tyrānis habuit nūc retinet. Paſſa eſt tñ varias ſed tolerādas agitatiōes. Quā romani poſt mortē alexandri magni. L. poſthumij conſulis virtute in dedicōeꝫ acceperūt. At liuius ſcribit libro decimo. Nec in Ethruria pax erat. Naꝫ ꝛ peruſinis auctoribꝰ poſt deductū a conſule exercitum rebellatum fuerat: Fabius q̄tuor milia quingentos peruſinoꝝ occidit. Et ſi vero per infauſtiſſimi triūuiratus tempora. L. Antoniū M. Antonij fratrē Octauianꝰ ceſar in Peruſia obſedit. famemq̄ꝫ raro alias ſimulē auditam Antonij exercitus in ea clauſus. ꝛ peruſinus populus ſuſtinuere. Et capta vrbs diruta q̄ꝫ eſt. Eam tamen breui inſtauratam factꝰ Monarcha menibꝰ portiſq̄ꝫ nunc extantibꝰ cōmuniuit Jdem octauianus auguſtus. Quā a ſuo cognomine peruſiam auguſtā (ſicut littere cubitales portis inciſe oſtendūt) voluit appellari. Eiꝰ diruptionis cauſam ponit Liuius libro. cxxv. Eſt itaq̄ꝫ peruſia omni ex parte montuoſa. Cuius loci conditio ea eſt: vt nec quicq̄ꝫ munitius: nec certe amenꝰ inueniri poſſit. Nā preruptis vndiq̄ꝫ rupibus aucta: ita inexpugnabilis eſt: vt nullis quaſi egeat defenſionibus. Et licet plurime apud peruſinos olim extiterint inteſtine ſeditiones: et tyranni aliqñ eos oppreſſerint. nūc tamen libera eſt. Et optimis eruditiſſimiſq̄ꝫ viris et legibus inſtituta. Jn ea ſunt templa ꝑmagnifica ornatiſſima. religioſoꝝ mōſteria: excelſa ciuiū pallacia. Ampliſſima pauperū hoſpitalia gymnaſiū celeberrimū. forū cū inſigni fonte amplum. Et porticꝰ ꝛ viridaria optime arboribus cōſita. Eius ager olei vini. croci: et ſuauiſſimoꝝ oīmfariam fructuū feraciſſimꝰ. Baldꝰ in ea claruit. qui cum Bartolo ſeiſſo ferratenſi Juriū ciuilis et pontificij obtinuit principatum. Similiter angelus et petrus germani. Sed et Cynus conſultiſſimus ante eos peruſinꝰ extitit. Et noſtra tempeſtate Matheolus peruſinus medicus famoſiſſimus e Peruſio originem duxit. Qui padue in gymnaſio in primis docendo et dicendo floruit.

Linea Chriſti
Reges iude
Roboam .4205.



Abya .4222.



Aſa .4225.



Circa hec tpa ſanctoꝝ doctorū ſcripta gentiliū hyſtorias nō cōmemorāt ex illa forſitā cauſa: ꝙ ad intellectū ſacre ſcripture nihil conferūt. Unde vſq ad ſardanapallum vltimū monarchā aſſyrioꝝ. de alijs intermedijs aliquā nullam faciunt mentionem.

Iſte Roboā filiꝰ Salomonis terciꝰ hebreoꝝ rex prī ſuo in regno: ſed nō in ſapientia ſucceſſit. ſpreto nāqꝫ ſenioꝝ cōſilio ꝓ adoleſcentū temeritate cōturbans ppl̄m: duas tribꝰ retinuit. Et dictū eſt regnū iſtud iuda. q̄ pctīs ſuis exigētibus impetū Siſach regis egipti eū inueſtātis ſuſtinuit. Iſte roboā habuit vxores. 18. et cōcubinas. 30. filios. 28. et filias. 40. cuius anno primo ſcōm cōmeſtorem diuiſa eſt monarchia dauid regni iudeorum et nūqꝫ readunata.

Hyeu Eliezer Oziel



Hyeu ille filius anani prophe mittit̄ cōtra baaza et martiriū conſtāti aīo vſqꝫ ad mortē ptulit.

Iſti tres ſcꝫ hyeu eliezer ⁊ oziel cū azaria ꝓphetauerūt regibꝰ Juda ſcꝫ Aza ⁊ Joſaphat ⁊ Jorā

Ab iſto Siluio enee ſilio ex lauinia tercio latinorum rege reges ſequētes dicti ſunt ſiluij. q̄ ⁊ fuit in ſilua nutritꝰ ⁊ venatiōe. Hic natꝰ eſt poſt mortē patris: vñ poſthumꝰ dicit̄ Enee. qꝛ poſt humatiōꝫ ꝑius natꝰ iuxta illud virgilij. Tu poſthumꝰ plebis. et regnauit annis. 29.

Iſte Eneas filꝰ ꝑdicti ſiluij poſthumi regnauit ānis. xxxi. Is latino poſt ſe herede relicto exſpirauit.

Iſte abya quartꝰ iudeoꝝ rex filꝰ roboam ex macha vxore filia Abſalonis tribꝰ annis regnauit. fecitqꝫ malū corā dño ambulādo in pctīs prīs ſui. et ideo paucis ānis regnauit. Mouit aūt cōtra eū bellū hieroboā rex iſrl̄ hñs in exercitu ſuo. lxxx. milia bellatoꝝ ⁊ abyas. xl. milia. Quē ad ſe veniētē cū tali ingenti exercitu facile cōpeſcuit ac ſupauit. Ex eiꝰ quidē exercitu ad quīqꝫgīta hoīm milia vno ꝑlio iterfecerunt.

Iſte Anani propheta increpauit aza ideo incarceratur.

Anani



Latinus ſiluꝰ ille regnauit annis. l. tpe dauid

Iſte alba ſiluꝰ fuit Enee ſiluij filꝰ edificauitqꝫ Albaꝫ ciuitatē a q̄ reges albanorum dicti ſunt. Forte priꝰ fundata. et hic inſtaurata.

Athis ille regnauit tēpe Roboā annis. xxiiij. capi filio derelicto.

Aſa ille in principio regni ſui ac deinceps vſqꝫ ad annū tricesimūſextū fecit bonū coraꝫ dño ambulādo in vijs prīs ſui dauid abſtulit ydola. ⁊ pcuſſit ethiopes cōtra ſe veniētes. Demū iniit fedus cū rege Syrie benedab qđ deo diſplicuit. vñ miſit ad eū ꝓpham Anani quē incarcerauit ꝓpter qđ dolore pedū pcuſſus obijt. ¶ Regnās aūt Aza ⁊ regnū ſcōm legē dñi cōpeſcuit egreſſus eſt contra cū Zara ethiopie rex cū exercitu ac multitudine innumerabili. Aſa cum exercitu ſuo obuiās dñm inuocauit: qui exterruit ethiopes. et verſi ſunt in fugam Occurrente ſibi azaria propheta confortantem eum. prophetanſqꝫ inter cetera predixit hieruſalem a caldeis fore capiendam.

Linea regum italie

Siluius poſthumus



Eneas ſiluius



Latinus ſiluius



Alba ſiluius



Achis ſiluius



Azarias propheta



Helya propheta



Abdias



Micheas



Jonas



AZarias filius obeth pp̄ha clarus habetur qui ꝛ de captiuitate predixit. Hic egreſſus in occurſu aza regis iuda. ꝛ cōfortatus eſt in verbis pp̄he. et cu promptiorē de dei cultu reddidit animatum. et abſtu lit ydola de omni terra Juda et beniamī.

ZAmri rex iſrael deleuit domum baaſa et ſtatim percuſſit eum Amri et regnauit pro eo.

HElia pp̄ha oratione obtinuit ꝙ tribus annis et dimidio nō plueret ſup terrā. Hic paſt⁹ eſt a cor uo in torrente carith. vbi coru⁹ deferebat ei panē ꝛ car nes mane et ſero. Exinde vidua sareptana de pugillo farine nō deficiēte cui⁹ filiū mortuū matri viuū reſti tuit eum pauit. Ipē etiā corā pplo iſrł congregato in mōte carmeli ignē deſcēdere fecit de celo ſup ſacrificio qđ qꝫ quadringēti ſacerdotes ydoloꝝ facere nequiuer occidi fecit. Et ꝓpter hoc cū Jezabel in vitionē ipſoꝝ vbiqꝫ pſecut⁹ eſt. prexit in deſertū ſub iunipero dormi enti angelus appruit excitans eū ad eſū panis ſubci nericij ſibi allati et exortās vt comederet in cui⁹ forti tudine cibi. xl. dieb⁹ ambulauit vſqꝫ ad mōtē oreb. in de in damaſcum veniens. deinde a domino per turbi nem in celum vectus eſt.

ABdyas vn⁹ de. xij. pp̄his ponit̄ in figura. dicit̄ fuiſſe diſpēſator dom⁹ achab regis iſrł. Qui cū Jezabel regina vxor Achab interficeret pphhas do mini. abſcōdit ex eis quiquagenos et quiquagenos in ſpelūcis pauitqꝫ eos. ꝛ iō meruit a dn̄o ſpm̄ pp̄hie

ACbab ſext⁹ rex iſrł ſup oēs q̄ erant ante eu iniq egit maxime ſuaſu peſſime Jezabel vxoris ſue. Qui poſtremo in bello pcuſſus ſagitta obijt. ¶ Fuit aūt Jezabel filia regis ſydonioꝝ toti⁹ malicie prodi gium. que occidit Naboth et pp̄has dn̄i. Ipa vero in terfecta eſt per hieu et a canibus cōmeſta.

MIcheas ppħa de tribu ephrem ort⁹ in moraſti qui peccantē achab ſepius arguebat. ꝛ ipm pre dixit moriturū ſub Joraz filio eius. precipitio valde porrecto iactatus occubuit.

OChoſias rex iſrł ſeptim⁹ miſit ad beelzebub de um accaron conſulendū ſi poſſet ſanari propter quod obijt iuxta verbum helie. Cepit aūt regnare an no. xvij. regis iude Joſaphat. Extinct⁹ eſt aūt ſine fi lio. cui ſucceſſit in regno frater eius Jozam.

IOnas propheta filius Amathi clarus habet̄ et multa predixit que non ſunt ſcripta hic. poſt he mittitur ad niniuen. vt patet in eius libro dicit̄ autē ꝙ ipſuꝫ helyas ſuſcitauerit a morte adhuc puerū. Js a ceto deglutit⁹. paſſionē xp̄i naufragio ꝑfigurauit.

ISttum Jozam octauū regem iſrael obſedit bene dab in ſamaria. et meritis heliſei liberat⁹ eſt. Ipe autem regnare cepit anno. xviij. regis ioſaphat loco fratris ſui Ochoſie. Sed qꝛ ſecutus fuit peccatuꝫ Je roboaꝫ interfectus eſt a hieu cum omni domo patris ſui. Cui's per aliquot annos obſeruatione preceptoꝝ dei et moderatione in ſuos vſus fuiſſet. Et heliſeū p obetam in veneratione et precio habuiſſet. Moabita rum regem fudit ꝛ eius ciuitates ſubuertit. Et omnia inimicorum ſpolia conſecutus eſt.

Linea Regum iſrael

Zamri



Amri al' ambri



Achab Jeſabel



Ochoſias



Jozam



NJericho olim regalis ciuitas et famoſa. nūc in paruā villā redacta. In loco pulcherrimo atq̄ȝ in valle iordanis ſita. Uix octo habēs domos. et oīa monumenta ſacrorum locorum in ea ferme penitus ſunt deleta. legitur dominū multa feciſſe in hiericho. Cum eius murus miraculoſe deſtruxit Joſue reedificanti maledictionē dedit. De hac hiericho fuit Raab meretrix. Et in ea in domo Zachei xp̄s hoſpitio fuit receptus. Ex hac ciuitate Heliſeū ꝓphā deludētes ab vrſis deuorati. Et ꝑpc eam dn̄s cecū illuminauit ꝛc. Fuit aūt prope hāc ciuitatē olim opobalſami ortus de cui⁹ amenitate ſcribit Juſtin⁹ abbreuiator trogi pompey. Eſt nāq̄ȝ vallis que cōtinuis mōtib⁹ velut muro quodā ad inſtar hortorum claudit̄. ſpaciū loci ducēta milia iugera nomine hiericho dicit̄. In ea ſilua eſt et vbertate ꝛ amenitate inſignis. Siquidē palmento ꝛ opobalſamo diſtinguit̄. Et arbores opobalſami formam ſimilem piceis arboribus habent niſi ꝙ ſunt humiles magis. et in vinearum more excollunt̄. Quippe cū toto orbe regionis eius ardentiſſimus ſol ſit ibi tepida aeris naturalis quedam ac perpetua opacitas ineſt.

Hiericho



CUm Helias iter faceret cum diſcipulo ſuo heliſeo: Uenientes ad Jordanis fluuiū percuſſis aquis pallio helye facta via per mediū tranſierunt. Quo tranſacto dixit Helias heliſeo. vt peteret qd̄ vellet anteq̄ȝ tolleretur ab eo. qui poſtolauit duplicem ſpiritum eius. id eſt in faciendo mirabilia et ꝓphetando. Reſponditq̄ȝ ei ſe hoc recepturum ſi eum videret cū tolleret̄ ab eo. Sermocinātib⁹ aūt ſil' apparuit curr⁹ igne⁹ cū equis igneis in quē helias aſcēdens aſſumpt⁹ eſt in celū id ē in paradiſum terreſtrē. Ubi viu⁹ ꝑmanet cum Enoch vſq̄ȝ ad tpa antixp̄i. ↄtra quē deſcēdet ad predicādū. Heliſeo aūt vidēte ꝛ clamante pater mi pater mi curr⁹ iſrl' ꝛ auriga ei⁹ ꝛc. accepitq̄ȝ palliū helie. qd̄ ei ceciderat. et reuertens ad Jordanē tangēdo ipſo pallio ſcd̄a vice aquas diuiſe ſunt. Ueniēs aūt ad habitandum in hiericho. Ibiq̄ȝ ad p̄ces habitatorum loci ſanauit aquas peſſimas illi⁹ loci miſſo in eis vaſe nouo fictili cum ſale in eo: et exinde cū aſcēderet bethel: deridētib⁹ eū pueris et dicentib⁹. Aſcende calue maledixit eos poſt qd̄ duo vrſi de ſalto egreſſi lacerauerūt. xlij. ex illis pueris. Hic autem helias theſbites maximus ꝓphetarum ſui temporis ꝑ hoc tp̄s ab hominib⁹ eſt ablat⁹. Cui⁹ finē nemo cognouit. hic mlt̄is miraclis quo adiuxit claruit. Atq̄ȝ ſicut ignis ardēs tot⁹ erat. Ita et verba ei⁹ q̄ſi facula ardebāt. Tandē a dn̄o (vt dictū eſt heliſeo vidente) per turbinem in celum vect⁹ eſt Relicto in eius loco heliſeo propheta.

Heliſeus ꝓpha     Helyas teſbites



Linea pontificũ

Azarias



Yoyada



Aſarias



Iſte Benedab filius Tabremmõ filij Ozyon regis Syrie inijt fedus cuȝ baaſa rege iſrael: q̃ rupto peruſſit fedus cũ Aza rege iuda. et extunc turbauerit reges Syrie regnũ iſrl' vtȝ. ¶ Benadab rex ſyrie collecto exercitu ſuo. et. xxxij. regibꝰ eum adiuuãtibus. venit ꝯtra Achab regẽ iſrael in prelũ. ⁊ dñs p ꝓpham predixit victoriã: quod ⁊ factũ eſt illis fugatis. Iterum infra annũ reſtaurato exercitu venit rex Syrie cõtra iſrl' bellũ mouẽs in vallibꝰ. dicẽtibus ꝙ dij mõtium erãt dij iſrl': ideo victi prius fuerãt. Sed debellatus eſt exercitꝰ Syrie occiſis centũ milibꝰ de eis. ⁊ decem ⁊ ſeptẽ milia qui remãſerãt. fugiẽtes in ciuitatem murus ciuitatis ruẽs oppreſſit eos. ¶ Benadab autẽ rex ſyrie occultãs ſe miſit nũcios indutos cilicio ⁊ cinere aſperſis capitibꝰ petẽs miſericordiã: quod Achab fecit dimittẽs liberu. Quod ꝓpheta quidaȝ redarguit in habitu ſimulato ⁊ ſub parabola dati alicui in cuſtodiã ſub pena mortis ſic cõcluſit. ꝙ q̃ dimiſerat benadab dignum morte. ⁊ populus ſuus iſrael eſſet pro eo ſcilicet periturus.

Aſael rex Syrie exigentibꝰ demeritis occulto dei iudicio promotꝰ fuit in regeȝ Syrie vt affligeret filios iſrl'. Iſte eſt ſup quo fleuit heliſeus ꝓphans euȝ futurũ regẽ ſyrie. ⁊ multa mala facturũ iſrael. Qui etiam ꝓpter peccata hiẽu miſſus eſt a dño in omnẽ terrã galaad. gad. ruben. et manaſſe. ⁊ fecit plagaȝ magnaȝ cunctis diebꝰ Joathas. ſed Joas filiꝰ eiꝰ dño deo ſibi fauente tulit vrbes de manu Benadab filij Azael poſt mortem azael.

Zacharias



Iſte benadab filius fuit Aſaelis. Porro ioas filius Joachas rex iſrael tulit vrbes de manu benadab quas aſael pater ſuꝰ tulerat de manu Joachas iure prelij. nam tribus vicibꝰ percuſſit eum ioas. et debet ſcribi p d in fine vt volũt hebrei.

Iſte Joiada inclitꝰ fuit et amouit Athaliam ne regnaret ſup iudam. conſtituitq; Joas filiũ Joram pro ea. Hic ſolus poſt Moyſen legit vixiſſe. c xxx. annis. Hic etiaȝ diuino zelo ductus diſpoſuit vt athalia occideretur in domo regis.

Raaſim ille rex Syrie vaſtauit iudam tpe Achas propter quod obſedit eum Teglatphalazar in damaſco. ⁊ cepit ciuitatẽ ipſumq; interfecit ⁊ trãſtulit pplm.

Zacharias filius Joiade lapidatus eſt iuſſu regis Joab inter altare ⁊ templum. eo ꝙ Joas increpauit ꝙ dereliquiſſet viam domini.

Iſte Aſarias ꝓ zelo legis cõſtãter reſtitit ozie regi iude volẽti ſacrificare vtȝ.

Linea regũ ſyrie

Benadab



Aſael



Benadab



Raaſim



Naboth Jeſrabelita



Naboth ieſrabelites: cũ haberet vineam prope domum regis Achab. Voluit ipſe achab ⁊ requiſiuit Naboth vt venderet vineam pro orto faciendo. Qui cum noluiſſet acquieſcere ei. contriſtatum ſuper hoc vxor ipſius Achab Jezabel hoc audiens conſolatus eſt eum. ⁊ procurauit per falſos teſtes ipſum Naboth accuſari de blaſphemia dei. quo facto. ille innocenter lapidatus eſt. Et cum Achab iuiſſet ad capiendum vineam naboth. dominus miſit ad eum helyam qui prenunciaret ei exterminium eius. et domus ſue propter tale ſcelus.

Aquileia vrbiū quondā ytalie traſpada-
ne primaria potentiſſimaq͡ȝ atq͡ȝ etiā pul
cherrima a mari aliquātiſper ſemota: no
ſtro etiā ſeculo pene derelicta: ꝑ hec tpa (Carino
hiſtorico teſte) a quodā troyano nomīe Equilo
e Troya cū alijs pulſo cōdictiōis ſue principiū
ſumpſit. et a ſe Aquileiā noīauit. Uel vt mgr̄ in
hiſtorijs ait. Aquileia quaſi aq̄s ligata cogno-
mentū accepit. Nūc aūt preter ſacerdotes cano-
nicos numero haud quāq͡ȝ multos: ornatiſſima
ſpecioſiſſimaq͡ȝ in baſilica diuīe faciēde rei adēū
tos ꝑter paſtores piſcatoreſq͡ȝ rariſſimos. nulli
nūc incolūt ppli. vt vix caſtellulū tāta olim vrbſ
nūc poſſit appellari. Sūtq͡ȝ ⁊ eccia ſupꝰ dicta ⁊
pr̄iarchale atriū ⁊ muri oppidulo circūducti. Et
mōſteriū virginibꝰ deputatū Poponis pr̄iarche
operū reliq̄e. Florere aūt cepit q̄ tpe primum ro
manis ſubigēdis barbaris ad danubiū incolē-
tibus manū apponere ceperūt. Uñ octauianus
Ceſar auguſtꝰ. Et ſi maiorē bellorū ꝑtem ꝑ lega
tos adminiſtrauit vt illis ꝓpinquior eſſet. In his
ytalie ꝑtibꝰ frequēter obuiatꝰ eſt. Nā Suetoni
us ait reliq̄ bella ꝑ legatos admīſtrauit. vt tam̄
q̄buſdā pānonicis atq͡ȝ germanicis aut interueni
ret: Aut nō longe abeſſet. Rauēnā vel medio-
lanū vel aq̄leiā vſq͡ȝ ab vrbe ꝓgreſſus eſt. Et iu
lia cū comitata aborſu facto puerū amiſit. Glo-
rioſiſſime de aq̄leia ſcribit Iuliꝰ capitolinꝰ. Pre
tereundū ne illud quidē eſt. ꝙ tanta fide aq̄leiē-
ſes ↄtra maximinos ꝓ ſenatu fuerīt. vt funes de
capillis mulierū facerēt quom deficerēt nerui ad
ſagittas emittēdas atq͡ȝ ob idipm in honorē ma-
tronarū ſenatū veneri calue templū dedicaſſe. Au
xit aūt mirabili incremēto ⁊ immēſe ditauit aq̄-
leiam orīētaliū occidētaliūq͡ȝ mercimoniorū mu-
tua ↄportatio ibidē īſtituta. ꝙ nullꝰ ſtāte aq̄leia
locꝰ alter circa adriaticū mare fuit. in cuiꝰ portu
et diuerſorio occidētales orīētaleſq͡ȝ ꝓ cōmutā-
dis mercādis coemēdiſq͡ȝ ⁊ vēdēdis inuicē rebꝰ
cōuenirēt. Hec cū mlto tpe floruerit. Poſtremo
ab Attila rege omnīo diruta fuit. Cuiꝰ icole ve-
necias ↄuolātes rē venetā maximmodū auxerūt
hāc aūt celebrē ciuitatē euāgeliſta Marcꝰ duꝫ a
btō petro aplorū xpi ꝑncipe i Alexādriā mittere
tur nauigaturꝰ naues illic ex more opꝑeret. Aqui
leiēſes ad xpi fidē cōuertit. Sanctuq͡ȝ euāgeliū
ſuū. Cuiꝰ codex manu exaratꝰ ſua verierijs nūc
veneratiſſime ſeruat̄. Hermacoraſq͡ȝ ⁊ ipe ſctūs
ad marci ꝑdicatiōꝫ ↄuerſus a btō petro aq̄leieꝰ
ōis venecie ꝓthopreſul inſtitutꝰ omem eā regi-
onē deo nr̄o lucratꝰ eſt. Quē Nero impator ꝑ ſiꝰ
fortunatū ſbdyaconē ſecum ꝑcuſſit. Fuit ⁊ aqui
leiēſis Chromatiꝰ ad quē gl'oſus hieronimus
multa ſcripſit. Et ruffinꝰ pr̄ſbiter latinis grecīſq͡ȝ
lr̄is adeo eruditꝰ vt eiꝰ q̄ extant tū opa. tū trāſla
tiones nullis cuiuſpiā eccie doctoris opibꝰ ſecū-
das eloquentia ornatuq͡ȝ ducamus.

Aquileya



# Taruiſium



Taruiſiū ipſius Marchie Taruiſane ciui
tas: et ipſa per hec tempora (vt Sicar
do Cremonēſi epiſcopo placꝫ) a quibuſ
dam troyanis fundata fuit. Abluitur autē imo
potius diuiditur Silo fluuio qui ex ipſius pro
pinquioribus montibꝰ exijt. alijſqꝫ vberrimis
aquis in ea quaſi ſcaturientibus irrigatur. ac ſi
lus in mediterraneis Taruiſium vrbem diuidit
Cuius nomen prior inter vetuſtos habet plini
us. Per tempora vero Oſtrogotborum digni
tatē inchoaſſe videt̄ quā nūc habet. Eo qꝫ To
tile pr̄ rex ibidē ſedē regni ſibi cōſtituit. Vn̄ to
tila q̄ poſtea q̄ntus fuit Oſtrogothoꝝ rex ⁊ q̄dē
p̄ſtantiſſimꝰ taruiſij natꝰ educatuſqꝫ eſt. Poſtea
longobardoꝝ regni inicio quom alboinꝰ rex eiꝰ
gētis primꝰ ytaliā eſſet ingreſſus. Aq̄leiamqꝫ q̄
lis tunc erat et ceteras regionis vrbes p̄ deditio
nem cepiſſet. Taruiſiū qꝫ eiꝰ incole deditiōꝫ tar
diuſcule obtuliſſent. ſpoliare ac diruere cōſtitue
rat niſi felix ipſiꝰ vrbis ep̄us (vt Gregoriꝰ ſcri
bit) Vir timoratꝰ rauēna oriūdꝰ regis barba
riē ſua prudēna ⁊ precū inſtantia deliniſſet. Or
nataqꝫ fuit ea ciuitas altero preſtāte ep̄o hermo
lao barbaro. Qui ſicut decet ep̄m p̄ p̄lo magis p̄
deſſe admitebat̄ qꝫ preeſſe. Qđ aūt ab hac vrbe
vniuerſa regio Taruiſana marchia denomiēetur
factū credo a minori nomis abſurditate vt hec ap
pellatio marchie Taruiſane in ip̄a māſerit: cum
ea in regione ſint ampliſſime ciuitates Verona
atqꝫ Patauiū. Que ſemp̄ ⁊ dignitate atqꝫ potē
tatu necnō ⁊ opulētia Taruiſio anteierint: Lon
gobardi em̄ in ea ytalie parte maxime quā obti
nebant regiones habuerunt quattuor a ducibꝰ
adminiſtratas. in quibus nullum ſucceſſionis
ius filijs ⁊ nepotibus competebat. beneuētanā
ſpoletanam: taurinenſem ⁊ forojulienſem: duaſ
qꝫ opulentia ⁊ amplitudine ſuperioribus pares
Ançonitanam atqꝫ taruiſanam eſſe voluerunt.
Ea affectas legis conditione. vt qui regum aut
gentis longobardorum concilij p̄miſſione ⁊ de
creto impetraſſet. eas filijs atqꝫ agnatis ſucceſſi
one poſſidendas relinquendi ius facultatemqꝫ
haberet. Nomenqꝫ hunc ſignificans perpetuuꝫ
magiſtratum in longobarda. barbarie marchio
natus eſt appellatum. Hec etiam vrbs ecelini ⁊
Alberti eiꝰ germani de rumano (ſicut patauiuꝫ)
tyrannide non caruit. A quibus innumeras p̄tu
lit calamitates.

Linea Chriſti

Joſaphat



Joram



Ochoſias



Athalia filia achab



Jonadab



❡Anno mōdi. 4240.

HIc Joſaphat fecit bonũ coram dño. nec legit
de eo magna reprehēſione dignũ. niſi qđ im
pijs regibus iſrl' q̄ñq ꝑſtitit auxilium. omnes effemi
natos e terra iuda extinxit. Idola quoq deleuit patrũ
q decreta obſeruauit. his cũ virtutibꝰ beniuolētiam
oīm cōfiniũ principũ ſibi cōparauit. Et paleſtini ei tri
buta reddere ceperũt. cũ vixiſſet annis ſexaginta cuiꝰ
corpꝰ ingēti pompa in hieroſolimis ſepultũ fuit.

IſTe Capis ſiluiꝰ edificauit Capuā in campania.
et regnauit annis. xxviij. relinquens Carpēto fi
lio regnum.

IOram peſſimꝰ (Anno mũdi. 4291.) occidit frēs
ſuos. ⁊ ambulauit in vijs regũ iſrl. Ideo infelix
fuit in oībus ⁊ miſerabiliter mortuꝰ. Hic de religioſo
pr̄e genitꝰ declinauit ad ꝑfidiā. ⁊ fornicari fecit filios
iuda imitatꝰ fornicatiōẽ Achab cuiꝰ filiā nomīe atha
liam habuit matrimonio. Et p athaliā vxorē nihil p̄
termiſit q̄ minꝰ aliqđ quotidie noue impietatis effice
ret. ⁊ qđ ad vaſtationē paterne traditiōis attēderet.

CArpentus poſt regem capis regnauit annis tri
ginta tempore Joſaphat.

OChoſias Joram regis filiꝰ (Anno mōdi 4299)
octauꝰ regũ iuda fecit malũ corā dño ſicut pr̄ eiꝰ
et ſtatī occiſus eſt ab hieu. Hũc regē ⁊ duos ſequētes
ſcz Joas ⁊ Amaſiā ꝑtermittit matheus. qz voluit tan
tũ ponere tres q̄terdenas. vel qz ſcđm Hieronimus ⁊
Augꝰ. Jorā accepit vxorē filiā impijſſime Jeſabelis
ideo filij eiꝰ vſq ad quartā generatiōẽ dñi de genealo
gia excluduñt. ambulauit cũ ochoſias in vijs Achab
aui ſui materni vtz i quarto regũ. ix. ca. Hũc hieu pri
ceps militie iorā regis Samarie vna cũ oī domo ach
ab obtruncare fecit. Cuiꝰ corpꝰ ex ciuitate Magedon
portatũ fuit in ciuitate hieroſolymoꝝ ibiq ſepultum.

IſTe Tyberiꝰ regnauit ānis. 9. et qz in tyberim ſub
merſus eſt: que antea dicta fuit albula ideo ab eo
nomē accepit. ⁊ fecit eũ Romulꝰ deũ. qz credidit eũ in
ter deos tranſlatuz. ⁊ eſſe numen illiꝰ fluuij. cuiꝰ vſus
rome fuit valde neceſſarius.

ATHalia iſta mulier efferata audiēs mortuũ filiũ
ſuũ Ochoſiā ſurripuit regnũ. Interfecitq oēm ſemē
regiũ preter Joas quē vxor Joiade pōtificis filia io
ram ſeptē annis abſconſum nutriuit poſtea a Joiada
ignomioſe interēpta eſt cũ ſeptē annos regnaſſet.

IſTe Agrippa ſiluiꝰ rex albanoꝝ ſiue ytalorum re
gnauit poſt tiberium patrem ſuum ſubmerſum in
Albula. regnauitq annis quadraginta.

IOnadab filiꝰ Rechab clarꝰ habet. a quo ſtirps
valde religioſa Rechabitaꝝ deſcēdit. Iſte eſt q̄ ꝓ
phetauit hieu qñ voluit occidere ꝓpheras baal. qz fu
it zelator diuini cultꝰ ⁊ maxīe abſtinētie ⁊ religiōis cũ
filijs ſuis. Nota etiā ꝙ filij Rechab ex ꝑcepto pr̄is ē
ſi pegrini et hoſpites ſup terrā ſeorſuz habitabant ab
homibꝰ in tabernaclis domũ nō edificabāt ſementuz
non ſerebant nec vinum bibebant.

TEmpore Joras regis iuda templi ruine et tem
pli vtenſilia et ſartatecta que vetuſtate vel negli
gētia athalie pierant. de pecunia collecta reparant iuſ
ſu regis. quia huc uſq ſacerdotes neglexerunt huiuſ
modi reperare. pecuniam tñ a populo recipiebāt quo
uſq ponebatur gazophilatium.

Linea Regum ytalie

Capis ſiluius



Carpētus ſiluiꝰ



Tiberius ſiluiꝰ



Agrippa ſiluius



Lycurgus



Lycurgus ſcd̃m Euſebiũ inſignis eſt habitus. q̃ et iura lacedemonijs com
poſuit. et licet gẽtilis fuerit leges tamẽ iuſtiſſimas nãli diuioq̃ iuri cõſo/
nas dedit. Nec quicq̃d cenſuit. cꝰ nõ ipe exemplũ priꝰ daret. Auri argẽti/
q̃ vſuz et oĩm ſcelerũ materiã nõ ſuſtulit. Fundos oĩm equaliter inter oẽs diuiſit
vt equata patrimonia neminẽ potẽtiorẽ altero redderẽt. cõuiuari publice iuſſit.
ne alicuiꝰ diuitie vel luxurie in occulto eſſent. Iuuenibꝰ nõ ampliꝰ quã vna veſte
vti toto anno: nec aliq̃ cultiꝰ q̃ aliũ ꝓgredi voluit. nec opulẽtiꝰ epulari. Emi ſin
gula nõ pecunia ſed cõpatiõe mercium iuſſit. Pueros puberes nõ in forum ſed in
agrũ deduci iuſſit. vt primos ãnos nõ in luxuria: ſ; in oĩ ope ac labore agerẽt. Ni
hil eos ſomnij cauſa ſubſternere. ⁊ vitã ſine pulmẽto degere. nec priꝰ in vrbẽ redi
re q̃ viri facti eſſent. Conſtituit virgines ſine dote nubere: vt vxores nõ pecunie
cauſa eligerent. ſeueriuſq̃ matrimonia ſua viri coercerẽt cũ nullis dotis frenis te
nerent. Maximũ honorẽ nõ diuitũ ⁊ potẽtũ ſ; ſenũ eſſe cẽſuit. Hec ⁊ alia ſilia q̃
ſolutis antea moribꝰ dura videbant auctorẽ eoꝝ appollinẽ delphicũ finxit ⁊ in-
de ſe ea detuliſſe. Deinde vt eternitatẽ ſuis legibꝰ daret iureiurãdo eos aſtrinxit.
ne quid de tam diuis legibꝰ mutarẽt donec reuerteret in patriã. ⁊ ſimulãs ſe ite/
rum cõſulere appollinẽ. vt q̃d addendũ q̃ue diminuẽdum his legibꝰ videretur.
Profectꝰ ẽ aũt Cretã vbi volũtariũ exiliũ ꝑpetuo egit. ſed ⁊ moriẽs oſſa ſua in lo
culo plũbeo ⁊ ĩ mari abijci iuſſit. ne ſi ad patriã deferr
ētigeret. lacedemõẽs ſe a iuramẽto ſolutos eẽ putarẽt.

Linea Regum iſrael

Hieu



Ysaias



Hieu filius Ioſaphat regis iuda decimꝰ rex iſrae
vnctꝰ a puero heliſei ꝑcuſſit Iorã cũ omni dome
achab. ⁊ deſtruxit domũ baal ⁊ eiꝰ ꝓphas occidit. S
heu vitulos aureos in bethel ⁊ dan nõ dereliq̃t. Ideo
Aſael rex ſyrie miſſus a dño mltos occidit in iſrl̃ vbi ⁊
moritur poſtq̃ regnauit. 28. annis.

Yſayas ꝓpha nobilis: magis euãgeliſta a btõ hie
ronimo dicit q̃ ꝓpha. vnꝰ de q̃ttuor ꝑncipaliori
bus circa h̃ tpa clarꝰ habet ꝓpter euidẽtiã ꝓphie ſue.

Iſte Ioachas valde attritꝰ eſt cũ tota gẽte ab aza
hele rege Syrie. et ideo deprecabat dominum et
paulullum releuatus eſt.

Joachas



Oſee



Oſee ꝓpha primus de. xij. mittit contra decem tri
bus. Hic fuit filiꝰ Beeri q̃uis ꝓphia beeri nõ
habeat apud nos. ꝓphauit aũt Oſee tempe ieroboã
regis iſrael filij Ioas qui ioas ſimul regnauit cuz oſi
rege iuda. 14. annis. ⁊ in iuda fuerunt quatuor reges
ſub quibus Oſee prophauit vt dicit oſee. 1. ſcʒ oſias.
Ioathas. Achaz ⁊ ezechias.

Iſte Ioas ꝑcuſſit ſyros tribus vicibus iuxta ver
bum heliſei. ⁊ tulit vrbes de manu Azaelis ⁊ be
nadab filij Aſaelis. reſtituitq̃ regno ſuo. Ipſe etiã af-
flixit amaſiam non volẽs ſed compulſus. ſupbiam eiꝰ
humiliauit incipiẽs regnare. 37. anno ioas regis Iude.

Joas



Iobel



Iohel ſcd̃us propheta de. xij. de iuda. et futurã eiꝰ
tribulationem prophetizat.

Ieroboam ſatis bellicoſus et victorioſus fuit. con
triuitq̃ regem ſyrie et reſtituit regnum iſrael ſicut
prius inſuper et damaſcum iuxta verbum Ione ꝓph
te. Attende q̃ ſit inſtabilis ſtatus regnorum iſrael. cõ
tritus vſq; ad nouiſſimum humiliatus eſt valde. Sy
ri eleuati iam ad infirmis mirabiliter deprimunt. ſic
qui fuit ſupra fiet infra. et econtra. qui fuit infra aſcen
dit ſupra vt poſt deſcendat infra. Hec eſt rota volubi
lis huius temporis. et ideo non eſt mirum ꝙ pau
ci electi ad hoc aſſumuntur a domino et ꝙ viri ſenſati
huiuſmodi inſtabilitatis negociũ totis viribus fugere
contẽdunt. Vide auguſtinum de ciuitate dei in multis
locis Si boni regnãt mltis ꝓſunt. ecõtra. ſi mali ⁊c̃.

Jeroboam



Linea Chriſti




Iſte Jonas (Anno mūdi. 4306.) cū ſeptē eſſet annorū a Joiade pontifice rex conſtitut⁹ eſt. Fecitq̧ bonū cūctis dieb⁹ Joiade. Poſt ei⁹ vero mortē delinitus blandicijs magnatorꝝ: Cor ei⁹ depravatū eſt in interitū ſuū. Iſte ioas lapidari iuſſit zachariā filiū ioiade ſummi pōtificis: inter templū ⁊ altare qđ erat i atrio Anno regni ſui penultimo.

ARemulus ille regnauit annis. xix. tempe Joas regis iude. qui poſuit preſidiū albanorum inter montes vbi nunc eſt roma. Ex eo iulius et auētin⁹ filij ſuperſtites ſunt.

Amaſias ille (Anno mūdi. 4346.) p⁹ bona inicia malū habuit fines: qđ cōmūe ſatis vſq̧ hodie in poteſtatib⁹ appet. Multos nāq̧ officiū deſtruxit etiā notabiliter ꝓbatos. cuius exempla hic ſunt plurima. Hic etiam deos ſeyr adorauit.

ISte auentinus ſiluius. xxxvij. annis regnauit et ab hoc mons auentinus qui nunc eſt pars vrbis vbi ſepultus eſt accepit nomen.

PRochas fili⁹ auētini regnauit ānis. xxiij. cuius laudes virgili⁹ hoc verſu extollit. Proxim⁹ ille prochas troyane gl'ia gentis. Hic duos p⁹ ſe reliqt filios videlicz. Amuliū ⁊ Numitorem patrem Rhee romuli et rhemi matris.

REgnū iude poſt mortē Amaſie fuit. xij. annis ſine rege: qđ ſubtiliter oportet accipe ex collatiōe annorꝝ regū iſrl' et iuda. quia Amaſias cepit āno ſcđo Joas regis iſrl'. et oſias fili⁹ amaſie cepit Anno. 27. Jeroboā regis iſrl' qđ tp̄s extēdit ſe ad. 41. annos. a qbus ſubtrahe annos amaſie: ⁊ ſic remanēt. 13. quib⁹ Oſias paruul⁹ erat: nec adhuc ad regnū apt⁹. hoc aūt 
xx. et mlte alie hyſtorie nō habēt. ſed alibi h̄ ſupplēt ⁊ ſcđm hoc oportet concordare eas. alioquin errabis quo ad ſupputationem annorum.

NAaman princeps militie regis Syrie fact⁹ leproſus: acceſſit cū lrīs recōmendatorijs ad regē iſrl' vt curaref a lepra. Cū aūt aduenīſſet ad domū heliſei Juſſit eum vt lauaret ſe ſepties in Jordane ⁊ mūdaref. Qđ ⁊ ſi pri⁹ indignās nō acqeſceret: demū ad ſuaſionē ſeruorꝝ ꝑgens ad iordanē: ⁊ lauās ſe: mūdatus eſt a lepra. q̄ reuertēs ad heliſeū: cū multa ei obtuliſſet: nihil voluit accipe. Sed Giezi diſcipul⁹ heliſei occulte acceſſit ad naamā poſtq̄ receſſerat. ⁊ petijt ex pte heliſei quedā ab eo: portās ea ad domū ſuā. Quod ſcel⁹ detexit heliſe⁹: ⁊ ꝓpter hoc lepra pcuſſus eſt Giezi ⁊ ſemē eius vſq̧ in ſempiternum.

ISte Amuli⁹ fratrē ſuū Numitorē de regno eiecit. ⁊ Lauſuz filiū ei⁹ interfecit et rheam euſdē filiā ad ſubtrahendā ſpem ꝓlis ſub ſpecie honoris veſte ꝑpetuā virginitatē dicauit. ſed cū ſeptē regnaſſet annis Rhea geminos peperit filios. ſ. Remū ⁊ romulū. ⁊ poſtea amuli⁹ a Romulo ⁊ remo cū adoleuiſſent occiſus eſt. ⁊ Numitor reſtitut⁹ fuit in regnum quia fuit auus eorum.

Linea regum italie







HIc eſt Heliſe⁹ ꝓpheta q̄ pallio helie iordanē diuiſit. cū ſale aquam dulcorauit. xlij. pueris ſibi illudētibus maledixit q̄s vrſi deuorauerūt. trib⁹ regib⁹ aquā dedit ſufficiētē exercitui tom. Oleū viduc mltiplicauit. filiū ſunamitis reſuſcitauit. colloqntidas emēdauit. Panes ordeaccos pp'lo augmentauit. Naamā mūdauit. Giezi cū ꝓgenie ſua leproſuz fecit. exercitū ſyrie cecauit. ſamariā a fame ⁊ obſidiōe liberauit ꝓphetauit. Aſabel regem ſyrie ⁊ hieu regem ſuper iſrael conſtituit: regi ioas tres victorias de Syris ꝓmiſit. mortuūq̧ ſuſcitauit.

NUmitor iſte reſtitut⁹ in regnū. ſtatī p⁹ occaſus fuit a romulo.

Linea pontificū

Amarias



Achitob



Sadoch



Sellum



Hic regnū Israel fuit ſine rege annis. 33. vt habetur ex collatione regum iuda.

Amos



Amos fuit tercius de duodecim pphenſ ɔtra gentes inſtas pphetat ꝛ ſpecialiter ꝫ.x.trib⁹

Abdias fuit qrtus de.xij. pphetis prophetat cōtra Edom. is antiqſſim⁹ moriēs in ſepulchro helizei ſepultus.

Eo tpe ſpartani ſeu lacedemonij per annos.l.bellando vagātes ſcripſerit vxorib⁹ ſuis vt alios maritos ducerent ne gen⁹ periret.

Abdias



Jonas



Jonas ppheta ꝺ xij. pphetis mittiẗ ad niniuitas q̄ audierunt eu3.

Micheas



Micheas iſte eſt ſextus de.xij prophetis.

Naum



Iſte Naū eſt ſeptimus de. xij. prophetꝭ.

Hic texiẗ hyſtoria thobie exemplaris tota.

Thobias



Moritur autē thobias annoꝝ. 120 vir ſanctus plenus opibus bonis et prophie ſpiritu clarus. pphetauit nā qꝫ de deſtructione hieruſalem ꝛ templi q̄ſi iam factum eſſet cum tamen adhuc futurum eſſet propter certitudinem pphetie. Statim poſt eius mortem vxor ei⁹ mortua eſt. Et egreſſo tobia minore cu3 filijs ſuis Niniue deſtructa fuit.

Iſte Zacharias rex iſrael cepit regnare anno. xxxviij. Ozie regis iude fecitqꝫ malū ſicut p̄deceſſores ſui. et hic e quart⁹ p⁹ hieu et pcuſſit eum Sellū ꝛ regnauit p eo. q̄ ſtatim pcuſſus A manahen: reg et vita caruit. vt3 4. regū. 15.

Iſte manahē cepit regnare āno. 39. oſie regis iude fecitqꝫ malū cora3 dn̄o. Et eū tradidit de⁹ in man⁹ regis aſſyrioꝝ qui indixit ei talēta argenti mille.

Phaceya etia3 fecit malū corā dn̄o eumqꝫ pcuſſit phacee et regnauit pro eo.

Iſtū phacee Interfecit ozee ꝛ regnauit pro eo: fecitqꝫ pactū cum raaſin rege Syrie et vaſtauit Judam: Ideo theglathphalaſar rex aſſyriorum oppreſſit eū et traſtulit quaſi tres tribus in Aſſyrios.

Ozee fuit vltim⁹ rex iſrael. ꝛ captus eſt a ſalamanaſar rege Aſſyriorum et iſrael traſlatus eſt in aſſyrios.

Sine rege. reges Iſrael

Zacharias



Sellum



Manahen



Phaceya



Phacee



Ozee



Iſrael transfertur in aſſyrios.

Anno. xi. Oſie qui eſt annus mūdi. 3i xi. Etatis vero qrte. cc lxi. cepit regnū Macedonū in q̄ prim⁹ regnauit caran⁹ vel carnaus ānis. 28. ꝛ cucurrit iſtud regnū vſqꝫ ad alexādrū magnū incluſiue p. 24. reges. q̄ q̄dē3 cepit āno mūdi. 3530. et regnuit p ānos. 12. ꝛ 6. mēſes q̄ mortuo apō babilonē impiū ad aliꝯ traſfert.



Medorum regni principium fecit Arbaces natione medus. Sardanapalli olim regis prefectus. an-
no ſexto Ozie regis Sardanapallus eī vltimus aſſyriorum rex cū regnaſſet annos. xx. de quo dio
dorus Siculus in hiſtorijs grecorum multa diſſeruit. Iuſtinus quoqꝫ ſcribit. Sardanapallus rex
vir oīm muliere corruptior repertus eſt ab Arbace prefecto ſuo inter ſcortorū greges purpuram colo tra-
hens ſub mulieri habitu eius fila partiens. Unde indignatus arbaces in eum milites in coniuratione ̄ exci-
tauit: et pugna cōmiſſa vincitur rex qui regiam ſuam ingreſſus pyrā quā ipſemet fecerat incendit. et ſeipm
cum innumerabilibus diuitijs concremauit. Iuſſitqꝫ vt Tullius libro quinto tuſculanarū queſtionū refert
hec verba buſto ſuo inſcribi. Hec habui que edi queqꝫ exſaturata libido hauſit. Alia iacent multa et precla
ra relicta. Ac ſic illud maximum omnium regnorum finem fuit tante diuturnitatis accipiens ad medos trā-
latum eſt poſt annos (vt diuus pater Auguſtinus libro. 18. de ciui. dei ca. 22. ſcribit) Mille trecentoſquiqꝫ
vt etiam beli qui primus rex fuit tempora computentur. Apud medos aūt regnatum eſt annis. 128. Ipam
eīn orientis monarchiam (vt Iuſtinus ſcribit) ſpe nō re quidē ad medos ſuos tranſtulit. quod poſtea da-
rius perfecit. Veruntn̄ poſt Sardanapallum etiam aſſyriorum fuere reges: ſed non monarche vſqꝫ ad Ni-
niue ciuitatis ſubuerſionem. Media autem regio in aſia minori eſt aſſyrie et perſie ac mari hyrcano conter-
mina. In qua quattuor regiones memorantur eſſe. Ubi medus ipſe Medee filius in honorem matris me
deam vrbem condidit. vbi et regnū ex ſuo nomine medorum conſtituit. Sub cuius poteſtate per hec tem-
pora orientis imperium fuit. Id autem poſtea ſub aſtyage in magno culmine fuit. ſicut patet Iudith ca. 1.
Uerum Cyrꝰ perſarum rex imperium illud extinxit. et ad perſas detulit. Poſt perſas medi etiam macedo
nibus paruerunt. deinde parthis. Media aūt vulgati noīs terra a ſeptentrione hircano mari terminat̄. ab
occaſu maiori armenie et aſſyrie partes. A meridie perſide. ab occidēte hyrcania ac parthia q̄ montibꝰ exclu
dunt. Strabo quoqꝫ dicit mediā multū ꝛ olim potentē regionē in medio Tauro ſitam eſſe eā in duas ptes
diuiſerūt. Alterā maiorē vocauere. Alterā atropaciā. Maioris metropolis Ebatana fuit magna ciuitas et
imperij medie caput. qua ꝛ parthi poſtea vſi ſunt. Nā reges ibi eſtatem agebāt cū ſit frigida. hyemē vero ſe
leucie que ſecus tygrim eſt ꝑpe babilonē. Atropacia ab atropate duce noīata eſt qui obſtitit ne ea macedo-
nibus ſubigeretur. Medie pars is poſtea rex declaratꝰ regionē hāc a media ſequeſtrauit cuꝰ ſucceſſores re-
gnū cōtinuātes cū armeniorū regibꝰ affinitatē cōtraxere deinde cū ſyris et poſtremo cū parthis.



Macedonum regni principium Carnaus quidam macedo fecit. Vir ingenio et manu promptiſſimꝰ
Poſt innumera prelia cum finitimis regibus ſtrennue geſta Macedoniā omnis ſui prouinciam ſi-
bi ſubijciens. in eaqꝫ regni ſedem primus conſtituit. Atqꝫ duodecimo regni Ozie regnare incipiēs
(teſte Euſebio) regnauit annis. 28. Macedoniam autem huius carnai regnum europe prouinciam eſſe di-
cunt. et a macedone Oſyridis filio primo cognominatam fuiſſe inuenimꝰ. quā (Solino teſte) Tracius fi-
nes ab oriente precingit. A meridie epyrothe theſſalie: Ab occidente dardania et illiricus. Et in ſeptentri-
one paphlagonia. Fuit tamē in iſto principio anguſtis terminis. ſed poſtea regum ſuorum virtute et gentis
induſtria ſubactis finitimis ita ampliata. qꝫ eam plinius in quarto Centū quinquaginta populos aliquā-
do tenuiſſe ſcribat. De qua Solinus qui edonij olim populi queqꝫ migdonia erat terra. aut emathiū theſ-
ſalicumqꝫ erat ſolum. nunc om̄e vniformi vocabulo macedonica res eſt factum corpus vnum. Regnū ita-
qꝫ macedonicum illuſtre potenſqꝫ fuit. Et qꝫ maxime Alexandri magni temporibꝰ. Sed om̄e pontificis in
deorum temporibus deſtructum fuit. In quo quidem regno memorabile quoddā factū legimus cōtigiſſe
qꝫ cum illirici ꝛ thraces coadunati finitimos hos macedones attercre conati eſſent. cogerentqꝫ macedones
ꝯmiſſa pugna fugere. tulerūt in cunis infantē defuncti regis filiū: quo iuxta aciē poſito. acrius repetiere cet
tamē. quaſi ideo victi eſſent. qꝫ bellātibꝰ defuerīt auſpicia regis ſui victoris futuri. Tandē illiricos magna
cede fuderūt. oſtendētes hoſtibꝰ priore pugna regē. nō virtutē macedonibꝰ defuiſſe cuꝰ quidē regis nomē
ignorat̄. Macedonia aūt terrarū imperio quōdā potita que inter duo maria ꝑtendit̄ Egeū ꝛ Adriaticum
Latus eiꝰ meridionale theſſalie atqꝫ magneſie terga ꝑtegit. Partē ſeptentrionalē peonia ꝛ paphlagonia
excipit et ipe regiones in macedonū poſtea iura cōceſſerūt. macedonie addite. Epyrus quoqꝫ macedoniā ꝛ
Illirica terra. altera meridiē. altera ſeptentrionē excipiens in adriatico littore.



Lydorum regni principium fecit Ardiſius ſiue ardis quidam grecus vir genere et animi magnitudi
ne inſignis. Octauo et quadrageſimo regni Ozie anno lydus primus regnare cepit. Et regnauit te
ſte Euſebio annis. 26. Lydia vero minoris aſie regio quam in parte nunc moream appellare dici
mus. Et vt plinio placet libro quinto naturalis hyſtorie. prius Meonia dicebatur: ſed poſtea a lydo Athis
regis filio fratreqꝫ Tyrreno lydia dicta fuit. Qui duo fratres propter regni breuitatem ſe ſimul ferre non
poſſent: Tyrrenus ſorte diſcedens in ytaliam venit. Eamqꝫ partem que ad mare inferum verſa eſt: quã eti
am Tyrrenam a ſe nomiauit. Lydus vero illuc remanens meoniam a ſe lydiam vocauit. In qua fuerũt vr
bes Epheſus. Colophon. Clazomene et phocea. Id tñ regnum haud multum inſigne fuit: quod poſtea a
perſis ſub Creſo rege (qui chaldeis contra perſas auxilium tulit) ſubuerſum fuit. Hoc regnum ducentis et
triginta annis ſub nouem regibus ſteterat. Quorum nomĩa et tempora hic apponimus.

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Ardiſius | 1 | añ. 36 | Candaules | 4 | añ. 17. | Sadyates | 7 | añ. 15. |
| Aliaces | 2 | añ. 14. | Gigius | 5 | añ. 36. | Aliactes | 8 | añ. 49. |
| Meles | 3 | añ. 12. | Ardis | 6 | añ. 37. | Creſus | 9 | añ. 15. |

Olympias prima apud grecos quinquageſimo regni Ozie anno ex agone Gymnico inſtituta eſt a
captiuitate troye vſqꝫ ad olimpiadem primam anni. 406. Aeſchyli athenienſium iudicis ſecũdo
anno. prima olympias acta quod erat agon gymnicus in qua Chorebus helyenſis extitit victor.
Hely agunt quinquẽnale certamen quattuor annis in medio expletis. In quibus principes annui conſti
tuuntur quattuor quã Olympiadẽ iphitus filius Praxonidis ſiue hemonis primus cõſtituit. Quãqꝫ alij
ſcribant qꝫ hercules octauo Iair iudicis iſrael anno Olympia cum agonẽ apud grecos ad honorem iouis
in Olympo mõte prim9 ꝯſtituit qđ de ꝗnquẽnio ĩ ꝗnquẽniũ quattuor in medio ãnis expletis fieri voluit.
A quo vſqꝫ in preſens tempus ſuppotantur anni. 405. Greci aũt quĩquẽnale certamẽ celebrare aſſueti eni
am quattuor annuos principes in ludo et certamine illo conſtituentes tempus illud quattuor annoꝝ olym
piadem appellauerunt. Quadriẽnio ſcꝫ in vna olympiade ſupputato: hec nãqꝫ feſtiuitates et ludi in quin
quẽnio ſemel fiebant. Ne ſi vlterius protraherentur obliuioni darentur. Aut ſi citra fierent expenſarum nu
meras grauaret. Olympias igitur quattuor plenos continebant annos. Et quidem ſub centeſima nona
geſima tercia olympiade dominus noſter ieſus xp̃s naſci voluit ab hoc tempore greca de temporib9 hyſto
ria vera creditur. Nam ante hoc vt cuiqꝫ viſum eſt diuerſas ſententias protulerunt.

## Spartanorum origo

Spartanorum genus. ex ipſum tempeſtate hac. Alcumene lacedemiorum rege mortuo. eorumqꝫ regno
conſumpto. hoc modo principium habuiſſe Iuſtinus in tercio Epitomatum ſuorũ refert. Lacedemo
nios cõtra Meſſenos decennale bellum ſumpſere. Qui poſt aliquot annos querelis vxorum et poſt tã lon
gam viduitatez reuocarentur. veriti ne hac pſeuerantia belli ſpem prolis amitterent. Decreto ſtatuerunt vt
virgines eorum cum iuuenibus domi relictis promiſcue concuberent. maturiorem futuram conceptionem
rati. ſi eam ſingule per plures viros experirentur. Ex his nati ob notam materni pudoris ſpartani euocati
ſunt. Qui cum ad annum trigeſimum perueniſſent metu inopie (nulli eñ pater exiſtebat cuius in patrimo
nium ſucceſſio ſperaretur) Ducem phalantum aſſumunt filium Araci. Itaqꝫ nec ſalutatis matribus quarũ
adulterio infamiam collegiſſe videbantur. ad ſedes requirendas proficiſcuntur. diuqꝫ per varios caſus ia
ctati. tandem in italiam deferuntur. Et oppugnata arce tharentinorum. expugnatis veteribus incolis. ſe
dem ſibi conſtituunt: Quoruz poſtmodum amiciciam egiptij reges ac iudei ſummope queſierunt: vt libri
Machabeorum teſtantur. Sed poſt annos plurimos dux eorum Phalantus per ſeditionem in exilium ꝑ
turbatus brundiſium ſe contulit. quo expulſi veteres tarentini conceſſerant.




Ozias (Anno mūdi. 4388.) Amaſie regis filius: duodecimꝰ regū iuda multe māſuetudinis ꝛ dignitatꝭ. Uir iſte fecit qd̄ bonū erat corā dn̄o: excepto ꝙ ſibi ſacerdotiū vi vſurpauit ſub azaria pōtifice. In eo ꝙ voluit adolere incēſum ſup altare thimiamatis. ꝓpter qd̄ lepra ꝑcuſſus eſt: ꝛ terre motꝰ factꝰ. Ex q̄ media ꝑs mōtis ſciſſa eſt ꝛ ortos regales oppꝛ̄ſſit. hoſtes tn̄ ꝑ circuitū ꝓſtrauit ꝛ hieruſalē exornauit ꝛ muros q̄s ioas deſtruxerat reſtituit lepꝛoſꝰ factꝰ zacharias ſm̄ legē moyſi extra ciuitatē eū expulit: ꝛ Joathā filiꝰ eiꝰ ꝓ eo rexit. Uerū cū obiſſet trāſtulerūt eū i hierl̄m ꝛ ſepelierūt i ſepulchrꝭ regū

Iſte Sardanapallꝰ oīni muliere corruptioꝛ fuit ꝑrimꝰ puluinaria īuenit: hītu femīeo indutꝰ inter meretricū greges purpurā colo trahēs. Demū ꝑ arbacē ꝑ̄fectū medorū īdicto ſibi bello deuictꝰ. cernēs ſe nō poſſe euadē ſeipm̄ cū diuitijs ꝯcremauit: ceſſauitq; illa magna mōrchia aſſyrioꝝ: q̄ ſtetit vltra. 1305. annos. Et ſurgūt tp̄a horrēda pene ad xp̄i natiuitatē in q̄bꝰ ſanguis hūanꝰ in toto mōdo q̄ſi aq̄ effuſꝰ ē.

Phull rex Aſſyrioꝝ ꝛ ſeq̄ntes volētes recuperare monarchiā nō modicū turbauerūt terrā.

Joathan anno mundi. 4440.

Iſte Theglathphalazar cepit terras neptalim et gallileā. Et eos q̄ trāſiordanē erāt trāſtulit in aſſyrios. poſtea ob petitionē Achas obſedit damaſcū et Raaſim regem damaſci interfecit.

Salmanaſar obſedit ſamariā ꝛ trāſtulit iſrl̄ in aſſirios. ꝛ ceſſauit regnū iſrl̄ qd̄ ſtetit āniſ. 282.

Iſte Achas (Anno mūdi. 4466.) regnauit in iuda poſt mortē patris ſui Joathā: Hic peſſimus fuit ydolatrie deditꝰ: cōtra quē veniēs in ꝑreliū phacee rex occidit in vna die de iuda centū viginti milia bellatoꝝ: ꝛ ducēta milia pueroꝝ: ꝛ puellaꝝ. et mulierum duxerūt captiua: q̄s tamē refectos remiſerūt cōſulente ꝓpha. Cuiꝰ tp̄e condita eſt roma.

Ezechias Anno mūdi. 4472. filius Achab q̄ntuſdecimꝰ regū in iuda. optimus fuit: reducēs populū ad cultū dei: huiꝰ tp̄e regnū iſrl̄. ſ. decē tribuum defecit: trāſlatus a rege ſalmanaſſar aſſyrioꝝ: huius Ezechie tp̄e ſennacherib rege Aſſyrioꝝ veniente cōtra ezechiā ꝛ regnū eiꝰ: ꝛ obſidēte hieruſalē oratōibꝰ eiꝰ ꝛ yſaye ꝛ humiliatiōibꝰ in vna nocte angelꝰ dn̄i interfecit centū octogintaquinq; milia exercitꝰ ſennacherib: ſicq; liberatꝰ eſt: Ipſe aūt Ezechias ſiue ꝓpter elationē ſiue ꝓpter ingratitudinē ad mortē vſq; infirmatꝰ ē. Sed penitēs ſanatꝰ ſigno ſibi dato de reuerſiōe ſolis ꝑ decē lineas q̄ oratoribꝰ babilonie oſtēdit oēs theſauros. Cui yſayas ꝑ̄dixit oīa a babilonijs aſportāda: phaſe aūt ſolēniſſime a ppl̄o celebrari fecit. Dormiuit deniq; Ezechias cū patribꝰ ſuis.

Iſte Sēnacherib aſcēdit in iuda cōtra Ezechiaz virū ſctm̄. ꝛ ꝑcuſſit dn̄s exercitū eiꝰ vt ſup̄. Ipſe aūt turpiter fugiēs ꝑuenit in niniuē ꝛ afflixit iudeos et thobiā. tandē a ſuis filijs occiſus eſt.

Manaſſes (Anno mūdi. 4501.) filiꝰ Ezechie poſt eū regnauit in iuda quīquagītaquinq; ānis: hic peſſimꝰ fuit: ydolatrie deditꝰ ꝛ augurijs. ꝓphas occidens ꝛ ꝑ̄cipue yſayā ſerra lignea ſecari faciēs. Qui tn̄ captiuꝰ ductꝰ in babilonē penitēs ꝛ valde hūiliatꝰ in illa captiuitate veniā obtinuit. Et ad regnū ſuum reductꝰ eſt. cui ſucceſſit filiꝰ eiꝰ amon patrē imitatꝰ in vicijs ſꝫ nō in pnīa. q̄ ꝛ a ſuis occiſus eſt.

Iſte Aſſaradon fuit filius Sennacherib.



## Linea pontificū

Elchias



Azarias filius elchie



Sarayas filius azarie



Joſedech



Sophonias



Sophonias ꝓpha nonus duodecim ꝓphetarum Chuſi nobiliſſimi iter hebreos viri fili⁹: ꝓphetauit deſtructionē hieruſalem et reedificationē.

Iſte Urias ,ppha occiſus eſt a rege ieconia.

Prophete minores

Urias



Baruch



Abacuck ꝓpha in numero duodecim ꝓphetarum decim⁹ ꝓphie ſpiritu plenus: apud iudeā in precio fuit: ꝓphauit cōtra Nabuchodonoſor ⁊ babilonē hic etiā danieli prandiū attulit dum in lacu leonuꝫ eſſet apud babilonem.

Abacuck



Baruch hieremie prophete notarius propheticum librum edidit: in quo cōſolationem de reditu a captiuitate prenunciat.

Hieremias



Iſte hieremias ꝓpha ſctiſſimus ⁊ ab ipō matris vtero ſctificat⁹ ex ſacerdotib⁹ nat⁹ incepit ꝓphare adhuc puer. xiij annoꝝ tpe regis Joſie contra hieruſalē ⁊ teplū ꝓphizauit autē annis. xl. preter hos qb⁹ ,pphauit in egipto. Ibideꝫ poſt multas iniurias ſibi illatas apō Taphnas ab eodeꝫ pplo lapidibus obrut⁹ occubuit. Eoqꝫ i loco ſepult⁹. ⁊ q: ſerpētes fugauerat poſt mortē eum venerati ſunt.

Olda ꝓphetiſſa



Iſtum Sarayam interfecit Nabuchodonoſor in reblata cum alijs conſiliatoribus ſedechie.

Olda ,pphiſſa fuit vxor Sellū ſummi ſacerdot| claruit ac ,pphauit Joſie regi et preſertim hieroſolimoꝝ euerſionē ac populi ipius captiuitatem.

Omnes iſti ſex cū Joachim rege adhuc pueri in babilonē ducti ſunt captiui. Nabuchodonoſor ſtatuā aureā. lx. cubitoꝝ altitudine in campo ſtatuit ⁊ cōuocauit oēs principes regionū ad dedicationē ſtatue. ⁊ preco clamabat. Adorate ſtatuā q̄ nō adorauerit eadē hora mittet in fornacē ignis ardentis. Et adorauerūt oēs preter ſocios danielis: ⁊ accuſati ſunt ad regē ⁊ ſuccenſa eſt fornax ſeptuplū: ⁊ miſſi ſunt vincti cū veſtib⁹ in mediū fornacis. Uiros autē illos q̄ miſerāt eos interfecit flama ignis. Angel⁹ aūt induxit quaſi ventū roris flantē refrigerantē eos. Tūc illi tres vno ore benedicebant deum.

Mizahel·ananias·azarias·



Daniel.



Ezechiel. Mardocheus



Ioſedech pontifex fili⁹ Azarie egreſſus eſt quādo tranſtulit dominus iudam et hieruſalem per manus Nabuchodonoſor. Et ductus eſt cum alijs captiuus in babilonē; dicunt aliqui iſtum fuiſſe Eſdrā ſcribam et ſacerdotem aut forſan ipſius fratrem.




Rhea que et Ilia dicebatᷣ Numitoris vltimi latinorum regis filia hac tē-peſtate adhuc virgūcula: patre eius vi regno priuato: ab amulio patruo veſtalibus virginibus addita ad ꝑpetuam virginitatē cōpulſa eſt. Que cum in pleniorem deueniſſet etatē ſtimulis acta venereis in amplexus incogniti viri. Et vt alij referunt in martis coniunctionē deuenit. Et pregnans effecta. Romulum ⁊ Remum eodē partu enixa eſt. Quos dum peperiſſet iuſſu regis Amulij viua defoſſa eſt. Qua mortua etiam geminos in tiberim deijci iuſſit. Verū ne-quceuntibus miniſtris ad ripam fluminis propter aquarum multitudinē deuenire: illos in ripa poſuere. Et ſic Amulij imperio abiectus in profluentē Romulus cum Remo fratre non potuit extingui. Et tiberinum amnem repreſſit: ⁊ relictis catulis lupa vagitum ſecuta: vbera admouit infantibus. matremqꝫ ſeſe geſſit. Sic repertos apud arborem fauſtulus regis paſtor tulit in caſam atqꝫ educauit ſuſtē-tatoſqꝫ fere inter greges pecorum agreſta vita nutriuit. Marcios pueros fuiſſe: ſiue ꝙ in luco martis enixi ſunt. ſiue ꝙ a lupo que in tutela martis eſt nutriti. Adulti inter paſtores de virtute quottidiana certamina et vires ⁊ pernicitatē auxere. Cum autem adoleuiſſent non parua paſtorum ⁊ latronū manu collecta Amulium patruum regē interfecerunt. et numitorē auum in regnum reſtituerunt. Is tamen ſequēti anno extinctus. Sic latinorum ſeu Albanorū regum defecere nomina. vbi ſub vno ⁊ viginti regibus ſexcētis ⁊ viginti tribus annis regnatū eſt.

Remus Rhee veſtalis virginis ex incognito patre filius: Romuli frater hoc anno vna cum fratre ſuo ⁊ auo ſuo Numitore in regno latinorum reſtituto. deinde interfecto vrbē vbi nunc Roma eſt cōſtituerunt ac condiderunt. Et cū gemini erant: vter auſpicaretur ⁊ regeret: adhibuere piacula. Remꝰ montem Auentinum: Romulus palatinum occupauit. Prior ille ſex vultures: hic poſtea ſed duodecim vidit ſic victor. augurio vrbem excitat plenus ſpei bellatricem fore. ita illi aſſuete ſanguini ⁊ prede aues pollicebantur ad tutelam noue vrbis ſufficere vallū videbatᷣ. cꝰ dū irridet anguſtias Remꝰ: idqꝫ icrepat. ſaltu dubiū an iuſſu frīs occiſus eſt. Prima certe victima fuit. munitionē vrbis noue ſanguine ſuo conſecrauit. ferunt eum a fabio Romuli duce cultro paſtorali occiſum Et in eodem loco vbi futuri muri veſtigiū tranſgreſſus eſt ſepultus fuit.

## Romanorum regni principium

Romulus primus Romanorum rex vigeſimoquarto ſupra trecēteſimū regni dauid anno: etatiſqꝫ ſue primo ⁊ viceſimo numitore perempto: regnoqꝫ latinorū in confuſo poſito paſtorum non parua manu collecta vna cum fratre Remo iam dicto ſtatim vrbem paruam in ſolo nequaqꝫ munito conditam ⁊ a ſe Romam nominatam primum regnare incepit teſte Euſebio regnauit annis. 38. Romulus autem licet ſub dubio partu natus: eius tamen indolis (vt plutarcus ait) nequaqꝫ ſeruilis erat: ſed quandā regiam magnitudinē ac ꝓbitatē pre ſe ferebat. Eminebat in eo natura facilis ⁊ ad cōſilium ciuilem probitatem aptiſſimum ingenium: quapropter euenit ad magnum dignitatis culmen. Poſt romam autem conditam primum eos quibus etatis vigor inerat in militares legiones diſtribuit. Ceteram vero multitudinem populum appellauit Centum deinde Senatores creans eos patres dixit: ac ex eis genitos patricios Prius enim incole deerant: et cum in proximo erat lucus: hunc Aſilū fecit et ſtatim mira vis hominum latini tuſciqꝫ paſtores quidam et tranſmarini phriges ꝗ ſub Enea archades qui ſub Euandro duce influxerant: ita populum romanum ipſe fecit. Matrimonia vero a finitimis petita quia non impetrabantur manu capta ſunt ſimulatis quippe ludis equeſtribus: virgines que ad ſpectaculum venerant prede fuere. Et hec ſtatim cauſa bellorum. Auctis tamē breui viribus hūc rex ſapientiſſimus ſtatum reipublice impoſuit: vti iuuenta diuiſa per tribus in equis et in armis ad ſubdita bella excubaret cōſilium reipublice penes ſenꝰ eſſet his ita ordinatis tum contionem haberet ante vrbem apud Capree paludem e conſpectu ablatus eſt.




Numa pompili⁹ ſcđs Romanoꝝ rex. ſeptimo ⁊ .xx. regni Ezechie āno poſt Romulum regnare cepit. Et regnauit annis .41. Quem curribus ſabinis agentem vltro petiuere ob inclitam viri religionem. Ille ſacra ⁊ ceremonias omnemq; cultum deorum immortalium docuit. Ille pontifices. Augures ceteroſq; ꝑ ſacerdotia. Annū quoq; in duodecim menſes: faſtos dies nephaſtoſq; deſcripſit. Hec omnia quaſi monitu dee egerie: quo magis barbari acciperent. Eo deniq; ferocem populum redegit vt qđ vi ⁊ iniuria occupauerat imperiū religione atq; iuſticia gubernaret. Obijt deniq; octogenarius leui morbo.

Tullus hoſtilius tercius Romanorum rex: trigeſimo nono regni manaſſe anno poſt numam pompilium regē a Romanis rex ſuffectus. Regnauit annis .31. Cui in honorem virtutis regnum vltro datum. Huius cunabula (vt Eutropius ſcribit) tugurium agreſte cepit. ⁊ poſtea adoleſcētia in paſcendis pecoribus occupata fuit. Validior deinde factus Romanū rexit populū. Et primus quidam Romanorum regum faſtibus ⁊ purpura vti cepit. Ac vrbez adiecto celio monte ampliauit. Poſt longam deniq; pacem in albanos bella tulit deuictos in vrbem admiſit: ⁊ eorum vrbem preter templa euertit. Tandem cum magna gloria belli regnaſſet cum tota domo ictu fulminis conflagratus eſt.

Anchus marcius Nume regis ex filia Nepos. quart⁹ Romanoꝝ rex. quarto Joſie regni anno poſt Tullum hoſtilium regnum accipiēs. Regnauit annis .25. Hic nulli ſuperiorum regum belli paciſq; artibus ac gloria virtutis inferior fuit. Et menia muro amplexus eſt. Auētinum ianiculumq; montes vrbi addidit ⁊ pontem primus Tiberi adiecit: hoſtiamq; in ipſo maris fluminiſq; confinio Coloniam poſuit. preſagiens animo futurum: vt totius mundi opes et cōmeatus illo veluti maritimo vrbis hoſpitio reciperentur. tandem morbo correptus vitam cum morte mutauit.

Tarquinius priſcus quintus Romanorum rex anno vigeſimoſeptimo regni Joſie poſt anchum Marciū rex delectus. regnauit annis .37. Js trāſmarine originis regnum vltro petens accepit ob induſtriam ⁊ elegantiā quippe qui oriundus Corintho grecum ingenium italicis artibus inſtituit. Hic et ſenatus maieſtatem numero ampliauit: ⁊ centurijs tribus auxit neq; pace tarquinius q̄ȝ bello promptior. xij. namq; tuſcie populos frequentibus armis ſubegit. Inde aureo curru quattuor equis triumphauit. Qui poſt multa ſtrennue geſta ab anchi filijs interfectus eſt.

Per ea adhuc tempora reges haſtas pro dyademate habebant quas greci ſceptra dixere. Nam et ab origine rerum ꝓ dijs immortalibus veteres haſtas coluere. ob cuius religionis memoriā adhuc deoꝝ ſimulacris haſte addūtur.

Phaleris Agrigentinus tyrannus ⁊ orator hac tempeſtate floruit cui quidam perillus eris ingenioſus artifex ⁊ ei amiciſſimus ex athenis agrigentum ad euȝ venit: cognita hominis ſeuicia vt eidē placeret ex ere taurum artificioſum fabricauit. Et in eius latere ianuā poſuit vt reus in eo incluſus ſubiectis ignibus torqueť. vt ſonus vocis hominis bouis mugit⁹ videreť: quo accepto illum includi iuſſit. Et prim⁹ artificij ſui prebuit expimentum vt Ouidi⁹ dicit. Nec enim lex equior vlla eſt: q̄ȝ necis artifices arte perire ſua hec ipſe phaleris Athenieñſibus de ſe pro illo conqueſtis reſcripſit. Extant enī huius phaleris adhuc celebres ⁊ graues epiſtole.




Sibylla Erithrea omnium aliaruȝ clarior in babilonia orta tempore illo vixit: monachali veſte induta: velo nigro in capite: manu geſtans gladium nudum non multum antiqua. mediocriter facie turbata. habens ſub pedibus circulum aureum ornatum ſtellis ad ſimilitudinem celi dicit ſic. In vltima etate humiliabitur deus: humanabitur proles diuina vnietur: hūanitati diuinitas. iacebit in feno agnus: et puellari officio educabitur.

Roma vrbs toto orbe celebrãda: rerũ do
minia in latio ad amnẽ tyberĩ ſita. A ro
mulo eiꝰ ↄditoꝛẽ noĩata. vndecimo Eze
chie regꝫ iuda ãno: Secũdoqꝫ octaue olympiadis
ãno ab ipo conditã fuiſſe affirmãt. Ambitũ eiuſ
vrbis Plinius ex traditionibꝰ Auguſti ſcribit
milia paſſus vigiti. Flauiꝰ vopiſcꝰ ſcribit Aure
liuꝫ imꝑatoꝛẽ ambitu vrbis ad trigĩta milia paſ
ſuum ampliaſſe. Noſtra aũt ratio metiẽdi a pri
ſcoꝛũ ratiõe multũ variat: ſi ad nr̃e etatis con-
ſuetudinẽ metiri volemꝰ vix paſſuũ milia qua-
tuoꝛdecim oĩs rome ⁊ ianicule ſiue trãſtiberine
regionis ⁊ vaticani ambitꝰ implebit. Tyberis
fluuiꝰ a ſeptẽtriõe vrbẽ intrat: ⁊ ex latere meridi
ano verſus hoſtiã exit. ita vt ex latere quidã dex
tro vaticanũ cõperiat ⁊ Ianiculũ: q̃ duo regiõꝫ
trãſtiberinã complẽt. A ſiniſtro vero ſit romane
vrbis ambitꝰ ſeptẽ ↄplectẽs colles. Portas vr
bis triginta aptas. ⁊ ſeptẽ clauſas fuiſſe ſcribit
pliniꝰ. Noĩa que apud priſcos vſitata fuerĩt elu
cidare libet. Nã cũ diuerſis tpibꝰ aucta fuerit: ⁊
q̃ intra vlti mũ muroꝝ ambitũ remanebãt porte
formã amitterẽt. fuitqꝫ deinde roma diruta ideo
inueſtigari oĩs relinq̃mꝰ. Flumẽtana pma por
ta appellata: q2 tyberim eaꝫ influxiſſe affirmãt.
nouiſſime porta ppli dicta Secũda piciana a colla
tia oppido ꝓpe romã Collatia. Tercia q̃ nũc ſala
ria fuiſſe quirinalẽ poſtea collinã q2 ea in collem
quirinalẽ itur. Quarta viminalis nũc ſctẽ agne
tis aut numẽtana. q2 ad viminalẽ collẽ ducebat
Quĩta exquilina q2 in exquilijs itur. nũc ſancti
Laurẽcij. Sexta neuia q̃ maior dicit᷑. Septima
Aſinaria nũc ſctĩ iohãnis. a priſcis celimõtana
a celio mõte. Octaua q̃ in abdito angulo clauſa
cernit᷑ ⁊ metrodori porta dicit᷑: Gabiuſam fuiſ
ſe a maioꝛibꝰ appellatã. Latina deinde porta i
mutatũ retinet vocabulũ qꝺ ea in latinam duce
bat. Porta appia olim Capena. Vltima trige-
ſima intra tyberim aliqñ hoſtienſi s⁊ ſctĩ pauli
appellatã reſtat. cũ ad eiꝰ baſilicã ducat ⁊ hoſti
am verſus. Eſt ⁊ alia intra tyberim romane vr-
bis carmẽtalis. Poſtremo porta triũphal' oĩm
celeberrima q̃ etate noſtra extat ꝑ quã triumphi
agebant᷑. Cuiꝰ fundamẽtoꝛũ moles in extrema
tiberis ripa cõſpici poſſunt. ⁊ pons ſimiliter ad
illã cõducẽs vſqꝫ ad hoſpitale ſctĩ ſpũs et via q̃
ab eo põte vſqꝫ ad Neronis circum in quo Cay
calliculε obeliſcꝰ aſpicit᷑. q̃ nũc corrupte iulia nũ
cupat᷑. ⁊ ad ſiniſtrũ latꝰ baſilice btĩ Petri adia-
cet triumphale territoꝛium nuncupatur. verum
triumphale territoꝛium ⁊ adherẽtia loca vatica
ni nomẽ a vaticano colle aſſumpſere. et cõſtat iã
vaticanũ collẽ eũ eſſe qui eccĩe btĩ Petri adiacꝫ
ꝓ cũctis eiꝰ rebꝰ celebrioꝛ ⁊ religioſioꝛ cõſpicit᷑
vaticanꝰ reliquijs btĩ petri. ⁊ eiꝰ excelſa baſilica
et romani põtificis pallatio qꝺ Nicolaꝰ papa ſe
cundꝰ fundauit ⁊ grãde viridariũ muris cinxit.
Ianiculꝰ regiõꝫ ipam totã trãſtiberinã excepto
vaticano indicat. vaticanũ vero primꝰ leo pa
pa quartus muro muniuit ⁊ de ſuo noĩe ciuitatẽ
leoninã vocauit. Ea ſex portas nũc ſtãtes habꝫ
prima in Ianiculũ dimittẽs ab eccĩa cui ſubia-
cet ſancti ſpũs nomẽ accepit. Alia eſt edita in col
le priſa. hec ⁊ pſorata vocat᷑. Tercia poſterule
nomẽ accepit. Quarta viridario põtificis ſub-
iacet viridaria vocat᷑. Quĩta iuxta molẽ hadria
ni quod nũc caſtꝝ ſancti angeli vocat᷑. porta ſan
cti angeli dicit᷑. Sexta ſb adriani mera ad vrbẽ
ꝑ pontẽ cõducit ab eneis foꝛibꝰ Enea vocitatur
Colles ſeptẽ rome ab auctoꝛibꝰ deſcribunt᷑ di-
cẽte virgilio libro Georgicoꝝ. 2. ſcilicet. Et rerꝫ
facta ẽ pulcherrima roma. Septẽqꝫ vna ſibi mu
ro circũdedit arces. Quoꝛuꝫ noĩa ſunt Capitoli
nus. Auẽtiniꝰ. palatinꝰ. Celiꝰ. Exq̃linꝰ. vimi-
nalis ⁊ quirinalis. Et abſqꝫ ianiculo ⁊ vaticano
ſepticollis tpa vrbs dicebat᷑. Capitolinꝰ mons
dictus cũ in eo fundamẽta edis iouis foderẽtur
caput humanũ inuẽtuꝫ eſt ⁊ ante Tarpeiꝰ a tar
peya virgine veſtali dicebat᷑. ⁊ mõs ſaturni a q̃
ſaturnia tellꝰ. fuit in hac arce capitolij celeberri
mum iouis optimi maximi templuꝫ ⁊ iunonis
monete. ⁊ in eo clangoꝛe anſerũ ⁊ alatũ ſtrepitu
M. manliꝰ gallos in ꝑcipiciũ dedit. huiꝰ totius
arcis oꝛnamẽta cũctis miraculis egiptioꝛũ erãt
anteponẽda. quare aurea capitolia cognominã
tur ⁊ domiciliũ deoꝝ. Circa cũ locũ duo fora iũ
gebant᷑ boariũ ⁊ piſtariũ. Nũc aũt preter lace-
rarani domũ a bonifacio nono ruinis ſuꝑ edifi
catam ꝑter are celi fratrũ btĩ franciſci eccĩaꝫ in fe
retrij iouis templi fundamẽtis extructã. nihil hꝫ
is mõs capitolinꝰ. tantis olim edificijs exoꝛna
tus cũ delubra edes ſacella et tẽpla vltra ſexagi
ta habuerit. Auẽtinꝰ collis ab aduẽtu hoĩm vł
a rege auẽtino albano ibi ſepulto dictꝰ fuit. in h
mõte ara herculi ab euandro poſita. Et iunonis
templũ ⁊ tẽpla diane ⁊ minerue ⁊ lucine: fuit ſu
per eodẽ mõte lauretũ ſilua ioui ſacrata: ⁊ edes
libertatis. habꝫ vero nũc is mõs mõſteriũ ſan-
cte Sabine ⁊ aliud ſctĩ bonifacij. reliquꝰ mons
aut ruinis aut vineis ꝑter ſancti Alexij cenobiũ
quod mihi vetuſtiſſimũ cõſpicit᷑ contectus eſt.
Palatinꝰ mõs cũ palatini aboꝛigines ex agro
reatino cum euãdro venerũt hoc nomẽ accepit.
Suꝑ hoc mõte vt ex coꝛnelio tacito accepimꝰ p̃
mo vrbs roma edificata fuit. Et in eo reges de
inde cõſules poſtea imꝑatoꝛes maioꝛi ex pte ſe
dem habuerũt. Habuit ⁊ edes varri ducis. Liui
us quoqꝫ inquit matrẽ magnã deuꝫ a grecia ad
uectam in edem victoꝛie q̃ eſt in palatio ꝓtulere
Fuit ⁊ in palatio teſte plinio phanũ febri dicatũ
Et templũ diui Auguſti deinde incẽdio cõſum
ptum C. Calicula ſuꝑ templuꝫ hoc ponte tranſ
miſſo palaciũ capitoliũqꝫ cõiunxit. Cuiꝰ ⁊ reliq̃
as quaſdã adhuc cõſpicere libet. Idẽ ceſar Au
guſtꝰ templũ appollinis in ea pte excitauit. Ad
didit porticꝰ cũ bibliotheca latina grecaqꝫ. quo
in loco iam ſenioꝛ ſepe ſenatũ habuit. Id edifi
cium admirãdis opibꝰ exoꝛnatũ erat. cõpluraqꝫ
a multis extructa ſunt. Nũc ꝑter ſancti Nicolai
eccĩam a calixto papa edificatã q̃ etiã male inte-
gra cernitur. nullũ is celeberrimꝰ mons hꝫ edi-
ficiũ. qualis aũt et quãtꝰ olim fuerit ea edificio
rum moles indicãt ruine inter ceteras vrbis cõ
ſpicıende. Cũ itaqꝫ tres illos mõtes q̃ primi et
ſoli in pma vrbe a Romulo conphenſi fuerũt ſe
cluſis ruinis videri poterit ea nuditas quã Ro
ma nõdum cõdita habuerit. Fuit aũt in ea par-
te pallacij quã ſeptẽtrionẽ verſus in triũphales
Conſtantini imperatoris arcum vergentem vi
demus. locꝰ palladij cuiꝰ inſignes extant ruine

binas habētes ex marmore portas eo in murorum ambitu eccl'ia ſancti Andree de pallara concluditur. Ce-
teras partes alto circundatas muro vinea implet. Celius mons a celio iubēnio duce(qui Romulo auxilio
venit contra latinum)nomē aſſumpſit. ⁊ fuit vrbi additus quo tpe Tullus hoſtilius albaꝫ euertit. ⁊ poſtea
ibi habitauit. ⁊ curiā fecit que hoſtilia appellata eſt. In eo mōte Veſpaſian⁹ templū diui claudij edificauit
fuerūt in eo phauni veneris ⁊ cupidinis. aliorūqꝫ deorum edes Are ⁊ templa. Et macellū magnū. Antruꝫ
ciclopis lupanaria. cohortes quinqꝫ vigilū: caſtra pegrina ⁊ armentariū. Medio in ei⁹ dorſo bine aquedu-
ctus ſupbiſſimi opis cōſpiciunť. Nūc eccl'ijs xpianis mōs eſt ornat⁹ in ea parte ad palatinū monte vergēs
monaſteriū eſt btī Gregorij in paternis edib⁹ ab eo edificatū. Inde ſanctoꝝ Johānis ⁊ pauli eccl'ia. Eſtqꝫ
in eo hoſpitale ſaluatoris: ⁊ eccl'ia ſancte Marie in dnīca. Alteraqꝫ eccl'ia ſctī Steffani rotunda de ipo mōte ce
lio cognomē hn̄s: Ea in fauni ede pri⁹ fundata fuit. Simplici⁹ papa eam exornauit. Cernit nūc integra ad
ei⁹ mōtis ſiniſtrā ſctōꝝ quattuor coronatoꝝ eccl'ia. Sctiqꝫ eraſmi mōſteriū. Proximū noui opis in mōte ce-
lio eſt xenodochiū lateranēſe. In extremo eiuſdē mōtis iā eſt baſilica lateranēſis ſic cognoīata: qꝛ in late
ranēſiū nobiliſſime gētis edib⁹ extructa fuit. Hec venerabilis eccl'ia capita Apoſtoloꝝ ſeruat ceteraqꝫ ſctimo
nia: ediūqꝫ ſupbiſſima ſtructura toto orbe celeberrima a Conſtātino data btō Siluestro cōſtātiniana baſili
ca appellata. Ea ſiē Romanoꝝ pōtificū primaria eſt ſedes. ſic ab eis plurimū olim habitata fuit. Nūc vero
pallacia quib⁹ circūdata fuit baſilica maiori ex pte corruerāt. Viſit quoqꝫ in celio mōte porta maior neuia
dicta ⁊ amphiteatrū ſemidirutū: qđ ſtatil'ij thauri maiores nr̄i appellauere. Et alia baſilica ſctē crucis ihie-
rusalē ab Helena cōſtātini matre cōſtructa. Eo loco vbi templa erāt veneris ⁊ cupidinis cōniunctūqꝫ eſt mō-
ſteriū qđ Cartuſiēſib⁹ nūc incolit. Exquilini mōtis olim maxim⁹ varro longā poſuit expoſitionē ab excu-
bijs regis Tullij dict⁹. Exquilie eñ mōtes duo habiti. Celebrior pars a foro Trayani ⁊ turrib⁹ quas co-
mitū ⁊ milit'ie appellāt incipiēs p montē cui caballo nūc nomē eſt: ⁊ ad termas vſqꝫ diocletianas ptendit
Et in portā exquilinam q̄ iam ſctī Laurētij noiať deſinit. Altera ps collis via interſecať que patricij vic⁹ dici-
tur. Et ſup hac pte eccl'ia eſt celeberrima ſctē Marie maioris dirimiť a celio mōte p viā que porta Neuia vſ-
qꝫ ad amphiteatrū qđ colloſſeū vocam⁹ reduciť. Fuerūt in exquilijs edificia q̄plurima ⁊ admirāda. Et pri



mo a turri militiarū aſcēdendo cernunt̄ ruine termarū Conſtātini: ⁊ ingē.es ſeminudorū ſenū marmoree ſta‑
tue. Abinde pene cōtiguo loco cōſpiciunt̄ Caballi marmorei ingētes cū viris ſeminudis lora tenētib᷒ mi‑
ro artificio cōpacti quorū vn᷒ opus praxitelis. Alter phidie latinis lr̄is inſcribit̄. Inde nō longe ſunt dio‑
cleciani terme edificiū pulcherrimū ⁊ admirādum: ⁊ alie terme clarorū virorū. Fuit in eodē colle macellum ⁊
ibi cōſpicit̄ ecclia ſcti Viti cui cōtigu᷒ eſt arc᷒ triūphalis galieni. multeqꝫ ecclie in eo extant ⁊ alia innume‑
rabilia. Viminalis collis a Joue vimineo cui᷒ ibi are ſunt. Etſi plura i eo fuerūt edificia: nil tñ certū reperitur
qꝫ tres ſpecioſiſſimas i illo tot᷒ vrbis domos fuiſſe. M. Craſſi. Q. Catulli. C. aquilij eqtis romani. Fuere
in illo ſcdm aliquos Saluſtiani horti quorū reliquias obſtupēdas deſignāt. a porta viminali in collinam ⁊
ad Sanctā vſqꝫ Suſannā extēdi putāt. Quirinalis collis a quirini phano edem fortune pmogenie habuit.
Varro aūt ob paruitatē colles ⁊ nō mōtes appellat. Hos duos colles ſcribit liui᷒ Seruiū regē addidiſſe cū
amplificāde vrbi animū adiecisſet. ibiqꝫ vt loco dignitas fieret habitaſſe. Aggeris foſſa ⁊ muro circūdediſ
ſe vrbē. Clandit̄ roma ab oriēte aggere tarquini inter prima opa mirabilia. Nā cū in viris equit q̄ maxie pa
tebat aditu plano. eſtqꝫ is tumul᷒ quē nūc ſctē marie in pplo ſupeminētē ad pinciani vſqꝫ pallacij fundatū
ta ꝑtendi vidēm᷒. Camp᷒ marci᷒ ſic deſcribit̄ a liuio agger tarquinorū q̄ inter vrbē ⁊ tyberi fuit campū mar
ciū dixerūt: cū eo tpe vrbs ad capitoliū aut parū citra finiret̄. Et virginea aq̄ p q̄rinalis colli cauernas cam
pum olim marciū q̄ nūc triuij regio dicit̄ illabit̄. hec ſola aqua ex ceteris iā romā ingredit̄. Habuit camp᷒
marci᷒ edificia olim admirāda. quorū puule ruine adhuc reſtāt. Et adhuc ecclia cōſpicit̄ q̄ ſcte Marie in ceu
ria vocitatur. Erat ⁊ templum Iſidis: cōſpicit̄ adhuc colūna rerum geſtarū elaborata. Iuxta hanc qꝫqꝫ Co
mitia fiebāt. Fuerūt ⁊ in vrbe duodecim terme: ⁊ aqueduct᷒ mirabiles. Hi ſunt arc᷒ altiſſimi ſblcuati. Ar‑
cus qꝫ triūphales fuiſſe qꝫ plrimos ⁊ legim᷒ ⁊ cōſpicim᷒ quoſdā tamē dirutos. quoſdā ruinis cooptos. qꝫſ
dam nouis edificiolis ab aſpectu hoim ſemotos. Cernūt̄ qꝫ diuerſorū edificiorū ſpectande inſigneſqꝫ ruine
ideo cum his Rome deſcriptionem relinquimus.

Oblectat me roma tuas ſpectare ruinas. Ex cuius lapſu glia priſca patet. Sed tu᷒ hic pplus muris de
foſſa vetuſtis. Calcis in obſequium marmora dura coquit. Impia tercentum ſi ſic gens egerit annos.
Nullum hic indicium nobilitatis erit.



Genua ligurum domina ⁊ regina. quã etiam Januam dicimus ytalie vrbs celebris clariſſimaq; in liguſtici maris littore a quodam Genuo ſaturni regis filio conditam ⁊ cognominatam dicunt. Alij vt paulus peruſinus hyſtoricus a genuino phetontis ſocio ob nauſeam maris in littore relicto cũ parte nauium cuſtode qui iunctus accolis loci ſilueſtrib' hominibus oppidum condidit: et genuã ex ſuo nomine nuncupauit. Alij quoq; a Jano ytaloꝝ rege et poſt troyanam cladem ampliatã vbi Jani bifrontis ydolum primo coli ceptum eſt cui' ſigilli inſcriptio ſic haberi dicit. Griffus vt has angit: ſic hos ianua frangit. Quidam tamẽ ante belli punici tempora nullam eius vrbis mentionem haberi dicunt. Liuius autẽ eius incremẽtum habuiſſe dicit Lucretio prorogatum imperium vt genuam oppidum a magone peno deſtructum credificaret. Poſtq; tempora ligurib' genuenſibuſq; amicicioribus vſi fuerunt. quib' quum magne copie variaq; bello vſui futura mitterentur maxime oportuna fuiſſe videtur genua loci natura tunc etiam portuoſa. Eam Karolus magnus imperator pipinuſq; filius rex ytalie ⁊ ſucceſſores franci reges per annos circiter cẽtum ſumma cum iuſticia ⁊ humanitate ſicuti et ceteras ytalie vrbes gubernarũt ducibus illi adminiſtrande qui comites appellarentur prefectis. Hec plane ciuitas tot' liguſtici ſin' emporiũ eſt Que a q̃dringentis annis citra (cum ante haud magnum oppidum fuerit) maximum habuit incrementum. Unde et ingentes nacta vires ⁊ portu edibuſq; ſuperbiſſimis ac reliquis in omi genere ornamentis nunc vſq; preter venetias ceteras ytalie maritimas vrbes ſuperat. Queq; et naualis belli peritia adeo excelluit: vt ãnos multos maris imperio potiretur ⁊ piratarum abſtulerit latrocinia. Poſt karolum vero magnum et filios plurimam ciuium ſuſtinuit tyrannidem. Propter quod et peregrinos dominos ſibi ſuperinducere aliquando neceſſe habuit que ciuilib' agitata diſcordijs memoria noſtra imperiũ maris amiſit cuius enim creberrimas mutationes ⁊ oriens ſimul et occidens admiratur que ſic auxilio et conſilio deſtituta imperium eius longe lateq; diffuſſum pene exhauſtum eſt. Peram enim vrbem Conſtantinopoli oppoſitam. mitilenam inſulam. Famaguſtam vrbem totius Cipriẽ inſule columen. Chium inſulam: aliaſq; grecanicaſq; vrbes plurimas a thurcis: alijſq; gentib' ablatas deperdidit vel tributarias fecit. Capha etiam eius coloniã in thaurico Cheroneſo non procul a boſphoro cymerico amiſit. Ornat autem hec ciuitas Genua maxime cineribus precurſoris domini. Et cathino quodam Smaragdino inpreciabili quem tradunt illum fuiſſe in q̃ dominus ieſus xp̃us agnum paſchalem in cena domini cum apoſtolis ſuis comedit.



## Tales



Tales philoſophus Aſianus e ſeptem grecie ſapientibus primus his tē
poribus athenis claruit. Hic ſapiens appellatus eſt: ſcd̄m quem ꝛ ſepte
ſapientes vocati ſunt. fuit autem conſcriptus ciuis mileti: ideo thales mi
leſius appellatus eſt. Scripſit antē de conuerſione ꝛ equinoctio: ꝛ primus inter
philoſophos dicitur de Aſtrologia tractaſſe. nec non ꝛ ſolares eclipſes ꝛ verſio-
nes predixit ab egiptijs geometriā didicit. In politicis vero optime eſt conſilia
tus. Aiunt eīn coniuge enim caruiſſe: et interrogatus cur non duceret dixit. ob fi-
liorum amorem: hic principium omnium aquā poſuit. mundūq; aīatum dixit ꝛ
demonibus plenum. Tempora quoq; anni fertur inueniſſe. ꝛ in. ccc lxv. dies di-
uiſiſſe. Scripſit autē de Aſtronomia multa que in ducentis carminibus cōphen
dit. Tabulam aurea ſiue mēſam a piſcatorib⁹ caſu inuentam altercatio ſuborta
cuius eſſet appollinem delphicum adierūt vt indicaret cui danda eſſet. Appollo
reſpondit illi eſſe dandam: qui ſapiētia ceteros p̄emineret: his auditis taleti pho
data eſt. Ille eam dedit bianti. Bias pitacho. Ad vltimum ad ſolonem peruenit.
qui ex titulum ampliſſime prudentie ꝛ etiam premiū ipſam ſcʒ mēſam auream ad appollinē tranſtulit: hic
tales paup erat: vacans philoſophie ſtudijs: acquiſitioni pecunie intendere non valebat. Item fructus ꝛ
olei vbertatē per Aſtronomiam futuri anni nouit. Ferturq; de ipſo ꝙ dum nocte quadam duceretur extra
domum a vetula vt aſtra conſideraret. incidit in foueam: eoq; lugente: dixit vetula: tu quidā o tales que an
te pedes ſunt videre nequis: quō que in celio ſunt poſſes cognoſcere: obijt aūt anno etatis ſue. lxxviij.

## Solon



Solon philoſophus Athenienſis ſcd̄us de ſeptem ſapientib⁹ athenis flo-
ruit. Athenieſibus leges optimas condidit: quas poſtmodum Romani
ab eiſdem acceperunt. multaq; beneficia eis cōtulit: ꝛ multo tp̄e eos ſua
prudentia a ſeruitute ꝛ tyrānide liberauit. ꝛ tandeʒ fortuna mutata profugus in
egiptum ſe tranſtulit: hic dum ſenex eſſet piſiſtrato tyrāno athenas occupare vo-
lenti: toto conatu reſtitit multis ex ciuibus conſentientib⁹ piſiſtrato. Interroga-
tus autem qua ſpe fretus vt tam audacter reſiſteret: ait ſenectute. Hic etiam ſolon
dixit: boni ꝛ virtuoſi viri apud tyrannos equiparant calculis rationum quorū
vnuſquiſq; plura qn̄q; pauciora ſignat. Ac ſic in ꝯſpectu tyranni qn̄q; magni di
cunt ꝛ clari: qn̄q; autē ꝛ honore carentes. ¶ Interrogat⁹ etiā a creſo rege lidorū
quis ei felix eſſe videret ait Triballanus athenieſis ꝛ cleobis ꝛ bico ignoti ꝛ ho
mines quorum fama latet. Creſus aūt rex ornans ſe omiore regiſq; faſtu ſedens
in ſolio: interrogauit eū ſiquid miri melioris vidiſſet reſpondit. Gallos phaſia-
nos ꝛ pauones naturali enim colore ꝛ flore decorati ſunt ꝛ milleſies meliori.
Huic ſoloni mortuum filium lugenti: non eſſe flendum ait quidam eo ꝙ flere nihil prodeſſet. Cui ſolon eo
magis ploro: quo damnū meum irremediabile videaʒ. Interrogatus an vellet ꝙ ſui de morte eius lugerēt
ait. ad hoc multis conatib⁹ laboraui: vt in morte mea dolore et lamentis non carcam amicorum. ¶ Ait eti-
am nemo dicere debere: ſe ceteris quibuſcūq; intollerabiliores amaritudines ſuſtinere. Inter ceteras antez
leges eius ait. Siquis parentes indigentes non alat ingloriosus eſt. Filij eorum qui pro republica obiere
publice nutriantur ꝛ doceantur. ¶ Itē ſtatuit tutorem cum orphanoruʒ matre non habitare: nec tutoris of
ficium exercere: in quē orphanorum defunctorum ſubſtantia perueniet: nec ſculptori anuli licere tenere ſignū
anuli venditi: ꝛ ſi vnū oculum habentē quis illo priuauerit. Viceuerſa ip̄e geminis careat: ꝛ ꝙ princeps ſi
ebrioſus fuerit damnet nece. ¶ Reſpōſa ſolonis ad quedā queſita ſunt hec. Quid eſt verbum: ymago ope
rum. quo firmat verbū ſilentio. Quo ſirmat ſilentiū tp̄e. ¶ Quid eſt rex fortis poteſtas. Quid eſt lex: ara
nee tela qꝛ ſi in eam ceciderit quid debile retinet: graue aūt ptranſit tela reſciſſa. Mortu⁹ in cipro octogena
rius tp̄e Sedechie regis.

## Chilon



Chilon phūs Lacedemonius athenis claruit terci⁹ de ſeptem ſapientibus
grecie qui ob eius ꝓfundiſſimam ſapientiam breueloqu⁹ dictus eſt. Hic
iūgēde cauſa ſocietatis miſſus fuit corinthū: vbi duces ꝛ ſeniores popli
ludētes inuenit in alea ꝓpter quod infecto negocio reuerſus eſt: dicēs ſe nolle glo
riam ſpartanorū quorū virtus conſtructo biſantio clareſcebat: hac maculari infa
mia vt diceret cū aleatorib⁹ cōtraxiſſe ſocietatē. Interrogat⁹ qd̄ eſt fortuna. Re-
ſpondit ignarus medicus: multos eīn excecat. Docebat aūt Chilon dominari lin
gue: ꝛ preſertim in cōuiuijs. nō eſſe maledicēdū proximis. alioquin audire opor
tet ea quibus quis triſtabit. Iteʒ non eſſe minandū cuiq;: quoniā hoc eſt mulie-
bre. Citius ad calamitatem amicorum q̄ʒ ad proſperitatem ire. Humiles nupti-
as facere. non eſſe maledicendum mortuo. Senū honorare. Cauere ſibijpſi. Dā-
num malle q̄ʒ prauum lucrū. Illud enim ſemel contriſtabit hoc vſquequaq;. Nō
irridere infelicem dominatorem ꝛ fortem manſuetum eſſe decet. vt eū ſubditi ma
gis revereantur q̄ʒ timeant. Ire domitari. non cupere impoſſibilia. Et claruit tē
pore Sedechie regis. vixit autem quinquagintaſex annis.

Pitacus



PItacus Aſianus mitilenus illuſtris phus quart⁹ de.vij. ſapiētibus grecie. nō doctrina ſolū ſed etiā in re militari ſtrēnuus cū bellū inter atheneſes ⁊ Mitilenos inſtaret. q₂ ipe mitileſiū exercitus ductor erat. pugnare ſtatuit cum firmone Athenieſiū duce in ſingulari certamīe ⁊ rhete habēs ſub ſcuto furtim circūuoluit firmonē: ⁊ occidēs eum ſaluauit terram. Mitileſes autē ei principatum obtulerunt quē ipe decēnio tenuit: ⁊ ad optimum ordinem ciuitate reducta: depoſuit principatū ac decē annis alijs ſupuixit. ⁊ cum pdiues eſſe potuiſſet: ſpreuit diuitias. Hic pitacus vidēs multum vinū in inſula mitileñ creſcere: volēs ebrietati hominū pcauere lege publica ſtatuit: vt peccās ebrius dupliciter puniret̄. dicebat autē vinū malum et bonum eſſe: malum quidē ex crapula: bonū ex natura. Interrogat⁹ quid optimū. ait ad preſens bn̄ facere: qd fidele: terra: quid infidele: mare. Vixit aūt annis. lxx. Et claruit tpe Joachim regis iude.

Bias



BIas Aſian⁹ pirenenſis phus quīt⁹ de.vij. ſapiētibus grecie. Hic cū inter Prineſes et meſſaneſes inſtaret bellū ⁊ prineſiū milites virgines multas meſſaneſiū captiuas duxiſſent cōfeſtim bias his viſis indoluit: ⁊ puellas captiuas liberās: tanq̄₃ pprias filias cuſtodiuit induēs eas veſtib⁹ nouis et ſingl'is dotes tribuēs: ſb fida cuſtodia remiſit ad parentes: inimicis exhibēs pietatē. Alio q̄₃ tpe dum Aliat⁹ princeps prineſiū ciuitatē obſideret ſperās prineſes fame deficere: bias tali arte defectū intranciū ⁊ victualium palliauit: duas em̄ mulas ſero impīguatas de ciuitate dimiſit vt quaſi fortuitu ab hoſtib⁹ caperet̄. quas cum aliat⁹ cerneret putauit illos victualibus copioſis abundare. Miſitq̄₃ ad biantē vt egrederetur ad eum de concordia tractaturus. Reſpondit bias ſi exirem forſitan prineñ: cepas ederent: Unde tu magis intromitte legatum. timuit enim ne ab hoſtibus captus: flere faceret prineſes. Cumq̄₃ legati aliati ingrederentur vrbem: Bias aceruum arene ſpargens ⁊ diffundens deſup triticum oſtēdit legato. quod audiens aliatus: reconciliatōne facta receſſit: ⁊ ſic fuit ciuitas p biantis prudentiam liberata. Alio vero tempore (vt valerius narrat) cum terraʒ eius fortuna mutata hoſtes inuaderent: ⁊ qui euadere hoſtes potuerunt precioſarum rerum ſuarum pondere onuſti fugerent nihil ipſe de his deferēs fugit. Interrogatus autē cur nihil de bonis ſuis ſecum ferret ait: omnia bona mea mecū porto. pectore enim illa geſtabat non viſenda oculis: ſed animo extimanda: que domicilio mentis incluſa erant. Interrogatus quid ſit in hac vita optimum: ait Mens ſibi bene rectitudinis conſcia. Interrogatuſq̄₃ quid ſit dulce homini ait. proprium. Claruit tempore Sedechie regis et ſcripſit vtilia multa. Eo mortuo prineſes ei templum dicarunt.

Cleobolus



CLeobolus phus Lindius ſextus de.vij. ſapiētibus grecie claruit tempore Zedechie regis iude. Cuius filia Cleobula inuentrix enigmatum fuit Huius enigma fuit: vnus pater: filij duodecim horum cuilibet nati ſunt triginta difformes: nam quidam horum albi viſu: quidam vero nigri: immortales autē cum ſint corrumpuntur omnes ⁊ deficiunt. Eſt autē annus duodecim menſium pater ⁊c̄. Celebres ſentēcie eius ſunt hee. Amico benefac vt amicior fiat. Inimicum vero amicum facere ſtude. Magis enim amicorum inuidiam q̄₃ inimicorum inſidias cauere debemus. Illud enim apertum eſt. hoc autē celatum malum: nocendiq̄₃ fraus que non ſperatur potentior eſt. Quanto plus licet tanto minus libeat: vxorem ex paribus ducere. nam ſi ex maioribus duxeris dominos habebis cognatos: non irrideas exprobratos nam fies odioſus his. Proſperatus ne ſuperbias. ⁊ depauperatus ne deijciaris. Mutatiōes fortune viriliter ſcito ferre. Scripſit autē de enigmatibus queſtiones trium milium carminuʒ Obijt vero complens annis vite ſue. lxx.

Periander



PEriander Corinthius phus e ſeptem ſapientibus phis ſeptimus hac tēpeſtate floruit: ſcripſit dogmata vtilia in duobus milibus verſuum. Sētentie eius hee ſunt celebriores. volentes ſecure tyrannos fieri. oportet beniuolentia fulciri non armis. amicis felicibus ⁊ infelicibus idez ſis. Quodcū q̄₃ promiſeris obſerua. Claruit autem periander tempore Sedechie regis iude. Mortuus eſt ferme octogenarius.

### Anatharſis



Anatharſis phus ſcita genere. Hic licet magnus ⁊ audax in rebus bellicis ſtrennuꝰ eſſet: vt in doctrina grecoꝝ moribuſqꝫ ꝓficeret iuit athenas. ⁊ ad Solonis ſapientiſſimi domū profectus: nūciari ſoloni fecit ꝙ veniſſet ad eum Anatharſis ſcita cupiens eum videre ⁊ eius amicus fieri ſi effici poſſit. Solonis aūt reſponſum fuit: ꝙ in ꝓprijs patrijs conciliantur amici. Cui mandauit Anatharſis dicens: nunc tpe in patria ſum: ideoqꝫ licet mihi amicos conciliare. Solon vero in eius promptitudine ſtupens introduxit eum: et amicū maximum ſibi fecit et grandis philoſophus eſt effectus per Solonem ❡ Huius ſententie hec ſunt. Interrogatus quo quis fieri poſſet nō amator vini: ait. ſi pre oculis habeat inebriantium ſe turpitudines: nūqꝫ erit amator vini. Dicebat etiam nauigātes diſtare a morte ad ſpiſſitudinem quattuor digitorum tantū: quia ſciebat ſpiſſitudinem tantam eſſe nauis. Interrogatus que nauium ſint tutiores: ait que in terra quiete iacent. Interrogatus quid eſt in hominibus bonum et malum: ait lingua. Interrogatus quid eſt curia: ait determiatus locus ad decipiendū ⁊ ſuperādum ſeinuicem. Ait etiā turpe quid auſurus te ſine teſte time. Ait etiam meliꝰ eſt vnum amicum habere multis dignum: ꝙ̄ multos nullius dignos. Poſt hec abiens in Scythiam iura moreſqꝫ athenienſium in ſcitas introducere conabatur volens patrie proſectū afferre: ob quā cauſā inuidus frater eius inuenatione ſagittam in eū fixit: letale vulnus pho infligens: qui moriēs ait. Per ſapiētiam in grecia saluatꝰ ſum: ſed propter inuidiā in patria pereo.

### Empimenides



Empimenides phus cretenſis: hic dū iuuēculus eſſet miſſus a patre ad cuſtodiam ouium: declinans in quoddam antrum obdormiuit annis. lxxv ſurgens autem poſtea querebat oues putans ſe parum obdormiſſe: dū autem non inueniret: iuit ad agrum et tranſmutata omnia videns: et penes alium poſſeſſorem. iuit ad caſtrum heſitans: illic autem propriam domum intrās occurrit ſciſcitantibus indicans quiſnam eſſet: donec minorem fratrem inueniens iam ſenem factum: totamqꝫ ab eo didicit rei geſte veritatem: notus autem a grecis deo amatiſſimus eſſe ſuſceptus eſt honorifice. Athenieſibus aūt peſte detentis ymolando peſtem fugauit: dixit etiam. pecunia auaro ſupplicium eſt liberali decꝰ: parricidium proditori. Vixit autem annis. 177. et ſcripſit de geniſi et ortu diuino libros in quinqꝫ milibus verſuum: necnon de diuerſis naturis rerū libros. ix. milium ac quingentorum carminum: fundauit autem apud athenas templum venerandorum deorum. Et ſolonis ſapientiſſimi tpe claruit.

### Simonides



Simonides poeta per mare nauigans ad littus applicuit: ⁊ ibi mortuum corpus humanum inhumatum reperiens ſepeliuit: et cum ipm̄ ſepeliret ab eo admonitus eſt ne die proxima nauigaret. qui acquieſcens monitis interim remanſit ipſa autem die procellis ⁊ fluctibus alij qui nauigarunt obruti ſunt. Huius hec feruntur fuiſſe ſententie. Tutius eſt tacere ꝙ̄ loqui: nemineꝫ eīm tacendo: multos autem loquendo circumuentos agnouimus. Remedium malorum futura ſpes eſt: innocentem non debilitat conſciētia in aduerſis. Solatiū eīm eſt homini non meruiſſe quod patit̄. Fortuna deſerit innocenteꝫ ſepe: bona ſpes nunqꝫ. Hic octogeſimum annum habens compoſuit ⁊ docuit carmina ⁊ gloriabatur ſe in eorum certamina deſcendiſſe etate ꝑdicta. Claruit autem Simonides tempore manaſſes regis iude.

### Tobias



Tobias iudeus propheta ſanctiſſimus ex tribu ⁊ ciuitate neptalim oriundus: minimi ingenij ⁊ omnis gratie ſpiritualis preſtans. Qui a ſalmanaſar Aſſyriorum rege in captiuitatem ductus hoc tempore pietate ⁊ religione inſignis habitus eſt. Hic cum apud niniuen conſtitutus preceptorum patrum ſuorum non immemor: egros viſitaret ⁊ indigentibus elemoſinas preberet: deſperatos conſolaretur. Cecitatis plaga tentatus eſt: pro qua etiam omnem eius deperdidit ſubſtantiam a communi pauperrimus euaſit. Cuius patientiam cum dominus cognouiſſet ſtatim Raphaelem angelum ad eum miſit. Qui citeꝫ viſum reſtituit ſubſtantiamqꝫ omnem in decuplum multiplicauit. Et cum duos ⁊ centum vixiſſet annos: predicens interitum niniue ⁊ inſtaurationem hieruſalē ac templi domini ſpiritum domino reddidit. Et ꝑ filium tobiam et nepotes in niniuen ſepelitur.

Hic Amon (Anno mūdi. 4551.) fecit malum coram domino ⁊ percuſſus eſt a ſeruis ſuis obijtqꝫ in domo ſua propria peremptus cumqꝫ eū patre ſuo ſepelierunt.

Ioſias rex iude (Anno mūdi. 4558) accepit regnum cum octo eſſet annorum optime regens. Ydolatras perſequens. Sacerdotes ad inſtaurandum templum inducens. populum ad obſeruationem legis ⁊ dei timorem reducens. Ad azimorum feſtiuitatem que paſcha dicitur eos adduxit et phaſe ſolenniter celebrari faciens. Hic demum quia prexit ad pugnandum cōtra regem egipti contra voluntatem domini vulneratus grauiter in hieruſalē ductus migrauit ad dominum ſuper cuius morte Hiere. lamentationes fecit. Cum in omnibus rebus ita glorioſus extitit: vt cum eo iudeorum gloria fere orta ſimul et extincta fuerit. Iſte ioſias adhuc in puericia queſiuit dominum. Perſeuerauitqꝫ vſqꝫ in finem adeo religioſe conuerſatus eſt in lege domini ꝙ dicitur non habuiſſe ſimilem in regibus iuda.

Ioathas (anno mūdi. 4589.) malum fecit coram domino: ideo tradidit eum dominus in manus Pharaonis nechao regis qui eum captiuum duxit in egiptum. Et eius ſeniori fratri et eodem patre progenito noīe Eliachim tradidit regnum mutans ei nomen Ioachim.

## Zaleucus



Zaleucus vir iuſtiſſimus leges cōdidit. et inter cetera decreuit. vt qui adulterij crimē cōmitteret: vtroqꝫ oculo priuaretur. quod cū filius eius cōmiſiſſet: iuſſit ipm̄ exoculari. Uerum tota ciuitas aliq̄ꝫdiu ei reluctabatur tandem victus inſtantia populi. ne lex a ſe condita violaretur: ſuo prius: deinde filij oculo eruto vtriſqꝫ vſum videndi reliquit. Sicqꝫ mirabili equitatis temperamento: ſe inter miſericordem patrem et iuſtum legiſlatorē partitus eſt. Diſce o xp̄iane quāta diligētia debeas ſancta dei tui precepta cuſtodire: ſi ſic maluit paganus puniri ꝑ iuſta lege ſua ꝙ̄ eam inultam relinquere.

Ieconias cognomēto Eliachī etiā fuit fili⁹ Ioſie ⁊ cōſtitut⁹ ē rex a pharaone vt daret mulctā cētū talēta argēti. Et qꝛ fecit malū corā dn̄o aſcēdit contra eum Nabuchodonoſor et factus eſt ei ſeruus annis tribus. Poſtea cum rebellaret iterum contra eum aſcendit interfecitqꝫ eum in hieruſalem et proiici fecit corpus eius extra murum.

Ioachim cognomēto Ieconias fuit fili⁹ ieconie: fecitqꝫ malū corā dn̄o: iō ſtatim eſt amot⁹ ne regnaret ⁊ vinct⁹ eſt trāſlat⁹ in babilonē. Māſit aūt ioachī iſte in carcere apd̄ chaldeos. 37. annis ⁊ fili⁹ eū a vīcul' poſt mortē pr̄is Nabuchodonoſor ſoluit.

Sedechias anno mūdi. 4600. fuit tercius filius Ioſie et vltimus regū Iuda et hieruſalem ex malus. non audiuit hieremiam prophetā ideo perijt et omnis iuda cum eo ductus in babilonē. Erutiqꝫ ſunt oculi ei⁹ et occiſi filij eius hec quippe hieremias et ezechiel ꝓphetauerant ꝙ vinct⁹ duceretur ad babilonicum regem. Capto igit̄ rege vniuerſū populum caldei trucidauerūt. Et qui gladium euaſerant ad ſeruiendum caldeis abducti ſunt.



Tales mileſius vn⁹ de vij. ſapiētib⁹ clarus habetur: q̄ poſt theologos et poetas ſophi dicti ſunt id eſt ſapiētes: iſte tales p̄mus potuit predicere defectū ſolis ⁊ lune vt dicit Auguſtin⁹. de his ſolia precedentia geſta ac dicta eorū manifeſtant.

Tales
Solon
Chilon — ſeptem ſapiētes
Periander
Cleobolus
Bias
Pitacus

Nomina ſeptenum ſapientum grecia cantat.
Partibus ac notos diuerſis orbis honorat.



# Maſſilia



Maſſilia tranſalpine gallie ciuitas primo anno regni Sedechie a Phocenſibus aduentu ꝓfugis cōdita fuit. Temporibus enim Tarquini regis ex aſia phocenſiū iuuentꝰ hoſtio tyberis inuecta amiciciam cum romanis iunxit. Inde in vltimos gallie ſinus nauibus profecta: Maſſiliam inter ligures ⁊ feras gentes gallorum cōdiderūt: magnaſqꝫ res (ſiue dum armis ſe aduerſus gallicā feritatē tuent̄: ſiue dum vltro laceſſunt a quibꝰ fuerant ante laceſſiti) geſſerunt. Nāqꝫ phocenſes ex ignauitate ac macie terre coacti ſtudioſius mare q̄ꝫ terras exercuerunt: piſcando. mercādo. plerūqꝫ etiam latrocinio maris (que illis temporibꝰ gloria habebat) vitam tollerabāt. Itaqꝫ in vltima oceani ora ꝓcedere auſi: in ſinū gallicū hoſtio Rhodani amnis deuenere. Cuiꝰ loci amenitate capti reuerſi domū referentes q̄ viderāt. plures ſolicitauere duces claſſis Furius et Peranus fuere. Condita igitur Maſſilia eſt ꝓpe hoſtia rhodani amnis in remoto ſinu veluti in angulo maris: hec olim clariſſima ciuitas in loco petroſo ſita: magnitudinis eximio extitit. Huic portꝰ ſubiacet pulcherrimꝰ qui arcē pugnatiſſimā loco edito habet: in qua quidē olim appolinis delphici pulcherrimū templū ſtructū erat. Sed ligures incrementis vrbis inuidētes eos aſſidue bellis fatigabant Qui pericula ꝓpulſando intantū enituerūt: vt victis hoſtibꝰ multas colonias cōſtituerūt. Ab his igit̄ galli et vſum vite cultioris: depoſita ⁊ māſuefacta barbaria: et agroꝝ cultꝰ ⁊ vrbes menibꝰ cingere didicerūt. Tūc et legibꝰ nō armis viuere. tūc ⁊ vitē putare: tūc oliuā ſerere cōſueuerūt. Adeoqꝫ rebꝰ ⁊ hominibꝰ impoſitꝰ eſt nitor: vt nō grecia in galliā emigraſſe: ſed gallia in greciā videret̄. Ad quā plane vrbē complurimi ex nobilioribus romanis ꝓ acquirēdis doctrinis tranſmittebant̄: nam eoꝝ victus frugalis ⁊ modeſtus ſemꝑ fuerat. Cūqꝫ varios ſortita fuiſſet vel dn̄os vel tyrānos: pro vt ſe tp̄a offerebāt. nūqꝫ tamē aut legē aut ab alienigenis ſuſpēdia pertulit. preterqꝫ a cathelanis. Huic Lazarus quē dn̄s a mortuis ſuſcitauit primꝰ ab apoſtolis deſtinatꝰ fuit epiſcopus. Cuiꝰ quidē reliquie nūcuſqꝫ magno in honore apud eam habite ſunt. Fertur quoqꝫ et beate Marie magdalene ipſius lazari ſororis corpus ibidem quieſcere. Apud hanc clariſſimi floruere viri. Saluianus ⁊ Muſeꝰ preſbiteri in diuinis nō mediocriter inſtructi atqꝫ. Gennadius ſimiliter preſbiter greca latinaqꝫ lingua eruditiſſimus. qui de viris illuſtribus more diui hieronimi librū edidit: ⁊ coruinus orator: victorinus rhetor et alij complurimi.

Pherecides phũs



Pherecides Syrus natione: philoſophus egregiꝰ pittaci philoſophi auditor tempeſtate iſta ingenio ſingulari preditus agnoſcitur. Qui primꝰ apud grecos de natura ⁊ de dijs ſcripſit. primuſq; teſte Cicerõe libro. ſ. tuſculanorum queſtionum animos ſempiternos eſſe affirmauit. Qui et teſte Laercio multa predixit que mirabilia videbãtur. Hic etiã Plinio teſte libro. 12. Proſam orationem primus condidit: fuitq; preterea Pythagore philoſophi preceptor. Et Taleti philoſopho lr̃as plurimas ſcripſit. Et ab eodẽ multas ſuſcepit.

Pytagoras phũs



Pytagoras preclariſſimus philoſophus natõne ſamiꝰ. Et ipſe tẽpeſtate hac toto orbe terrarum clariſſimus fuit. Hic a primeuo eximie pulchritudinis ac venuſtiſſime formẽ inſignis fuit. Qui cum muſice plurimũ doctus fuiſſet cuiꝰ principia apud grecos primus ad artem p̄duxit. Et geometriam omnẽ p̄fecit: atq; pondera et menſuras inueniens etiã grecis primũ contulit. Hi primus namq; circa Arithmeticam vocauit: et medicinam non neglexit. Animas vero hominum de corpore in corpus tranſire opinatus eſt. Licet autem etas illa nullum ſibi peperiſſet equalẽ ſe tamen ſapientem appellari erubuit: ſed ſe ph̃m id eſt amatore ſapientie dixit. Italis legem dedit: cũ apud Corthonam ethrurie vrbem ex grecia venit. Eius inſtitutũ fuit ne ſcolas eius intrans de philoſophicis ante quĩquenniũ diſputaret. Eius libri ab Athenienſibus feruntur concremati. Varie eius feruntur ſententie per Laercium: vnaz hic apponimꝰ. Fugienda inquit modis omnibus et abſcindenda ſunt hec omnia ſcilicet languor a corpe. imperitia ab aĩa luxuria a ventre. a ciuitate ſeditio. a domo diſcordia. et a cũctis rebꝰ intẽperatia.

Sapho poetiſſa



Sapho Crexea diuini ingenij poetrix per hec tempa claruit et plectrum prima inuenit. Hec viro ditiſſimo nupſit. Ex quo Dydan filium ſuſcepit habuitq; diſcipulas Anagoram Mileſiam Congillam Colophoniam ⁊c̃. quas etiaz lyricos quoſdam docuit verſus. Scripſit autẽ hec modulos lyricos Epygrãmata: elegiam. iambos ⁊ monades; fuit quoq; vates nobiliſſima.

Ezechiel pp̄heta



Ezechiel propheta et ſacerdos domini vir ſanctus. Qui cuz rege Joachim captiuus adductus fuerat in babilonem. pphetauit futuras populi iudeorum calamitates. Et hec ex babilonia in hieruſalem ad Sedechiam regem miſit Cui tamen rex idem non credidit. Triceſimo deinde etatis anno: et captiuitatis ſue quinto librum pphetie componere cepit: hunc reliquie iudeorũ Dan ⁊ Gad quibus predixerat eos in hieruſalem non regreſſuros apud babiloniam interfectus eſt. Et in ſepulchro Sem filij noe ſepultus.

Daniel pp̄heta



Daniel deſideriorum vir et ppheta celeberrimus ex regum iudeorum familia natus. A nabuchodonoſor chaldeorum rege in babilonẽ cuz Joachim rege captiuus ductus: ⁊ ab eodem enutritus anno nono Sedechie regis hieruſalem poſtq; paruulus inſontem Suſannam a morte liberaſſet: diuino ſpiritu illuſtratus: primam regi caldeorum viſionẽ ſoluit. Ideo curatorem regni conſtituit: quo mortuo filio eius balthaſar cũ litteras in pariete expoſuiſſet terminũ eiꝰ pronunciauit. Deſtructo autem babiloniorũ rege a dario Aſtyagis filio in Mediam p̄ductus. Inuidia autem preualente in lacum leonum miſſus: deinde ſaluatus in precelſiore honore habitus. Scripſit autem librum ppbetie in decem viſiones diuiſuz quas ſe vidiſſe refert. Tres ſub Nabuchodonoſor. Treſq; ſb balthaſar eius filio. Septimam ⁊ octauam ſub dario: et duas vltimas ſub Cyro tãdem in Ebathenis Medie ciuitate ſepultus.

Bononia vrbs vetuſta Romanoꝝ Colonia primum ab etruſcis ſelſina deinde a bois gallorum populis gentili ſermone boionia nuncupata. Etruſcorum enim prius vltra appenninum primaria et poſtea boioꝝ caput fuit. deinde Bononia dicta. Eam liuius dicit Coloniam a romanis deductam: agrūqꝫ euꝫ fuiſſe captum de bois gallis: qui ager prius fuerat etruſcorum. Expulſis etruſcis romani triū miliū virorum in eam deduxere. quorum auxilio aucta et amplificata fuit ita vt per tempora Auguſti et aliquot imperatorum trium opulentiſſimarum ciuitatum ytalie ſupero mari adiacentium vna fuit. Suetonius auteꝫ dicit octauianum bononienſibus ꝙ in anthoniorum clientela antiquitus fuerant gratiam feciſſe coniurandi cum tota ytalia pro partibus ſuis. Idēqꝫ neronem imperatorem oraſſe latine pro bononienſibus ſcribit ad conſulem et ad ſenatū. Ad annū ſalutis quadrageſimum ſupra octingenteſimuꝫ Sergij pontificis romani os porci prius appellati temporibus quum lotharius tunc imperator luduicum filium romam cuꝫ copijs mitteret bononienſes illum multis incōmodis damniſqꝫ affecerunt. Quam ob rem ille cōuerſo qui iaꝫ preterierat exercitu vltionis moduꝫ exceſſit. Nam poſt agri vaſtationem factamqꝫ in inſontibus ꝑ vicos villaſqꝫ repertis cedem. obſeſſam vrbem captamqꝫ reddidit immunitam. Deinde anno domini. M.cc.lxxi. tam potens fuit vt liberam mari adriatico aduerſus venetos nauigationeꝫ prohiberet tribuſqꝫ annis bello contenderit. ꝙ ſedato inter bononienſes orta diſſenſio. que ciuitatem plurimum attriuit. vt ad manus romane eccleſie deuenire opus fuit. Et per magiſtratum eccleſie romane circundataꝫ muro quē nūc habet ac diu poſtea opibus amplificataꝫ cōſtat Poſtea bononia craſſa et pinguis(cum frumentum vina et alia queqꝫ ad victum neceſſaria habundanter producat)dicta eſt. Excellentiſſimuꝫ omnium diſciplinarum gymnaſium a temporibus theodoſij vſqꝫ ad noſtra tempora ſumma cū gloria in ea et ꝑmāſit ac floruit. Eſt enim mater muſarum appellata. ꝙ ibi canonum ciuiliū liberalium artium ſacrarumqꝫ litteraꝝ diſcipline tradant̄. Ex ea viri ſanctitate doctrinaqꝫ cōplurimi emerſere. Sed ꝙ̄ maxie preſtitit diuus petronius vrbis epiſcopus qui vitas patrum cōpoſuit. Genuit hec vrbs Guidonē archidiaconum. Johannē andree. et iohannem calderinū celeberrimos iure conſultos ꝗ monumenta laude digna poſt ſe reliquerunt.

## Bononia



Reges Babilonie

Merodach



Nabuchodonoſor



Xerſes phus



Iſte Merodach fuit primus rex babilonie qui a Monarchia aſſyriorum recedens. non obedi uit Aſſaradon ſimiliter nec rex medorū. Et ob hoc regnum Aſſyriorum defecit regeſq; Babilonie ce perunt eſſe potentes. Iſte etiā miſit munera Ezechie.

Ludus ſcacorū reperitur ab Xerſe philozopho pro correctōne Euilmerodach tyranni. qui ſa pientes et magiſtros ſuos occidere conſueue rat: quo ſolatio retract⁹ fuit a tyrānide ad emēdatiōē.

Nabuchodonoſor iſte rex babilonie victoriſſi mus fuit. eo q͛ eſſet virga furoris dñi: vt pu niret pctā pplorꝝ. obtinuit regnū aſſyriorꝝ qđ deſtructū erat a Medis. Et fact⁹ eſt monarcha q̄ po ſtea cū feris habitās ſeptē mēſib⁹. ꝑce Danielis i priſtinā nabuchodonoſor for mā ſeptē ānis penitēs ē reſtitut⁹. Cui res geſte magni cognomē dedere. multa cū finitimas bella cōfecit: et q̄ꝫ maxie cū egiptijs. ad extremū iudeā deuicit. Et ſyri am duriſſimo ſibi ſbiugauit iugo. Joachim interfecit. ⁊ ſucceſſorē cū vaſis dñi i babilonē trāſtulit. ⁊ Sedechiā patruū ſuū loco ſuo ſuffecit. Porro dū vixiſſet an nis quadraginta defunctus eſt in babilone. relicto eius filio Nabuchodonoſor regni ſucceſſore.

Biſantiū vrbs tracie maritima a grecis ſic nolata. Lacedemonij cōdidere eā ꝑmo. qb⁹ appollinē ꝯſulētib⁹ vbi nā ſedes q̄rerēt mādaſſe oraclm memo rie: ꝓditū eſt vt cōtra cecos habitationē locarēt. Cecos aūt megarēſes appella uit Calcedonis cōditores. Qui cū pri⁹ in traciā nauigaſſent: ſitūq; vbi poſtea bi zantiū edificatū eſt ꝯſpexiſſent. Omiſſa tā locupleta ripa teniuorē regionē i aſia elegiſſent: vt Strabo refert. Ut aūt Juſtin⁹ ⁊ Euſebi⁹ ponunt hec ciuitas Anno an̄ aduētū xpi. 663. In grecia ex oppoſito calcedoneꝰ agri loco quidē optimo ⁊ muniſſimo a pauſania ſpartanorꝫ rege pri⁹ ꝯdita nōis ſue initiū habuit. Et cū ꝑ ua admodū eēt: Poſtea a Cōſtātino magno impatore q̄ eā adauxit ⁊ exornauit Conſtātinopolis dicta. de qua latiſſime circa ſua tpa deſcribent laude digna.

Biſantium



CONſtituit Nabuchodonoſor regem hieruſalem patruum Joachim mathaniam: vt ſeruiret et ſub tributo interpoſito religione iuriſiurādi: et mutato nomine vocauit eum Sedechiam. Viceſimūprimum etatis annum agebat Sedechias cum regnare cepiſſet. Et .xi. annis regnauit in hieruſalem: feceꝫ malum coram domino. Erat enī ſuperbus cogitans vt adheret et regi egiptiorum: nec iuſiurādū regi babilonie ſeruauit. Decipiebant eum pſeudoprophete dicentes: in proximo babilonios vincendos ab egiptijs. Hieremias vero ei ſuaſit vt ſpem in deo et non in hoīe poneret. Cum aūt nono ſui regni anno ſub ordinantibus egiptijs tributum caldeis promiſſum denegare: et in libertatem ſe vendicare tentauit. Et iuſiurandum tranſgreſſus. Quam obrem Nabuchodonoſor ira percitus cum ingenti exercitu ad eum venit et diu obſedit et tandem fame coactum eum ad deditionem compuliſſet. Et aperta eſt ciuitas circa mediam noctem: fugit autem Sedechias cum omni domo ſua nocte ad viam deſerti: perſecuti ſunt eum principes diluculo: et comprehenderunt. Et vinctum traxerunt eum ad regem Babilonie in reblata. Js dicens eum ingratum fuiſſe percepti ab eo imperij: et deieraſſe in deum. Oculos eius effodit et cathenis vinxit eum vt adducerent in babilonem. Et cum eo Joſedech: et eius vniuerſam familiam trucidari mandauit. innumeros quoqꝫ ciuitatis hieroſolime traxit in ſeruos ad babiloniam: ac totam vrbem vna cum templo euerti et incendi precepit. Sed et aſſyriorum regnū a medis deſtructum obtinuit: Jdeo babiloniorum regnū factus eſt oīm monarcha. Hic fuit exitus regni hebreorum et caldeorum regni principium. Caldea autem Aſie regio arabie cōterminia longe plana ſed fontiū ꝙ maxime indigna. Jn qua Babilon maxima ciuitas regni caput erat. Medorum quoqꝫ regnum defecit. Cum vltimo aſtyages octauus ⁊ vltimus rex medorū .58. annis regnaſſet temporibus Sedechie.



## Hieroſolimorum excidium

HJeroſolima nobiliſſima ⁊ vetuſtiſſima ciuitas p varia tpa pluries vaſtata fuit. Primo a babiloniorum rege. Dum nabuchodonoſor caldeorum rex tpe Sedechie cū ingenti exercitu in iudeam venit ſibiqꝫ magnis cladibus eiꝰ ciuitates affecit. Ac etiam ipſam hieroſolimam obſedit. Deinde pfectꝰ contra Pharaonem regem egipti quo fugato: Nabuzardon ſui exercitus principem ad obſidendaꝫ hieroſolimam rurſus miſit. Jbiqꝫ decē ⁊ octo menſibꝰ ſtatione firmata iudei ſe ⁊ vrbeꝫ caldeis ignominioſe tradiderunt. Qui rege interfecto muros ⁊ turres euerterūt. templa incenderūt. eiuſqꝫ vaſa ſuſtulerūt. Et p .lxx annos templi ſolitudo pmanſit. A cyro rege perſarū laxata eſt captiuitas. Extructum eſt templum ſub Dario rege pſarum ⁊ medorum. Scdo ab Aſobeo egiptiorum rege. Que enī paſſa eſt iudea a medis egiptijs macedonibuſqꝫ non enumero. Tercio ab Anthiocho epiphane crudeliſſimo olim tyranno facta eſt euerſio. Hic hieroſolimam ciuitatē ſanctā menelao prodente vi cepit. et ſanctū locum ſpoliauit miſitqꝫ homines impios qui compellerent iudeos carnes porcinas comedere. et a patrijs legibus ſe transferri: et non templuꝫ domini: ſed iouis olimpi cognominare ⁊ ydolum venerari. Quarto a pompeyo is iudeam vicit omne cuꝫ hieroſolima: ⁊ tributarios fecit. Et vt ſtrabo habet. Pompeiꝰ eam cepit: obſeruato ieiunij die: duꝫ ab omni opere iudei abſtinerent impleta foſſa ⁊ admotis ſcalis. iuſſitqꝫ menia omnia conuelli. Poſt hos quinto Gabinius Scaurꝰ Varus vrbibus iudee ⁊ precipue hieroſolime inſultauere: ⁊ herodes magnus ⁊ ſoſius captam: oppidum ſeruauere. Sexto ad extremum funditus euertitur āno ſcdo imperij veſpaſiani die octaua menſis ſeptembris: a Tito eius filio vrbs capta et templum ſubuerſum. Quā cū cepiſſet cōplanatis menibus: foſſas etiā impleri iuſſit. Vrbē aūt illā quā viciſſe victores gentium romani tam clarum opus eſſe dixerunt: vt Titus: tunc exercitus: poſt imperij gubernator in ipſo ingreſſu menia vrbis admirans: tantam

vic oriam non humane virtutis ſed divine gratie fateretur. In ea vaſtatione fuit ea hominū ſtrages ea fames miſeroꝝ funeſta neceſſitas: Que ſi ex ordine noſcere cupis Joſephum lege. Non audita ſed viſa et cōmunia ſibi cū ceteris referentē. Veniēs deniqꝫ Tit⁹ romā cū patre ſuo Veſpaſiano triumphū celeberrimuꝫ egit. Simonē qui vrbis excidij cauſa fuit in triūpho ꝑductū poſtea laqueo ꝑ totā ciuitate traxerunt multis confoſſuꝫ vulnerib⁹ interfecerūt. Veſpaſian⁹ templū pacis edificauit vbi iudeoꝝ precioſiora inſtrumēta videlicet tabulas legis penetraliū vela. ⁊ alia multa repoſuit. Ea aūt vrbs vſqꝫ ad adriani principis tpa latronū ſicariorūqꝫ facta eſt receptaculū. Et ꝑ quīquagīta annos: deinde ciuitatis māſere reliquie. Quā poſtea Adrianus imꝑator menib⁹ ⁊ edificijs inſtaurās de ſuo noīe helyam appellauit: et diu⁹ Hieronim⁹ ad paulinū ſcribit ab adriani tpibus vſqꝫ ad imperium Conſtātini ꝑ annos circiter. clxxx. In loco reſurrectiōis

zu 2° Inc. c. a. 2918 - fol. 64

Dieses mit irgend einem Druckbande H. Schedels* mitgekommene Blatt wurde hier eingeklebt, da es offenbar die Vorlage zu dem Holzschnitt fol. 63/64 war.

1884. W. M.

* aus Clm 185

10.4.1997 G.M.


DESTRVCCIO IHEROSOLIME
Caluarie
Templū ſalomonis
Templū marie
Porta aurea

zu 2° Inc. c. a. 2918 fol. 64

Dieses mit irgend einem Sammel-
band H. Schedels* mitgekommene Blatt
wurde hier eingeklebt, da es
offenbar d. Vorlage zu dem
Holzschnitt fol. 63/64
war.

1884. W. M.

* aus Clm 188
10.4.1997 G.H.

2° Inc. [illegible] 1913 – 20. 21 – 22

74a

C. a. 3536 m 3392, k

~~? [illegible]~~ 3925.
2° Chron. 73 m

Aus Hartmann
Schedels Chronik
Bl. 64

? Stammt aus einem Sammelband
H. Schedels, der auch des Eob.
Hessus Leichenbild enthielt

vic:oriam non humane virtutis ſed diuine gratie fateretur. In ea vaſtatione fuit ea hominū ſtrages. ea ſa-
mes miſeroꝝ funeſta neceſſitas: Que ſi ex ordine noſcere cupis Joſephum lege. Non audita ſed viſa et cō-
munia ſibi cū ceteris referentē. Venēs deuicꝫ Tit⁹ romā cū patre ſuo Veſpaſiano triumphū celeberrimuꝫ
egit. Simonē qui vrbis excidij cauſa fuit in triūpho ꝑductū poſtea laqueo ꝑ totā ciuitate traxerunt multis
confoſſuꝫ vulnerib⁹ interfecerūt. Veſpaſian⁹ templū pacis edificauit vbi iudeoꝝ precioſiora inſtrumēta vi
delicet tabulas legis penetraliū vela. ⁊ alia multa repoſuit. Ea aūt vrbs vſcꝫ ad adriani principis tpa la-
tronū ſicarioꝝūcꝫ facta eſt receptaculū. Et ꝑ quīquagīta annos: deinde ciuitatis māſere reliquie. Quā po-
ſtea Adrianus impator menib⁹ ⁊ edificijs inſtaurās de ſuo noīe helyam appellauit: et diu⁹ Hieronim⁹ ad
paulinū ſcribit ab adriani tpibus vſcꝫ ad impium Conſtātini ꝑ annos circiter. c lxxx. In loco reſurrectiōis
ſimulacrū iouis in crucis rupe ſtatua ex marmore veneris a gentilib⁹ poſita colebat. Eſtimātib⁹ ꝑſecutōis
auctorib⁹ ꝙ tollerēt nobis fidē reſurrectiōis ⁊ crucis: ſi loca ſancta ꝑ ydola polluiſſent. Maiores deīn no-
ſtri glorioſiſſimā ciuitatē diu poſſeſſaꝫ. tandē amiſerūt. Karolus eñ magn⁹ multo ſudore primo vrbē illaꝫ
vendicauit deinde ꝑditam recupauit Gothefridus. Ad quā retinendā etiaꝫ Conradus ceſar: Ludouicuſcꝫ
rex francoꝝ nō dubitarūt coactis exercitib⁹ in aſiam ꝓficiſci. At cū nr̄i principes poſtea deſidie ſeſe dederūt
necꝫ hieroſolima nec Antiochia in poteſtate nr̄a remāſere. Heu pudor: heu dolor fons ⁊ origo nr̄e ſalutis
defecit. Templū illud Salomonis fama clarū: in quo domin⁹ tociēs ꝑdicauit: Bethleē in qua nat⁹ eſt. Cal
variam in qua crucifix⁹ Ipſius crucis poſſidēt inimici. Sepulcruꝫ dn̄i glorioſum in quo ꝓpter nos obdor
miuit in dn̄o: ſaraceni in ꝑtāte habēt. Et niſi velint xp̄iani inuiſere nō poſſunt. En ipam dei viuētis ciuita-
tem officinaſcꝫ nr̄e redēptiōis: quā de⁹ nr̄ miraclis illuſtrauit ⁊ ꝓprio ſanguīe dedicauit: In q̄ p̄me reſurre-
ctionis flores apparuerūt: Machometi ſatellites ꝯculcāt. Et ea vrbs nūc ſcelerate genti impio paret.





QUinta ſeculi etas hic incipit et ortum habuit a captiuitate iudeorum in Babiloniam durat[que] vſ[que] ad chriſti ieſu domini noſtri natiuitatem per annos. 590. quis in hac ſupputatione aliqui aliter ſentiant. Unde qui recte captiuitatis annos numerare voluerint ab vndecimo Sedechie regni anno vt Euſebius ponit. tunc ſeptuaginta captiuitatis annos in ſecūdū Darij annuʒ terminabunt. Joſephus et diuus Hieronimus a.13. Joſie regis vſ[que] ad tercium Cyri regis annuʒ. Nonnulli ab vltimo regis Joachim anno computant vſ[que] ad vltimum Cyri annum. At ſane ſentiendo ſeptuaginta illi anni qui in tercio vel vltimo Cyri anno terminantur. ꝓprie captiuitatis iudaice anni dicuntur. Illi vero qui in ſcdo Darij terminantur ꝓprie complete tranſmigratiōis ſunt. Et hec principalior et precipua ſacre ſcripture era habet. q.ſ. facta eſt anno ab exordio mūdi. 4610. A diluuio aūt. 2569. A natiuitate abrahe. 1427. Ac vigeſimooctauo regni Tarquinii romanorum regis. Regnantibus etiam apud Medos aſtyage. apud Macedones Europe. Apud[que] lydos alyacte: et apud egiptios vaphre: et apd Caldeos nabuchodonoſor pmus.

CAptiuitas igitur hebreorum que fuit exterminium populi hieruſalē hic incipit. Et per annos. 70. perdurat. Cum enim populus iſrael iam multis temporibus ydolis ſeruiendo: etiam effuſionem ſanguinis innocentum ſe grauiter impiaſſet: volens deus generationem huius populi deperire: ſeptuaginta annorum captiuitatem eundem populum in regno caldeorum ſtatuit ſuſtinere. Hac ratione vt cōpleto annorum numero nouus populus a memoratis peccatis immunis ad renouationem hieruſales perueniret.



Linea pōtificuz

Jheſus



Joachim



Aggeus propheta



Malachias propheta



Sibilla helleſpōtiā



Poſt reditum populi iſrael de babilone iſti duo prefuerunt ſcilicet ihſeus ſummus pontifex tanq̃ regēs. et Zorobabel tanq̃ dux q̄ modus vſq̃ ad Herodem ſeruatus eſt. Ut videlicet ſummi ſacerdotes tenerent primatum. duces vero eſſent ſubſtituti. Semper tamen duces erant de tribu iuda iuxta ꝓhꝛiam iacob. Non auffereretur ſceptrum de iuda et dux de femore eius. Hi cuꝫ innumera multitudine iudeorum venerunt in hieruſalem ad reponēdum templum congregantes vniuerſam prouinciaꝫ conſtruxerunt altare in loco quo prius edificatū fuerat: et dies tabernaculorum celebrarunt: cepit auteꝫ renouare templum ſed paulo poſt defunctus eſt.

Iſte Salatiel (anno mūdi. 4634.) fuit filius iechonie regis iude quem genuit poſt tranſmigrationem babilonis. vt euangeliſta Mattheus dicit.

Iſte Joachim ſacerdos fuit filius Jeſu pontificis magni. qui ſcd̃m Joſephum nominatus eſt Joſedech. Sub quo ſorobabel prophetantibus et adiuuātibus Aggeo et Zacharia templuꝫ et ciuitatem repoſuit. Edificato autem templo paſca cū innumerabilibus holocauſtis celebrato ad exornandam vrbem eam adiecit.

Iſte Sorobabel (anno mūdi. 4659.) iuxta imperium domini fundauit templum. ſed longe poſt apud iudeos maximo in precio habitus eſt. a Cyro rege princeps populi deſignatus. primum ex caldea iudeos ad propriā ꝓuinciam reducere cepit. ⁊ templum reedificare concedente Cyro incepit.

De illo Abiud (anno mūdi. 4709.) et ſequentibus vſq̃ ad Joſeph nihil habetur in ſcripturis. niſi quod a Matheo numerantur: et ideo nec tēpus eorum debite ſciri poteſt. Niſi quod Abiud genuit Eliachim: qui azor: qui ſadoch ⁊c̃. vt Matheꝰ in principio euangelij teſtatus eſt.

Aggeus propheta in numero duodecim ꝓphetarum vndecimus his temporibus librum ſue prophetie ſcripſit. In quo reuerſionem populi ⁊ tēpli edificationem conſcribit. ac renouationem ciuitatis: necnon et ſacerdotalem obſeruationem comprehendit. Completo denique templo ſtatim obijt. Et iuxta ſacerdotum ſepulchra ſepultus eſt.

Malachias propheta hoc tempore clarus habetur ſic dictus id eſt angelus propter optimā vitam. Aiunt ꝙ ore eodem quo prophetauerat angelꝰ domini apparens eadem iterabat.

Helleſpontina in agro troyano nata vetula ⁊ antiqua veſte rurali induta ligata velo antiquo capite ſub gula circumuoluto vſq̃ ad ſcapulas quaſi deſpecto habitu ita dicit. De excelſo celorum habitaculo proſpexit humiles ſuos. et naſcetur in diebus nouiſſimis de virgine hebrea cum cunabulis terre.

Linea Chriſti

Salatiel



So robabel



Abiud



Linea regū Babilonie

Nabuchodonoſor



Euilmerodach



Ragusar



Sabadardacus



Balthaſar



ISte Nabuchodonoſor filius Nabuchodono
ſor magni fuit tercius caldeorum rex.18. capti
uitatis anno patri in regnū ſuccedens regna
uit annis.10. Uir quidem preſtantiſſimi animi et in
gentis potentie qui paternis regalibus multa ſuper
addidit multaqꝫ magnalia peregit.

ISte Euilmerodach frater Nabuchodonoſor ꝑ
cedentis quartus caldeorum rex magni Nabu
chodonoſor regis filiꝰ. anno.28. captiuitatis iudai
ce fratre predicto ſine liberis defuncto regnum ſuſci
piens regnauit annis.18. Soluit Joachim de carce
re ⁊ magnificauit eum. genuit autem tres filios.

SEruius tullius ſextus romanorum rex nono iu
daice captiuitatis anno regnum ſuſcipiens. re
gnauit annis.34. q̄uis matre ſerua creatum. nec ob
ſcuritas inbibuit quin gubernacḱa vrbis inuaſit. Nā
eximiam indolem vxor Tarquinij Tanaquil libera
liter educarat et eius induſtria regnum adeptus. pri
mus cenſum in vrbe inſtituit. Et tres colles. ſ. quiri
nalem: viminalē ⁊ exquilias vrbi adiecit eamqꝫ auge
re foſſiſqꝫ ac muro circumdedit: tandē a Tarquinio
ſuperbo genero ſuo filie ſue impulſu occiſus eſt.

TArquinus priſci Tarquinij regis filius ⁊ Tul
lij ſeruij gener. Cui ſuperbo facto cognomē in
diderunt. Anno quarto ⁊ quadrageſimo iudaice ca
ptiuitatis mortuo ſocero ſuo rege romanorū rex fa
ctus regnauit annis.35. Hic regnum auitū qđ a Ser
uio tenebatur rapere maluit q̄ expectare: qui ſuſcep
to regno mox ꝑmores ciuitatꝭ quos rebus ſoceri ſer
uij fauiſſe putabat vna cum Tarquinio ſororis ſue fi
lio interfici iuſſit. et pleraqꝫ per tyrannidem geſſit: tamdiu ſuperbiam regis po
pulus romanus perpeſſus eſt donec aberat libido: hanc ex liberis eius importu
nitatem tolerare non potuit. Quorum cum alter ornatiſſime femine lucrecie ſtu
prum intuliſſet: matrona dedecus ferro expiauit. Imperium tamē regibus abro
gatum. tandem eiū regno expulſus a porſenna interfectus eſt.

BAlthaſar euilmerodach regis filiꝰ caldeoꝝ rex poſt patrē regnare cepit. Et
regnauit annis.17. Cuiꝰ regni anno ꝑmo Daniel ꝓpheta quartā viſionē
vidit. Is demū captꝰ eſt: ⁊ ciuitas a Cyro perſarū rege aduerſus fortiſſime dimi
cante tradita eſt ⁊ funditꝰ euerſa: ⁊ adeo vt nullū tante vrbis remāſerit veſtigiū.
Sed eam que modo ſtat Cambyſes cyri filius alio in loco condidit.

BAbilon illa magna capit̄ ⁊ auffert̄ eiꝰ ptās. Hec ꝑma ⁊ maxia ciuitas totiꝰ
orbis dr: ⁊ q eā hūano ope extrui vel hūanis virībꝰ deſtrui potuiſſe pene i
credibile videbat̄. Que deſtructio facta ē p Dariū ⁊ Cyrū ꝑmos reges mōrchie
perſarum.

Linea regū Romanorum

Seruius Tullius



Tarquinus



Babilon



Linea pontificu

Elizaphat



Joiade vel Judas



Jobãnes filius Jude



Hieremias



Ezechiel



Lucrecia



CIrca hec tp̄a vt dicit Oroſiꝰ Nox ad magnaꝫ partem diei tendi viſa eſt: et ſaxea grando ſcilicet veri lapides deſcenderunt de nubibus.

HIc incipiunt ebdomode Danielis ſcd̄m Bedaꝫ de qbꝰ inter doctores eſt grādis altercatō.

TEmplo domini in modū caſtri ſexto regno Darij anno perfecto Joachim pontifex cum ſacerdotibus cum tubis ⁊ ornatu ſolēn̄ laudauerṫ deū.

## Templuꝫ Salomonis perficitur anno. vii. darii regis perſarum.

IStE Elizaphat hebreorū ſummus pōtifex ſucceſſit Joachim patri in pontificatu. vt dicit Euſebius. ſedit annis. 32. Uir tanto honore dignus q̄ ſua prudentia ab Artaxerſe perſarum rege abſolutionem a vectigalibus et tributis pro miniſtris templi obtinuit. poteſtatem quoqꝫ amouendi iudices.

Eliachim anno mundi. 4759.

IUdas quartus ſummus ſacerdos tp̄e Mardochei. Cui ex Suſis perſarum vrbe miſit epiſtolas de obſeruatione dierū phurym. Conſtat em̄ hūc multe doctrine ⁊ ſanctitatis fuiſſe virū: multis tamē ſeditionibus agitatum.

IObānes iude pontificis filius quītus hebreorum pontifex. habuit fratrem qui dicebaṫ ieſus qui aſpirabat ad pontificatū confidēs de familiaritate vagoſi prefecti trans fluminē. Cū autē ſup hoc altricaretur cū ieſu in templo adeo incitauit fratrē vt eum occideret. Ideo vagoſius omnia ornamēta templi ſuſtulit.

Azor Anno mūdi. 4809.

DE iſto Sadoch (Anno mūdi. 4859.) etiā nihil habeṫ niſi q̄ ponit Mathei primo cū ceteris in generatione chriſti.

IStE Hieremias vltimo ꝓphetauit ī egipto. Cū eqꝫ peccata popoli increpaſſet lapidatꝰ eſt ab eis apud taphnas. Et eo loco lapidibus fuit obrutꝰ ſepultus vbi olim pharao rex habitauerat.

EZechiel propheta hic poſt multa glorioſa geſta cuꝫ quoſdam redargueret exacerbati ip̄m equis diſtraxerunt per crepidines ſaxorum atqꝫ excerebrauerūt. Et in ſepulchro Sem filij Noe ⁊ arphaxat eiꝰ filio ſepultꝰ.

Zacharias



ZAcharias et Aggeus anno ſcd̄o Darij increpauerunt populum propter negligentiam eorum et edificandum domū domini. et ſolicitabant Sorobabel vt loquaretur ſuper hoc regi. et annuit rex: et accenſuꝫ eſt cor populi vt edificarent templū. Tandeꝫ poſt multa bona opera cōpleto templo. Et ip̄e obijt Et iuxta aggeum prophetam ſepultus fuit.

LUcrecia matrona romana omnium romanarū mulierum pudiciſſima formaqꝫ ⁊ elegantia clariſſima coniunx collatini a ſexto Tarquinio tarquinij ſuperbi filio per vim ſtuprata ſemetipſam interfecit. Tarq̄nio igiṫ expulſo romani reges defecere. Cum ibidem regnatum fuiſſet ſub regibus ſeptem annis. 240.

Linea Chriſti

Templum Salomonis



Eliachim



Azor



Sa doch



# De edificatione templi

Glorioſa ac magnifica illuſtres viri de templo eiuſq; fundamento ac edificatione ſcriptitant: pcipue diuin⁹ ꝓpheta Ezechiel in viceſimo quinto anno trãſmigrationis. Qui eſt ann⁹ triceſimuſtercius regni Nabuchodonoſor in exordio anni decima die. Cũ man⁹ dñi facto eſt ſup eum: adductus eſt a ſpiritu in terrã iſrl' ſup montẽ excelſum. Ubi oſtẽdit ei edificationẽ ciuitatis ⁊ templi. Et cũ hec viſio obſcuriſſima ſit nec aperta legentib⁹ de ciuitate mirabili in monte cũ templo edificata ſibi in ſpiritu oſtẽſa. Quãobrem ꝑ pauca de forma templi ꝑ figuras ſubiungere placuit. Quãq; certi doctores ſolum de ſpirituali edificio ſcilicet xp̃o ac eccleſia intelligant: Uictor tamẽ de materiali edificatione manifeſtauit: quod veteres hebrei ezechieli in viſione imaginaria oſtenſum fuiſſe aiũt. Et in iam preſcripta reedificatiõe poſt reditum de babilonia ꝑ Zorobabel et Neemiaz fuiſſe impletum. Licz ceteri aduerſa ponãt: moderniores tamẽ hebrei ꝑ Meſſiam regnaturum cum magna potentia id futurũ expectant. Figuras igitur templi per picturam talis edificij cum pauca ſcriptura videamus.

Prima figura edificij templi oſtẽſa ezechieli ſup mõtem



Secũda figura ad facilius capiendũ




## Sequentes due figure ornatũ porte repreſentãt






Aſpectus altitudinis templi porte orientalis et appendiciorum circa ipſum Ezechielis. xlj.

Aſpectus edificij aquilonaris ſecundum altitudinem et longitudinem ſuam Ezech. xlj. Et ſimile edificium debet nonnunquam ſituatum eſſe in parte auſtrali templi.

EZechiel diuinus ꝓpheta. Cum tranſmigratio babilonis a Joachim rege inde vt premiſſū eſt īcepit ⁊ ipſe cū mardocheo trāſmigrauit. Poſtea ſedechias annis .xi. regnauit: in quo anno deſtructa ē ciuitas et templū. Inde decimoquarto anno poſt deuaſtationē Ezechiel hāc viſionē ꝓphetā vidit Templū aūt vt in figuris cerni poteſt: mltas māſiones habebat: ſicuti ciuitas: muri eiꝰ erāt ꝓpugnacl'a ad modū ciuitatis. Mons in quo erat templū aliquantulū demiſſus erat: In parte auſtrali magis q̄ʒ aquilonari. Angelꝰ aūt ſtans in porta muri exterioris locutꝰ eſt ac mēſurabat certis mēſuris que maiores erāt quam in ceteris rebꝰ ꝯmunibꝰ. Totū igit̃ templi edificiū in ſpacio quadrato ſitū erat. Cuiꝰ vnū latꝰ directe ad orientem poſitū: oppoſitū ad occidentē: Alia duo ad aquilonē et meridiē. In quo ſpacio triplex murꝰ: Exterior. mediꝰ. interior: Spaciū ꝯtentū inter mediū et interiorē dicebat̃ atriū exteriꝰ. Reliquū ſpaciū inter murum mediū et exteriorē: locꝰ vulgi appellabat̃. Gentiles eñi ad orandū ob deuotionē templū acceſſerūt. Totum vero quadratū ꝑtim in ſummitate mōtis in plano erat: ꝑtim in mōtis pendulo. que gibboſitas ſpacij cū in plano figurari nō potuit imaginatiōe ſuppleri debet. Ad hoꝝ intelligētiā poſita eſt prima figura.

IN orientali deinde parte muri exterioris in medio eius quedam erat apertura .x. cubitoꝝ latitudinis in qua erat porta. Similit̃ modo in ſecūdo muro et tercio directe ſe reſpicientes. In latere deniq̄ʒ muroꝝ aquilonari et auſtrali due porte conſimiles erant: vt ſecunda figura oſtendit.

HAbebat aūt hec porta oriētalis gradus ob decliuitatē mōtis: vt a loco vulgi aſcēſus ꝑ .vij. gradus ad portā foret. Veſtibulū q̄ʒ habuit ſpaciū ante apturā medij muri quinq̄ʒ cubitoꝝ in latū ab oriente in occidentē. Et .xv. in longū ab aquilone in auſtrū. Extabat ⁊ porticꝰ edificiū ſitū ſup aperturā muri medij: ⁊ ex pte interiori ipſius muri trāſiens vltra mediū ꝑ .viij. cubitos inter atriū exteriꝰ. Et a terra vſq̄ʒ ad ſummitatē huiꝰ porticꝰ cubiti quīquaginta ſunt. ¶ Et iuxta poſtes hoſtij ſunt due turres: quaꝝ altitudo lx. cubitoꝝ ſicuti in portis caſtroꝝ: Frontes dicte ad decorē porte. Ac in ſummitatibꝰ turriū pomelli: et rami palmaꝝ celati: etiā iuxta turres ſex thalami ꝓ portarijs appenditia dicta. Ad horum intelligentiā poſite ſunt due figure (poſt primā ⁊ ſcd̓am) ſequētes: Quaꝝ prima ſitū porte porticꝰ ⁊ veſtibuli frontiū ⁊ thalamoꝝ ſcd̓m lineas fundamētales repreſentat. Altera figura altitudinē porte porticꝰ ⁊ frontiū a pte orientali oſtentat. ¶ Porticꝰ aūt edificiū ſup portā in atrio duas habet māſiones ſupiorē ⁊ inferiorē et feneſtras obliquas. Vltra aūt portā ſcd̓i muri inter mediū ⁊ terciū pauimentū ſtratū ſub diuo ſcilicet platea pauimētata erat. ¶ Trigīta quoq̄ʒ gazophilacia in circuitu pauimēti. ad latꝰ auſtrale decē: que occupāt .c. cubitos. et quatuor ex vna pte atrij exterioris et quattuor ex alia parte eiuſdē porte que cum ipa occupant .c. cubitos. Duo vero reſidua gazophilacia ponūt̃ iuxta thalamos porte oriētalis atrij interioris vnū in pte vna: reliquum in altera. que cū ipis ⁊ cuꝰ thalamis occupāt .c. cubitos ꝑ modū inferius figuratum. Et ad maiorē diſtinctionē a thalamis gazophilatia rubei coloris ſunt. Porte aūt aquilonaris ⁊ auſtralis ſimiles ſūt porte orientali: Similis ferme deſcriptio portaꝝ ⁊ veſtibuloꝝ medij ⁊ interioris muri extat. ¶ Oſtiū vero in frontibꝰ portaꝝ diuerſaꝝ erat: et ibi holocauſtū lauabāt. ſ. carnes cremādas in altari holocauſtoꝝ ac mēſe que immolationi deſeruiebāt ꝓ peccato ⁊ delicto. Due item pietes exiſtētes ex vtraq̄ʒ pte oſtij et ante illas in porticu erāt due colūne: altera hinc: alia inde vt in templo Salomonis fuit. Longitudo vero parietū templi .c. cubitorū extat. Altitudo .c xx. et latitudo intra muros .xx. cubitos cōtinet. Duo pietes .xij. cubitoꝝ ꝓminētia pilarioꝝ vltra parietes hinc ⁊ inde .x. cubitoꝝ: latitudo appēdicioꝝ .viij. cubitoꝝ. paries claudēs appenditia hinc ⁊ inde .x. cubitoꝝ et latitudo loci oratiōis ſimiliter .x. cubitoꝝ. Qui numeri ſimul iūcti faciunt .lxx. iuxta ezechielē. Intrinſecꝰ deinde ſanctū ſctōꝝ ponebat̃ qd̓ interiꝰ templū (vt in tabernaculo moiſi interiꝰ tabernaculū) dicebat̃: Paries vero nō multū altis nec ſuſtinēs aliud pondꝰ diuidebat ſanctum et ſctm̄ ſctōꝝ. Cuiꝰ longitudo erat .xx. cubitorū. Adiuncta fuerūt latera ſiue appenditia lateribꝰ templi exterius adherētia in latere occidētali .vi. in latere aquilonari qd̓ eſt multo longiꝰ .xxx. Et ſimiliter in auſtrali qd̓ eſt equalis lōgitudinis: in oriētali nō ſunt ponēda cū ibi templi ingreſſus pateat. ¶ Pilarij tandē annexi fuerūt ꝓminētes extra pietes: vt fit in arduis edificijs ad ipa fortificāda: In occidētali pte tres pilarij: duo in extremitate vnius in medio. et ꝓminebāt .v. cubitis: et hec ꝓminentia pilarioꝝ in tribus locis pforatur vno ſup aliū atq̄ʒ in his foraminibꝰ trabes figunt̃ ad portandū tria tabulata: ita diſpoſita vt p̄mū diſtat a terra ꝑ ſex cubitos: et ita reliqua ab illo. Sicq̄ʒ aſcendūt iuxta murū templi .xviij. cubitos. Inferior aūt māſio templi vſq̄ʒ ad p̄mū tabulatū ſeu cenaculū ponēda eſt .xxx. cubitoꝝ vt in templo ſalomonis. vt pietes templi ad recipiendū lumē ꝑ feneſtras ſine obſtaculo ꝑ .x. cubitos maneat. ¶ Circa duo vero latera templi ſcʒ aquilonare ⁊ auſtrale duo edificia ponunt̃ a muris templi ꝑ .xx. cubitos diſtantia: et qd̓libet .c. cubitoꝝ lōgitudinis et .l. latitudinis. ¶ Ad ea intelligēda poſite ſunt tres figure folij p̄cedētis. Prima repn̄ſentat ſcd̓m lineas fundamētales totiꝰ edifitij poſteriorē ptem. Scd̓a altitudinē templi oſtendit ⁊ appēdicioꝝ circa ipm̄. Tercia altitudinē edificij aquilonaris: et ſimiliter auſtralis que ſimilia ſunt. ¶ Altare aūt holocauſtorū ex ptibus compoſitū fuit. Prima ps iuxta terrā dicebat̃ ſinus ſiue fundamētū: et eleuat̃ ſup terrā cubitū vnū Scd̓a crepido minor et reſtringit̃ edificiū ꝑ cubitū vnū et aſcendit ꝑ duos cubitos. Tercia crepido maior iterū reſtringit̃. ⁊ eleuat̃ ſurſuʒ ꝑ quattuor. Quarta arieb vocat̃ ſimili mō ꝑ .iiij. aſcēdit: vt altitudo altaris a terra ſit .xi. cubitoꝝ. ¶ Aque egrediebant̃ de templo ꝑ modū fonticuli ſcaturiētis de limine ſcti ſctōꝝ et iſti ꝑ templū trāſibāt declinādo parūꝑ ad latꝰ dextrū. et inde ad porticū tēpli ⁊ poſtea ad atriū interiꝰ ab occidēte in orientē. Aliqui has aquas ante egreſſuʒ de atrio interiori diuiſerūt in quattuor riuulos: vt pꝰ egreſſū de porta oriētali exterioris muri in vnū cōueniāt ceteri id refutant. ¶ Et ſic cōpleta ſunt ad edificationes et diſpoſitōnē templi ꝑtinentia. Figura laudabilis nūc ſequitur ſimul totū edifitium repn̄ſentans qd̓ ꝑ ptes ſuperius eſt figuratum et ſcd̓m lineas fundamētales cuncta oſtentat.


Occidens
Murus exterior in circuitu habens in quolibet laterũ quingentos calamos
Atriolũ
Atriolũ
Latitudo l. cubitorum
Atriolum
Atriolum
Latus orientale
Tres thalami
Tres thalami
Porta muri exterioris
Oriens

VEronam pulchram et p̄clarā venetie vrbem alpibus finitimam. Quā athesis fluuius diuidit auctor eſt ex trogo pompeyo iuſtin⁹. Gallos qui vrbem romā ceperūt ⁊ pariter Medtolanū: brixiam et bergomū edificaſſe. Licet alij ſicardi Cremonenſis ep̄i ſententie inherentes: poſt Troye excidium conſtructā aſſerunt. Nec tamen min⁹ cingit ꝙ̄ diuidit veronā Atheſis vt cuſtodie ſimul ornamētoq̄ꝫ ⁊ ſubuehēdis reuehendiſq̄ꝫ mercib⁹ et frugib⁹ magno ſit vſui veronēſibus: quandoquidē ſupra infraq̄ꝫ ⁊ circum ager eſt precipue bonitatis multa gignēs in vrbē conuehenda: olei vim maximam: frumēta incolis in mercaturā ſuꝑabundantiā: vinorū varietatē atq̄ꝫ p̄ſtantiam: pomoꝝ omnis generis copiam. Et lanam ceteras ytalie ſubtilitate ſuꝑantem de qua ſubtiliſſimi efficiunt panni. Lane p̄ſtantiam greges ⁊ armenta a paſtionis ꝓprietate accipiunt. Quā prata campiq̄ꝫ ꝓſpectu quoq̄ꝫ amenıſſimi naturaliter p̄ſtant. Quū tamen mons altiſſim⁹ orbi ſupeminēs Baldus nomīe: eandē herbis ſuis ingenitam et multo maiorē virtutem preſtet. ꝙ herbilogi vndiq̄ꝫ confluentes multa herbarū radicūq̄ꝫ genera animantiuꝫ ſaluti opitulantia inde legant: diuerſe etiam ꝑ agrū veronenſem ſcaturiūt aque non minus ornamento a natura ꝙ̄ vſui attribute. Hec ciuitas ita romanis principib⁹ grata extitit: vt in ea amphiteatrū romano more nō nullaq̄ꝫ alia cōſtructa ſint edificia. Ibiq̄ꝫ deinde a Gottis longobardiſq̄ꝫ regib⁹: nec nō et ab alijs principib⁹ domus excelſe ⁊ alta palatia, pulcherrima templa, inexpugnabiles arces et caſtella fuerūt conſtructa. Vinoꝝ preſtantia vno extollitur argumēto. Theodatus oſtrogothoꝝ rex terci⁹: quū ſciret in veronēſi agro eſſe vinū ſicut Caſſiodorus appellat acinati odoris ſaporiſq̄ꝫ ſuauiſſimi. illud romā nauib⁹ Atheſi in ſuperꝝ mare delapſis comportari curauit. Vrbis hui⁹ geſta ſub vario fuerūt euentu. Attila em̄ Gottoꝝ rex eam euertit ⁊ incēdit. Alboinus p̄mus longobardorum rex ibidem Roſimunde vxoris inſidijs occiſus fuit. Ibi Rudolphus imperator berengariū impatorem ſuꝑauit ⁊ occidit. Nobiliſſima ſcaligeorū familia ⁊ ip̄a veronenſis tyrannidem occupauit. et ꝑ. 70. annos cū maximo ſplendore verone dominata eſt. Tandeꝫ ea vrbs in venetorum manus deuenit: ſed tam ſolidiora verone ſicut ⁊ ceteris vrbib⁹ ornamēta viros om̄is etatis p̄ſtantes attingamus. Zenoq̄ꝫ ſicut religionē xp̄ianam ⁊ ſuam ip̄ius decꝫ ſanctitatē prim⁹ erit qui verone preſul m̄ta ſcripſit extantia ſacras vtriuſq̄ꝫ teſtamēti litteras declarantia. Emiliū marcū veronenſem poetā. Euſebi⁹ in aſia obijſſe aſſerit: paulo poſt. Catullus poeta. ſubinde vterq̄ꝫ Plinius. genuit ⁊ Guarinum oratorem ornatiſſimum et alios.

## Verona





# Regni Perſarum principium

CYrus primus rex Perſarum potentiſſimus hoc anno: qui eſt trigeſimus captiuitatis iudaice annꝰ Et quinquageſima quinta olympias: perſis regnum et imperium inſtituens. regnauit annis. 30. Hic Aſtyagis medorum regis ex Mandana filia nepos fuit. Qui vt herodotus et iuſtinus tradunt Aſtyagem deuicit. Et regnum eius in perſas tranſtulit. domitiſq̨ multis ciuitatibus rebellantibus aduerſus Balthaſar caldeorum et babiloniorum regem bellum intulit atq̨ eum deuicit: quo deuicto eius regiam babiloniam ſuperbiſſimam vrbem ſtatim ſubuertit. Poſtmodū aduerſus creſum lydorum regem: qui babilonijs auxilium tulerat profectꝰ eſt. Quem ſine vllo negocio fudit et cepit: ablatiſq̨ ei omnibꝰ ſui regni rebus vitam miſeram ducere coegit. Cunq̨ Cyrus aſyam totum pene orientē in ſuam redegiſſet poteſtatem: Scythias etiam bello adortus eſt: quibus cum Tamiris regina preerat: ac primo quidem prelio cum Cyrus regine filium omnēq̨ eius obtruncaſſet exercitum: haud multo poſt et ipſe ab regina compoſitiſ in montibꝰ inſidijs cum omni exercitu deletus eſt. Nam Tamiris cum audiſſet ſuorum cedem et filij vnici mortem: non femineo more ſe dedit in lacrimas: ſed cum reſiduo exercitu in montibus ſimulata diffidētia propter acceptum vulnus cum inſidijs refugit. Ac Cyrum ad montium cacumina anguſtias pduxit: ibidē q̨ eum cum ducentis milibus obtruncari fecit: Ita vt ne vnꝰ quidez tante cladi ſupfuerit. Quibus geſtis Tamiris ſtatim inter cadauera corpꝰ Cyri exquiri mādauit. Cui comperto auferri caput et in vtrē ſanguine ſuorum plenum immitti pcepit: vt quaſi ſuperbo regi dignū exhibuiſſet tumuluz dixit. Sume cyre ſanguinem quem ſemp ſitiſti: eius tamen truncum in paſargadas vrbem delatum in hortis ſepelierūt. In cuꝰ tumulo tale epigramma fertur fuiſſe inſcriptū. O homo ego Cyrus ſum aſie rex. qui perſis impiū ꝯſtitui.

PErſia aūt aſie maioris regio ē: que a perſio Acriſij argiuorū regis nepote nomen accepit. In quā perſipolim ipius regionis caput condidit. Quā poſtea greci regijs concrematis vaſtauerūt hec ita q̨ regio Caramānis bactrianis ac medis contermina eſt: Et in multos diuiditur ſinus. Quā. Q. Curcius libro quarto de geſtis Alexandri magni optime deſcribit. Ipſa quippe montuoſa pmaxime eſt. Et pter eſtum ac ventos fructuum inops eſſe phibetur: in ipa tamen celeberrime vrbes eſſe referuntur. pſertim ipſa Perſipolis et Paſargadas ac plurime alie que ſunt in Gabijs ſuperioribus partibus eiuſdem regionis. Inter perſiam autem et Suſam que ab Arphaxat medorū rege magnis ſtructuris edificata fuerat. Quedam montana prerupta interiacebant: quā poſtea Cambiſes regis filius ſuo adiecit imperio: eiꝰ autem imperium et ſi aliquando pmaximū fuerit: poſtea tamen a Macedonibus parthiſq̨ diminutum et dilaceratum fuit. Perſe autem a Nembroth gygante primum edocti pro deo Solem et ignes coluerunt: et Lune mineruec̨ ſacrificauerunt. ſed nunc relictis ydolis illi Mahumeteam legē ſequunt. Perſica aūt poma vt Plinius libro. xv. ab hac auecta ferunt. Illuſtrat adhuc perſipolis regio ſeu ciuitas beatiſſimi Georgij martyris triumpho.

Anaximander



ANaximander philoſophus et medicus celeberrimus primo mileſijs Thaletis auditor ac in eius ſcola ſucceſſor his temporibus (vt Euſebio placet) floruit. Qui cum primus celeſtia docuiſſet: etiaz primus horoſtopia fabricauit ac maris et terre circuitum primus deſcripſit. necnon et materiales ſperam conſtruxit. Et ppterea Plinius libro ſcdo eum peritiſſimum aſtrologuz dixit. Obijt deniq̨ ſexageſimo quarto vite ſue anno. Fuit et alius Anaximāder milesius hiſtoricus non ignobilis de quo laercius ſcribit.

Anaximenes



ANaximenem philoſophum pariter et phiſicum Anaximander hic habuit diſcipulum: et quidem clariſſimum. Qui principium aerem dixit et in infinitum moueri ſydera non ſupra terram ſed circa ipſam. Obijt vero (vt Laercius ait) ea die qua et Sardis capta fuit.

Edras



Neemias



Mardocheus



Eſdras vir ſanctus atq; doctiſſimus velut alter Moyſes in pplo venerādꝰ habitꝰ eſt. Hic primū de babilone cū ceteris venit: ſed iterū paterna ſolicitudine motꝰ rediijt vt plures lucrifaceret: et ſecum adduceret. tpe aūt iſto legem ceteroſq; libros ſanctos reparauit. quos combuſſerant caldei: felix teſtamentū orbi relinquens. nouos et faciliores apices inuenit: que in ſpirituſctō feliciter peracta. venit iterum hieruſalē cū multitudie magna regalibꝰ priuilegijs: vt doceret pplm. Obijt in ſenectute veneranda ſepultus ibidem.

Iſte Darius fuit cōſobrinꝰ Aſtyagis q̄ dedit ei regnum. Ambo aūt victi ſunt a Cyro qui fuit rex primus perſarū: et trāſtulit monarchiam ad perſas. Babilonē vicit. Bathaſar interfecit. Danielem magnificauit. Iſrael remiſit in iudeaꝫ vt templū reedificaret. victus tamen benigne Cyrꝰ puidit. Aſtyagi regnuꝫ hircaniorum et dario medorum conceſſit.

Neemias fuit pincerna Artarxerſis regis perſarum miſſus ab eo vt inſtauraret murū hieruſalē edificauit eā in anguſtia tpis. Hic fuit vir benigniſſimus ac deuotōne perpuꝰ: qui cum opus dñi expleſſet miraculoſe ignē ſcm̄ repierunt et murū dedicauerunt. Rediēs ad regē iterū reuerſus eſt hieruſalē et mortuꝰ eſt. ibiq; ſepultꝰ iuxta murū quē edificauit.

Cambiſes filiꝰ Cyri ſcd̄us perſarū rex ſexageſimo captiuitatis anno regnum accipiens regnauit annis. 8. qui ab Eſdra artarxerſes: vel aſſuerꝰ nominatur in libro iudith: Nabuchodonoſor a patre vocatur. Hic interdixit ne hierlm ⁊ templū reedificaret. Is eni imperiuꝫ ſuſcipiēs militari gloria atq; iuſticia cū quadā crudelitate mixta in ſuos deſeuiens patrem ſuperauit. Ethiopes ſubegit: ⁊ multas puincias ſuo adiecit imperio: pleraq; tñ bella p holofernē geſſit poſtea in egiptum accedēs cuiꝰ cūctos vaſtauit fines. et ibidem Babilonē condidit aliā. De Cambiſe valeriꝰ in ſexto refert: q̄ iudicis male iudicantis pellem detrahi feciſſet ſelle iudiciarie vbi filiū ſuum iudicem cōſtituerat apponi precepit.

Iſte Mardocheus vir ſanctꝰ clarus habet in toto regno perſarum: tempore ſue exaltationis fuit 295. annorum ſcd̄m computationem latinorum.

## Monarchia Regum perſarum




Smerdis tercius perſarum rex octauo et ſexageſimo iudaice captiuitatis anno: Cambiſe in ſyria mortuo ſine liberis: regnum regnauit menſibus ſeptem: patizetes quē Cambiſes rebus ſuis p̄fecerat fratrem ſuum nomine et facie ſimilimum regem declarauit. ⁊ priorem occiderat. ppter quā fraudeꝫ dariꝰ hiſtaſpis filius confeſtim coniuratione facta: alterum Smerdim et eius fratrem Patizeteꝫ trucidauit. Et ipſe pꝰ triduum perſarum rex conſtitutus eſt.

Judith holofernes



Holofernes princeps militie Nabuch. Cambiſis multas terras domino ſuo ſubiugauit. et tandem venit ad bethuliam: et ibi a Judith muliere interficitur in cubiculo papilionis ſui et omnis eius exercitus fugaturꝰ. ¶ Fuit autem Judith vidua mulier p̄ſtātiſſimi animi et incredibilis aſpectus et poſtq̄ holofernem principem obtruncaſſet. tanto in precio habita eſt apud iudeos vt cūctis diebus vite ſue omnibus iudeis preferreret: et triūphali laude ppetuiſq; preconijs celebraretur. Et cum centum et quinq; annos compleſſet moriens apud virum in betulio cum ingenti luctu et pompa ſepelitur.

**Babilonia noua cōdit̄ a Cābiſe i egipto.**

## Linea Cōſulum Romaonꝝ

Brutus Tarq̄nus collatinus



Valeriꝰ publicola Poſtumꝰ



Largus dictator



Decem tribuni



Marcus Gneus manlius



Valerius



Anno. cc xxiiij. ab vrbe condita exactis regibus romani loco eoꝝ conſules inſtituerunt qui annua exercerent imperia. ne tractu tēporis engerentur in ſuperbiam. Quorum precipui hic annotant̄ ex quibus primi duo habuerunt bellum cum porſenna rege etruſcoꝝ. Brutus vero duos filios habuit qui reuocare volebant regem quos virgis ceſos ſecuri percuſſit. Collatino ſublata eſt dignitas. quia ne nomē Tarquini in vrbe eſſet.

Sibylla cumana



Sibylla Cumana que fuit tēpe Tarquini priſci veſtita aurea veſte. librum apertuꝫ & alium in manu geſtans et librum in ſiniſtra habens ſuper genu capite diſcoopto dicit ſic. Magnus ab integro ſeculoꝝ naſcit̄ ordo iam reddit et virgo redeut ſaturnia regna. Iam noua ꝓgenies celo dimittit̄ alto. Tu modo naſcēti puero quo ferrea primū. Deſinet ac toto ſurget gēs aurea mūdo. Caſta faue lucina tuꝰ iā regt̄ appollo.

Iſti duo vicerunt ſabinos et de eis triūphatum eſt. et Valerius fataliter mortuꝰ paup.

Anno vrbis condite. xxv. romani bello ſabinorum cōſternati erant dictatorē. cuius auctoritas et potentia conſules preiret. et eſt nomen officij dignioris.

Manliꝰ torquatus



Iſte. T. Manliꝰ Lelij manlij filius. belluꝫ cum gallis inchoauit. percuſſoqꝫ gallo qui cū ad ſingulare certamē prouocauit. torquem aureum de collo eius tulit ſuoqꝫ impoſuit. Vn̄ dictus eſt torquatus & torquati cognomē ſuis poſteris obtinuit.

Galli Senones gens natura ferox moribꝰ incondita. ob hoc ipſa corporū mole ac armis ingentibus adeo omniū genere terribilis fuit: vt plane nata ad hominū interitū vrbium ſtragem videretur. deinde totam vrbē igne ferro manibus exequāt ſex mēſibus barbari: et Manliꝰ nocte ſubeuntes clangore anſeris excitatꝰ a ſumma rupe deiecit.

Popilia v̄go veſtalis



Popilia virgo veſtalis ob crimen ſtupri viua defoſſa eſt.

Tempore illorum duorum fuit bellum vegentinum in quo tot ceciderunt de victoribus romanis quot de victis.

## Dictature dignitatis inſtitutō

Nono poſt exactos reges anno (vt Euſebius habet) Rome noua dignitas ſcilicet dictatura creata eſt. et equitum magiſter. qui dictatori in omnibꝰ obſequeret̄ et largū alīs lerciū dictatorē primū & Sp. caſſiū magiſtrū equitū ſcribit. Inſtitutꝰ eſt itaqꝫ dictator vt auctoritate et potētia cōtra hoſtes cōſules precederet. Eo maxime q2 porſenna cluſij rex (ea ciuitas thuſta erat) armis Tarquiniū ſupbum reducere conatꝰ eſſet. qd ne fieret dictator obſtitit. Verū pace cōfecta in amiciciam ppli Romani porſenna ſūmis receptꝰ honoribꝰ. Quinciꝰ cincinatꝰ preſtantiſſimꝰ poſtea dictator cū agriculture operā daret: a ſenatu rogatꝰ: puluere ac ſudore abſterſo: dictature dignitatē inuitꝰ ſuſcepit. Is nedū romanos obſeſſos ſed hoſtiū quoqꝫ exercitū ſuperatū cū innumerabili preda romam perduxit. Sic expeditiōe finita rediit ad boues: victoriāqꝫ q̄ſi ſecurā tenens.

Sub iſto valerio conſule ciues exules ſeruiqꝫ fugitiui inuaſerunt capitoliū & incenderūt. Et tam atrox fuit bellū: q2 ipſe conſul fuit occiſus: Publicola quoqꝫ romanꝰ patriciꝰ cui publiꝰ valeriꝰ ꝓpriū nomē ante fuerat. Et ipſe ꝑ hoc tēpꝰ expulſis Tarq̄nijs vna cū bruto in locū collatini conſul eſt ſuffectꝰ de quo ſup. Is cōmiſſa pugna in quo brutꝰ occubuit ipſe de Tarq̄nij exercitu quindecim milia & trecētos viros interfecit qua victoria primꝰ ex cōſulibꝰ in curru inuectꝰ triūphauit: que res pulcherrimū ſpectaculū plebi ſine vlla inuidia ꝓbuit. fuit aūt magne iuſticie & eq̄tatis vir.

Marcus Curci⁹



Aracus



Aracus Astrologus et poeta clarissimus cum eudoxo vt ait Augustinus vniuersum se numerum stellarum comprehēdisse et scripsisse iactauit. quos (inquit aug⁹) illa contēnit auctoritas que dicit ad abraham. Aspice stellas ⁊ numera eas si potes. genes. xv. Quomodo eñ dinumerari possunt cum non omnes possunt videri. Cū astrologie nō ignar⁹ esset. De astrologia librū scripsit elegantissimū dicēte Cicerone li. primo de oratore. Cōstat inter doctos homines ignarum astrologie ornatissimis atqꝫ optimis versibus. Aracum de celo stellisqꝫ dixisse et conscripsisse.

Os inferni in medio vrbis vasto hyatu horribiliter apparuit: ⁊ viui hominis sepulturā interpretantib⁹ aruspicib⁹ expetebat. Rome eñ (vt Liui⁹ ait) siue interemptu seu alia aliqua vi forū ferme specu vasto collapsum in immensam se aperuit altitudinē. quā voraginē nullo videbat posse oppleri materia. Tum Marcus curcius eques roman⁹ bello egregius eo audito. templa deorū que foro illi imminebāt intuens. Equo maxime ornato insidēs zelo patrie armatus se in hyatū misit. q̄ mortuo stati hyat⁹ obturat⁹ est.

Esopus



Esopus adelphus poeta fabulator clarissimus. claruit tpe Cyri regis persarum. Fuit autē grecus de ciuitate Attica: vir ingeniosus ⁊ prudens. qui cōfinxit fabulas elegantes quas romul⁹ postmodū de greco trāstulit in latinū. ⁊ filio suo Tiberino direxit. In quibus docet quid obseruare debēt homīes. Et vt vitam hominū ostendat ⁊ mores: inducit aues. arbores. bestiasqꝫ loquentes ꝓbanda vita cuiuslibet fabula. quas qui diligēter inspexerit inueniet ioca. loca apposita que ex risu miscent ⁊ ingenium acuant. Hic primo anno Cyri regis persarum fertur fuisse peremptus. Nouissime eas fabulas omnes vna cū ipsius Esopi vita Rimuti⁹ quidam erudit⁹ vir: ad Antoniū tituli sancti Crisogoni cardinalem latinas accuratissime fecit.

## Decem virorum rome electio

Duodecimo Artaxersis regni āno. ccc. ⁊ altero ab vrbe cōdita. C. menenio ⁊. P. sextillo capitolino cōsulibus. Romanis placuit qd̄ consulare imperium cessaret: et eius loco decem viri deligerent: ꝑ quos sine ꝓuocatione omnis regeret ciuitas. leta eius ingratus tpa (vt Liui⁹ ait) nimium luxuriare incipiēs. citius eius res lapsa est. Quia post annū exacti sunt ob facinora Appij claudij.

## Leges duodecim tabularū

Romani cum hucusqꝫ legem non haberent magnaqꝫ inter tribunos et consules de legislatore orta est disceptatio. terciodecimo regni Artaxersis anno legatos athenas miserunt. Qui non solū ab athenensibus Solonis leges obtinerent. verūetiam ex alijs grecie ciuitatibus mores institutaque romani perferrent. Ac sic ab eisdem legibus traditis scilicet decem tabularum. Romani postea duas addiderunt. vnde et postmodum illa decem tabularum famosissima emanauit lex vt habet. ff. de ori. iu. l. ij. et dis. vij. c. ij. Ordinataqꝫ erat in. xij. tabulis tota iusticia.

## Tribuni et ediles Rome creati

Quartam seditionem bonorum cupido excitauit. vt plebei quoqꝫ magistratus crearent. Fabius ambustus duarum pater: Alteram sulpitio patricij sanguinis dederat. alteram plebeio. Tribuni igitur plebis sextodecimo regni Artaxersis anno rome creati sunt. Quod quidem tribunatus officium et si magistratus dignitatem non haberet. maximi tamen momenti in republica fuit.

Veturia romana



Veturia Coriolani patricij romani mater ꝑ hoc tempus iam senex laudabili opere annos suos in viriditatem traxit ꝑpetuam: quia filium suū qui infensissime vrbem obsidebat: quem legatorum maiestas ⁊ pontificum reuerentia nequiuerant tpa ab ira retraxerat durissima: ⁊ eius ꝓpositum vertit in bonū. Nam relinquens obsidionem ciuitatē liberam dimisit. Ob cui⁹ mulieris beneficiū: ne ciuitas ingratitudine argueret ex Senatusconsulto ad ꝑpetuam rei memoriā eo in loco quo hec veturia filij iram moliuit templū ⁊ ara fortune constructa sunt insup cum null⁹ vsqꝫ in id tps vel modic⁹ a viris mulierib⁹ pstaret honor sancitū est vt mulieribus homīes semp assurgerent ⁊ in via eis cederēt qd̄ nuncusqꝫ apd̄ nobiles seruatur. Et ꝙ eis liceret vti auro ⁊ purpurea veste aureisqꝫ fibulis ⁊ armillis nec immerito cum suis precibus stetent romana libertas.

Monarchia Regum perſarū
Dari⁹ hiſtapſis



Xerſes



Artaban



Artaxerſes



Darius hiſtapſis filius quartus perſarum rex anno ſeptuageſimo cap-
tiuitatis: perſis regnare cepit. Is cum alijs ſex nobilibus Smerdim ꝛ
patizetem magum ei⁹ fratrem trucidauit. Conuenerunt de regno per-
ſarum. Cuius equ⁹ ſequenti die in ortu ſolis hynnitū ante regiam prius emit
teret ille perſaruꝫ rex habeꝛ. Darius Oebaris ſtabularij ſui ſolercia effecit: vt
ante om̄es hynnitū equ⁹ ei⁹ primo daret: quo facto: eueſtigio rex creat⁹ eſt. Re
gno ſuſcepto Atoſam cambyſis filiam duxit vxorem. Ex qua p̄ter xerſem etiā
alios genuit filios. Dedit poteſtatem zorobabel vt iudeos in hieruſalem redu
cere poſſet et vaſa reddi iuſſit: ꝛ ꝓ edificatione templi viginti argenti talēta ꝑ
ſingulos annos iudeis darent. Ideo templum edificarūt. Veru anteq̄ꝫ e vita
diſcederet egiptus ab eo defecit.

Xerſes darij ex Atoſa filius quintus perſarū rex: Centeſimoquarto iu-
daice captiuitatis anno: ꝑſis regnare cepit. Et regnauit annis. 20. Is
voluntatis p̄rne colendi deum iſrael: heres apparuit. Judeis liberali-
ter vtens. Eſdre ſacerdoti amiciſſim⁹ crudelitatꝭ ꝛ ſeuicie paterne ſucceſſor. Re
cepta egipto que a patre defecerat cū vniuerſe aſie potireꝛ: innumerabili exerci
tu grecie bellū intulit. Athenas incendit: et infinitas ſtrages dedit. Tandē leo
nide Spartanoꝝ ducis ſolercia duob⁹ acceptis vulnerib⁹ fugiēs: qui pri⁹ ma
re nauib⁹ ſtrauerat: in piſcatoria ſcapha vix trepid⁹ aufugit. Et nō multa poſt
ab Artabano ei⁹ prefecto ſpe regni potiundi interfectus eſt.

Artabanus ſextus perſarum rex ꝑſis regnare incipiens: regnauit men-
ſibus ſeptem. Qui ꝓ anno computantur: hic xerſe rege trucidato: cum
eſſent ei duo filij nomīe Darius ꝛ Artaxerſes: Juniorē in maioris ne-
cem ſolicitauit: Affirmans illū ꝓprium obtruncaſſe patrē. Vagabuſus aūt hu-
ius ſceleris conſci⁹: Artaxerſe filio rem poſtea ꝓdidit omnē. Is cōuocans om
nes armatos: numerū militū recenſurus: vbi Artaban⁹ inter eos aſtitiſſet: Ar-
taxerſes ſe breuiorē ſimulat habere loricam q̄ꝫ deceret: iubens ſecū cōmutare.
Quo nudato eueſtigio cū ſepteꝫ filijs eū transfodi iuſſit: atq̄ꝫ ita Artaxerſes e-
gregi⁹ iuuenis cedē patris: necemq̄ꝫ fratris ꝛ ſeipm̄ ab inſidijs vindicauit.

Artaxerſes ſeptimus ꝑſarum rex regnauit annis. 40. Hic omniū homi
num pulcherrim⁹ fuit: ſed tanta ei erat brachiorū longitudo vt genua
contingeret: et ꝓpterea longimanus dict⁹ eſt. Qui tributa perſis p̄mus
inſtituit. eo q̄ maximā impenſaꝫ auri atq̄ꝫ argenti in edificijs conſtituiſſet: vbi
tributa et que exigebat recondere poſſet ad bene rei adminiſtrate monimentuꝫ
Et cum pacis auctor ꝛ conſeruator habereꝛ: Idcirco ab omnib⁹ amari prome
ruit. Eſdras quoq̄ꝫ ſacerdos et dei ꝓpheta clariſſimus elegantis memorie eius
imperium inſigne reddidit. Neemias quoq̄ꝫ eius ꝛ Darij pincerna fuit.

Democritus phiſozoph⁹



Democritus abderites philozophus ꝑ hoc tp̄s floruit: is primo quoſ-
dam magos caldeos audiēs: adhuc puer theologiam ac Aſtrologiam
optime didicit: deinde vt Geometriam ꝑciperet in perſidem ꝛ ad mare
prexit: poſtq̄ꝫ etiam ad cognoſcendas res diuinas in Caldeam athenaſq̄ꝫ ſe trā
ſtulit: vbi a nullo cognitus ip̄e Socratē cognouit. Tandē doctiſſimus in patri
am reuerſus: patrios agros ꝛ innumerabiles opes reipublice ſue cōceſſit. Sa
tius dicens eum pauꝑtate ſtudiorum libertate letari: q̄ꝫ opum ſeruili cura ve-
xari. Nam in hortulo ſuo iuxta vrbis muros ad contemplandas rerum natu
ras ſe contraxit: vbi ꝛ nature ſecreta ſubtili⁹ rimari poſſet (ſicut Cicero in quin
to tuſcul. queſtionū refert) Oculos ſibi ipſi effodit vt vegetiores cogitationes
haberet. Aut ne videret bene eſſe ciuibus malis: vixit annos. c. et. 9. Ex eius
ſententijs hanc optimā habemus. Conuenientius eſt vt parcitatem in tuo ſer-
ues q̄ꝫ luxum in alieno: parcitas eīm neceſſitatis remedium eſt.

Heraclitus



Heraclitus philozophus aſianus cognomento Scotinus hoc tempe in pre-
cio fuit. Cui⁹ libri adeo obſcuri fuere vt a philozophis vix intelligerētur. vn
de et ꝓpter eorum obſcuritatem heraclitus dictus fuit tenebroſus. Qui cuꝫ
in vltimo vite a diſcipulis quereret: vt notabile quid in medium ꝓferret. Nihil re-
ſpondit: ſed digitum voluēs ſignificabat omnia inferiora in cōtinuo motu eſſe. Hic
(vt Macrobius refert) dixit animam eſſe ſcintillam ſtellaris eſſentie.

Themiſtocles



Themiſtocles athenienſis phus: ⁊ naualis belli clariſſimus ac ſapientiſſimus dux his tpibus: tam ſciẽtia quã rei militaris gloria inclitꝰ et clarꝰ habitꝰ eſt. Cuiꝰ conſilio parta eſt victoria in maritimo prelio: ſupato xerſe ab athenienſibꝰ: Cũ adhuc puerulꝰ eſſet: natura prudens: eximia ſemꝑ cogitabat. Cũ a diſciplinis ꝑcipiendis animũ laxare licebat: nõ ludis aut inercie ſed cõponendis oratiõibꝰ ſeſe dedit. Glorieqꝫ cupiditate incenſus cupiens ſibi vrbis principatum vendicare. Cum cum quidam conſuleret de filia: an eam daret pauperi ſed ornato: aut locupleti probato vxorem. Malo inquit virum pecunia: qꝫ pecuniam viro indigentem.

Ariſtides



Ariſtidem phum athenienſem virum vtiqꝫ diſertiſſimum per hec tpa floruiſſe Cicero in tercio de officijs tradit. Erat autem tum omnis virtutis tum iuſticie in his que ad cõem referuntᷣ vtilitatem: ex quibus iuſti nomẽ aſſecutus eſt: huic plato tantũ tribuit vt ꝓ ceteris clariſſimis qui athenis claruerunt eũ ſolum laude dignum cenſuerit. ferunt hunc ita inopem mortuum fuiſſe: vt ſuo ſũptu efferri ad tumulum nequiuerit.

Anaxagoras



Anaxagoras phus etiam hac etate in Clazomeno aſie oppido inclitus fuit. Qui cum diues admodum eſſet ſtudẽdi deſiderio ductus: patrimoniũ omne ſuis conceſſit: ⁊ in longinquas partes ſeceſſit. Poſt multa vero tempa reuerſus cum ſuas poſſeſſiones deſertas vidiſſet ait. Non eſſem ego ſaluꝰ niſi iſte periſſent. Cuidã dicẽti. Nõne tibi patrie cura vlla eſt: reſpondit. mihi patrie cura eſt: et ſumma quidẽ atqꝫ ita dicens: digitũ celum verſus extendit. Interrogatꝰ ad qd factus fuiſſet. Ad contẽplandum inquit ſolem ⁊ lunam ⁊ celũ. Hic audita morte filij illi qui nũciauerat ait: nihil noui nũcias. Ego em̃ ex me natuꝫ ſciebã eſſe mortalem. Cumqꝫ annis. 72. vixiſſet ab athenienſibus in carcere poſitus: e poto veneno interijt quia ſolem lapidem ignitum dicebat: quẽ illi pro deo colebant.

Empedocles



Empedocles phus Athenienſis his temporibus laudatᷣ: qui adeo canendi peritia edoctus erat. Qꝫ cum hoſpitẽ eius iuuenis quidã furibundꝰ inuaderet eo ꝙ patrem eiꝰ accuſatione damnaſſet: ita dulciter canendi modum inflexiſſe dicitur: vt iuuenis iracundiã temperarit. Huiꝰ autẽ hec fuit ſentẽtia. Tria ſunt (inquit) in tota rerum varietate ſcꝫ affluentie mobilis contemptꝰ: future felicitatꝭ appetitus: ⁊ mentis illuſtratio. Quoꝝ primo nihil honeſtius: ſcdo nihil efficacius Tercio nihil de amborum adeptione compendioſa efficacius. Deſcripſitqꝫ deuꝫ Deus eſt ſpera cuius centrum eſt vbiqꝫ ⁊ circũferentia nuſqꝫ. Arbitratus deniqꝫ animas immortales ſe incendijs dedit.

Sapho poetiſſa



Sapho leſbia ex Mitilena vrbe oriunda altera poetrix. hac etiã tempeſtate inclita fuit: honeſtis ⁊ claris parentibus orta: Adeo generoſe fuit mẽtis vt etate florens ⁊ forma: non contenta ſolum litteras iungere plurimas ſed amplioꝝ feruore animi ingenijqꝫ ſuaſa viuacitate conſcenſo ſtudio vigili ꝑ abrupta parnaſi vertice celſo ſe felici auſu muſis non renuentibus immiſcuit: quid multa eo ſtudio deuenit vt vſqꝫ in hodiernum clariſſimum ſuum carmen teſtimonio veterum lucens ſit. modulos lyricos exprimere non dubitauit. Et ꝓpterea illi erecta fuit ſtatua enea ⁊ ſuo dicata nomini. Et ipſa inter poetas celebres numerata. Eiꝰ tamen opera maiorum negligentia amiſſa ſunt.

Zeuſis heracleotes et Parraſius pictores



Zeuſis heracleotes maximus pictor ⁊ ipe etate hac (vt Euſebius haber) inclitus fuit. Qui plinio teſte lib. 35. naturalis hiſtorie: peniculũ ad magnam gloriam perduxit. Opeſqꝫ tantas acquiſiuit vt inſtitueret donare opera ſua: eo ꝙ nullo precio ſatis digno ꝑmutari poſſe diceret. Pinxit autem vt idem Plinius ait. puerum vuas ferentẽ ad quas aduolarẽt aues: proceſſit iratus operi: ⁊ dixit. vuas melius pinxi qꝫ pueꝝ Nam et ſi hunc conſumaſſeꝫ aues ipſe timuiſſent. Idem etiam ſcdm Quintilianum vmbrarum inuentor perhibetur. Parraſius quoqꝫ hac etate ſummus pictor cum predicto Zeuſide in certamen deſcẽdit. Et cum zeuſis detuliſſet vuas tanto decore pictas vt aues aduolarent. ipe lintheum auibus pictum detuliſſe traditur. Ita veritatem repreſentantis vt zeuſis altum iudicium efflagitaret. Sed tandẽ remoto lintheo et oſtenſa pictura atqꝫ errore intellecto palmam ingenuo pudore conceſſerit parraſio: quoniam ipe aues fefelliſſet.

TOloſa prouincie Gallie tranſalpine vrbs. a quodam Toloſo troyano facta ſunt eius fundamenta Quam cum romani cepiſſent illuc colonias deduxere. Et amphiteatro capitolio alijſq; edificijs e quibus aliqua adhuc extant ornatam reddiderunt. Hec Narbonenſi ciuitati ab Enee ſocijs condite finitima eſt: et in aquitania haud longe a Vonciatibus populis in qua paulus diſcipulus Sancti Pauli miraculis quieſcit in pace. Metropolis ciuitas eſt. cuiq; Iohannes. xxij. pontifex Archiepiſcopatum primo cōceſſit. Atq; ex eius caſtellis in ciuitate ſex erexit. Et eidē Archiepiſcopatui ſubiecit: vt haberet Toloſanꝰ archiepiſcopus: quibus cum dignitate preeſſet Francorum regi ſubdita: qui in ea bonarū litterarum gymnaſium etiam conſtituit. In ea corpus ſancti Saturnini ⁊ aliquorum apoſtolorum reliquie ſummo venerātur honore. Is eiuſdem vrbis primus epiſcopus a paganis tentus atq; e ſumma capitolij arce ꝑ om̄es gradus precipitatus capite colliſo excuſſoq; cerebro et om̄i corꝑe dilaniato dignā ibi xpo exalauit animā.

TVro quoq; gallie prouincie metropolis ciuitas a bruto brittanorum rege condita eſt. Quā a turno eius nepote ibidem a Gualfredo aquitanorum duce in prelio interfecto Turonē nominauit ea ſiquidem celebris nunc ciuitas eſt: ligeri enim fluuio abluitur. Qui Bituriges ab heduis diuidit: et ab occeano ſurſum nauigationem habet. A qua non paruam cōmoditatē ciuitas ipſa percipit: hic quippe cum Archiepiſcopalis ſedes exiſtat: vndecim ſuffraganeos continet. Qui ⁊ pro maiori parte in Celtica ſunt: et ex maiori parte in Brittanie citerioris ducatu nomen retinens In francorum regno ſita eſt. Ipſa cum multarum rerum opulentiſſima ſit habita: etiam non ignobiles continet edes. Habuit hec ipſa ciuitas plurimos celebres viros omni virtute et ſanctitate inſignitos. Inter quos diuus Martinus eiuſdem epiſcopus ſanctiſſimus fuit. qui tante ſanctitatis extitit pontifex vt trium mortuorum meruerit eſſe ſuſcitator. Atq; alium nomīe perpetuum habuit epiſcopum admirande ſanctitatis virum.

## Toloſa



# Mediolanum



MEdiolanũ ciuitas potẽtiſſima apud inſubres toti⁹ Ciſalpine gallie metropol' ⁊ vrbiũ ceteraꝝ Mater Originẽ habuit: quã Liui⁹ patauin⁹ ⁊ Trog⁹ pompei⁹ narrãt a gallis qui duce Breno in ytaliam aſcẽderãt populiq; loca incolẽtes in quib⁹ eſt edificata Inſubres appellabãt imꝑante aſſuero perſarũ rege a gallis ſenonẽſib⁹ nõ cõdita vt multi aſtruere: ſed aucta ⁊ inſtaurata fuit. Eã tñ Joſue hebreoꝝ iudicis tꝑe aliq̃ ꝑmo conditã fuiſſe dicũt. Et tꝑibus troyanoꝝ clariſſimã fuiſſe. Cũ Sicambri germanie ꝑpli a ſicambria ꝑami ſorore dicti tꝑe Sampſonis occupaſſ; germanie ꝓuincijs Mediolanũ verſus hoſtili anĩo acies dirigẽtes Juliũ inſubrũ regẽ obuiũ habuerũt. Cũ quo pace cõfecta ſedera ꝑcuſſere vt vn⁹ popul⁹ ⁊ vnũ efficeret̃ regnũ: fuit tamẽ vſq; ad Brennũ ducẽ haud ciuitas mag̃. Ei⁹ aduentũ mirũ in modũ aucta ⁊ inſtaurata. Cũ antea Subria ⁊ Meſopia ⁊c̃. dicta fuerit. Mediolanũ qꝺ mſtoꝝ annuũ circũdata appellata ẽ. Scribit Liui⁹ exercitũ romanũ tũc ꝑmũ vltra paduſ fuiſſe ductũ: ⁊ gallos inſubres aliquot ꝓlijs ſupatos in deditiõẽ tũc primũ veniſſe qꝺ quidẽ ad annos rome vrbis cõdite. cccc lx. fuiſſe videt̃. Claudius marcell⁹ deinde boios ⁊ inſubres gallos ſubegit ⁊ triũphauit. Poſt quẽ triumphũ vrbs Mediolanẽſ ꝑ annos ſerme quĩgẽtos pacatiſſima altera roma cognomĩata: adeo florẽs fuit. vt illã ꝑncipes romani (quo ad poccupatiões licuit) inhabitauerunt. Nerua trayan⁹ Adrian⁹ maximian⁹ philipp⁹ ⁊c̃. Emporiũ certe toti⁹ longobardie fuit: ⁊ agrũ vniuerſũ in oĩ bonitate feraciſſimũ habet. Eam hercule⁹ maximian⁹ menib⁹ ornauit: murũ ſcõm adiecit ⁊ vrbẽ ampliauit. Et ex ſuo noĩe herculeã appellauit: in honorẽ herculis phanum ſtruxit: qꝺ nũc diuo laurẽtio extat dedicatũ. Poſt tã diuturnã felicitatẽ primas habuit moleſtias beato Ambroſio adhuc ſupſtite Arrianis infeſtantib⁹. Paulo poſt attila ytaliã ingreſſus Mediolanũ diruit: Inſtaurataq; parũ quieuit: a longobardis ea vrbs maxĩs moleſtijs agitata eſt. Illis a karolo magno domitꝭ ꝑ annos ſexagĩta ⁊ trecẽtos floruit: quouſq; Frideric⁹ barbaruſſo imꝑator eã ſolo equit. Deinde Mediolanẽſes a parmẽſib⁹ ⁊ placẽtinis adiuti: tanto patriã reedificauerũt animoꝝ ardore: vt intra trienniũ. ditior. potẽtior frequẽtiorq; ſolito facta videret̃. Inde mirabile habuit incremẽtũ. Mediolanũ cũ phiſico nãli ſitu ſuo ab incẽdijs caumatũ ⁊ frigoꝝ rigorib⁹ eq̃liter abeſſe Alexãder qnt⁹ noĩe ſumm⁹ pontifex ſcribit ⁊ ꝓpterea locum toti⁹ orbis temꝑatiſſimũ aeremq; ſereniſſimũ ⁊ aquarũ in puteis ⁊ fontib⁹ ſalubritatẽ obtinere. Quã tamẽ lac⁹ pulcherrimi decẽ ⁊ ſeptẽ: ⁊ ſexagĩta q̃tuor flumĩa terre ſupficiẽ irrigãtia in illi⁹ agro repiant̃. Porro ciuitas hec quãtũ temploꝝ magnitudĩe: regaliũ domoꝝ amplitudĩe: clariſſimoꝝ ediũ nobilitate: ⁊ vicoꝝ ꝓbitate: necnõ ⁊ oĩm artiũ bonitate floruerit vtraq; etate floreat: tũ potẽtiſſimoꝝ dñoꝝ ducali maieſtati obſequẽtiũ: tũ vtriuſq; ſex⁹ cõtuberniũ religioſoꝝ inhabitantiũ. Ac caterua hui⁹ vrbis equeſtris ordinis viroꝝ ac doctoꝝ necnõ ⁊ armoꝝ ⁊ pannoꝝ ⁊ oĩm fariã veſtimẽtoꝝ fabrica ⁊ mercatura declarant. Dicit ꝓſcriptus põtifex Barnabã pauli cõdiſcipulũ ꝑmũ fuiſſe mediolanẽſ eccĩe epm. Cui paulo poſt ſucceſſerit Beatus Ambroſi⁹ doctor eccĩe celeberrim⁹. A q̃ ſctũs Aureli⁹ auguſtin⁹ doctor ⁊ ipſe excellẽtiſſim⁹ in ipſo Mediolano ad fidem xp̃i conuerſus eſt: duces poſtremo caſtrũ ſupbiſſimũ in ea ⁊ hoſpitale celeberrimum cum templo beate Marie virgini dicatũ edificauerũt. Ac alijs q̃ꝫ plurimis exornarũt.

Monarchia regū perſarū

Xerſes



Sogdianus



Darius notus



Aſſuerus



Ochus



Arianus vel argus



Darius



XErſes ei⁹ nomīs ſcdus: Octau⁹ pſarum rex reḡnit duob⁹ tm̄ menſib⁹: p⁹ quē Sogdian⁹ nonuſ regnauit mēſib⁹. 7. de quib⁹ ob tpis breuitatē nil memorie dignum habem⁹.

ILle ieſus fili⁹ ſyrach natiōe hebre⁹: librū q̄ eccl'iaſtic⁹ dicit̄ edidit. quē hebrei panarethos vocāt a pan qḋ eſt totū. ⁊ rethon qḋ eſt virt⁹: quaſi tot⁹ virtuoſus In quo de oī virtute tam theologica ꝙ̄ politica pulcherrime tractat. Quez ideo eccleſiaſticū noīauit: Eo ꝙ de morib⁹ toti⁹ eccleſiaſtice diſcipline religioſeq̄ꝫ cōuerſatiōis magnā curā habere viſus fuerit.

HErodot⁹ grec⁹ hyſtoric⁹ oīb⁹ grecis p̄ferend⁹ ea tēpeſtate hyſtoriaꝝ libros edidit. q̄s cū athenis in cōcilio legiſſet pl'rimū honorat⁹ eſt qui vt Quintilian⁹ ait. Dulcis ⁊ cādid⁹. Plini⁹ li. 12. nālis hyſtorie dicit eū ſcripſiſſe hyſtoriā.

DArius cognomēto not⁹ decim⁹ pſarū rex: regnauit ānis. 29. Hic inito impio ꝯtra Athenieſes grauiſſima mouit bella. Ideo ꝯuerſi in fugā nec deinceps pſis occurrere ſunt auſi: Ei⁹ regni anno decimo egipt⁹ ab eo diſceſſit.

SOphocles athenīēſis poeta tragic⁹. Quē cicero ob ingeniȷ̄ magnitudinē diuinū poetā appellauit. Is vltimis vite ſue diebus tragediā in certamīe ad iudiciū peritoꝝ miſerat: ⁊ intellexerat ꝙ victor eſſet. p̄ gaudio expirauit.

ARtaxerſes ei⁹ noīs ſcdus cognomēto Memnō quē hebrei Aſſuerū noīant vndecim⁹ pſarū rex regnauit ānis. 40. Dariȷ̄ fili⁹ potētiſſim⁹ ſup oīs q̄ añ eum fuerūt. Cui⁹ regnū ab india vſq̄ꝫ Ethiopiā ſuper. c xxvij. ꝓuincīās fuit. Tercio regni ſui āno grāde cōuiuiū p̄parauit ⁊ ſubiectos magnifice pauit in tabnaculo mirabili. Reginā vaſti cū venire recuſaſſet eaꝫ abiecit. Et honorē heſter p̄buit: ⁊ in locuꝫ ei⁹ ꝓ regina habuit.

ARtaxerſes terci⁹ qui ⁊ och⁹ Aſſueri ex heſter fili⁹ duodecim⁹ pſaruꝫ rex regnauit annis. 26. vir certe ſeuus atq̄ꝫ imanis vt ſuis facinoribus eternā ſibi apd̄ pſas cōpararet memoriā. Hic Nectanabo egipti rege ī ethiopiā pulſo ad ſuū reuocauit regnū. Hic ſuoꝝ cōiuratiōe verit⁹: cognatoꝝ cede: principūq̄ꝫ ſtrage: totā impleuit regiaꝫ: nullo ſanguīs aut ſexus etatiſue habito reſpectu. verūtamē diuinā non euaſit vltionē. Quia a ſuis obtruncat⁹ fuit.

ARſan⁹ ochi regis fili⁹. 13. pſarū rex regnauit annis. 4. Genuit aūt filios multos de quib⁹ herodot⁹ meminit: de eo aūt nil memorie dignū habet. Iadus vero ſext⁹ iudeoꝝ pontifex hoc ipo āno in de mortui iohānis pōtific̄ p̄ris pōtificatu ſuccedēs. ſedit annis. 30. vir certe bonus. ⁊ pacis amator.

PArmenides pħus athenīēſis cōſortia hoīm fugiens in rupe caucaſi montis conſedit. Et logicaꝫ primus inuenit. Hic zenonis p̄ceptor extitit.

DAri⁹ Arſani p̄dicti regis fili⁹ vltim⁹ pſarum rex ⁊ ipſe primo anno regni Alexandri pſarū regnū accipiens regnauit ānis. 6. Hic cū potētiſſim⁹ eſſꝫ: ne regie maieſtatis honor deeſſet: bellū cū Alexandro magno varia fortuna geſſit. Tandeꝫ ab eo vict⁹ ⁊ ſuperat⁹: ⁊ a cognatis turpiter occiſus. vitā pariter cū pſaꝝ reḡ finiuit.

MEliſſus pħus ex Samo inſula originē ducēs. Parmenidis auditor: queꝫ Ariſtoteles pſepe nomīat: magna virtutis ſue documenta edidit.

BRenus Senonēſiū gallorū dux. Monuchn angloꝝ regis filius. 13. aſſueri pſarū regis anno cū exercitu trecētoꝝ miliū Galloruꝫ relicto ꝓprio ſolo ytaliam venit. Et expulſis veterib⁹ tuſcis: eorūq̄ꝫ vrbib⁹ occupatis multarū vrbiū (policrate ac iuſtino teſtib⁹) fundamēta iecit. vt mox dicetur.

Jeſus filius ſirach



Herodotus



Sophocles



Parmenides



Meliſſus



Hippocrates medicꝰ



Hippocrates filius Eraclidis vt Galienus primo regis adiutoꝝ( licet quidam ſcribāt aſclepij)filiꝰ: et pitagore diſcipulꝰ: oīm medicorū pnceps: in inſula Choo genitus ꝑ hoc tp̄s clariſſimus habitus eſt. Hic medicinā longo tempore ꝑditam reuocauit in lucem. que quingētis annis poſt eſculapij mortē latuerat. Is voluptates omnes admodum deteſtabatur: diſcipulos ſuos vt diuꝰ Hieronimus ſcribit iuramento aſtrinxit vt ſilentium ſeruarēt: vt manſuetudinē in habitu moribuſqꝫ oſtenderēt: fuit (vt ferunt) corꝑe paruus pulcher forma: grandi capitis. tardiqꝫ motus multe cogitationis. tarde locutionis: ⁊ modici cibi. Vixit autē annis nonagintaquinqꝫ. Cuiꝰ hec fuit pulcherrima ſentētia. Qui vult liber eſſe: non cupiat quod habere non poteſt. Qui vult habere qđ cupit: cupiat qđ habere poteſt. Qui vult in hac vita pacifice viuere: ſimilis fiat illi qui ad communium mutatur. Qui de oīm appoſito gratias agit: et de defectu rerum nō murmurat.

Zeno philoſophꝰ



Zeno philoſophus actienſis ex cypro greca ciuitate fenicabus frequenter accolis. Fuitqꝫ napſei (ſiue vt alij dicunt demei) filius. Appolonius autem Tyrius dixit eum gracili corꝑe fuiſſe: ſtatu procero ⁊ atra cute. Unde illū Chryſippus palmitē egiptium vocabat. Crura habuit turgida ⁊ imbecilla atqꝫ infirma: ob quod teſte ꝑſeo multas cenas declinauit. Veſcebatur libēter ficubꝰ recētibus ⁊ ad ſolē paſſis: auditor fuit cratis. Stilponē etiam ⁊ xenocratē decennio audiuit: fuitqꝫ vna cum Cytheo philoſopho ſtoyce ſecte auctor: quorū ſentētia fuit. Id ſummū bonum qđ honeſtum eſt. Nihil deeſt ad recte viuendū ei in quo virtus eſt. Tanto in honore apud athenēſes habitus eſt: vt apud eum claues vrbis deponerētur. Ornaruntqꝫ ipm̄ aurea corona ⁊ imagine erea: hoc ipm̄ ⁊ ſui ciues fecere. Habuit auditores eximios: inter quos antigonus cum ibat athenas eiꝰ erat auditor: cui ⁊ aliquando epiſtolam ſcripſit. Hic adoleſcētulo cuidam inepta multa loquēti ait. Ideo duas habemus aures: os autē vnum: vt ſcilicet multa audiamus: ⁊ pauca loquamur. Nonageſimo etatis ſue anno deceſſit incolumis integer ac ſine morbo.

Socrates phūs



Socrates athenienſis philoſophꝰ clariſſimꝰ ex pago alopecēſi filiꝰ ſophroniſci marmorarij: ⁊ phanerete obſtetricis filius. Fuitqꝫ vt quidam ferunt Anaxagore primum auditor: poſtea Archelai cui in ſcola ſucceſſit magiſterqꝫ Platonis ⁊ p̄mus ethice inuentor his tempibus floruit: philoſophiam eīm vt Citero ſcribit euocauit e celo ⁊ in vrbibꝰ collocauit: demoſqꝫ introduxit. ⁊ coegit de vita ⁊ moribus rebuſqꝫ bonis ⁊ malis q̄rere. Quā obre vt ſcribit Solinꝰ non ſolum conſenſu hominum verūetiam appollinis oraculo fuit ſapiētiſſimus iudicatus. Fuitqꝫ orator ꝓmptus ⁊ acer: et p̄mus teſte fauorino cum Eſchino diſcipulo oratorie artis campos apuit. Qui ad acquirēdam ſapiētiam vſqꝫ ad ſenectutē vltimas terre regiones ꝑluſtrauit ⁊ licet ſapiētiſſimus eſſet: ſe tamē nihil ſcire reputauit. Unde ſepe illud dicebat vt hieronimꝰ ad paulinū ait. Hoc vnū ſcio qđ neſcio. Fuit inſuꝑ ſocrates mirabilis caſtitate. iuſticia: alijſqꝫ virtutibus: in cuius quidem ſigillo (vt dicitur) ſic ſcriptum erat. Amicꝰ hominis eſt ſapiētia eius Inimicus vero homīs eſt ſtulticia eius: huius quippe multe fuere ſentētie. quarum hec p̄cioſiſſima cēſetur. Age ſic alienum vt tuum non obliuiſcaris negotium et qualis vis videri talis eſto: Demum accuſatus ꝙ derideret quercum: canes ⁊ hyrcos eſſe deos: quos athenienſes colebant. Tandē veneni poculo defunctꝰ eſt Poſt mortē eius athenienſes penitētia ducti: imaginem auream pro eius memoria in templo collocarunt.

Iſocrates orator grecꝰ



Iſocrates natione grecus orator clariſſimꝰ: Gorgie auditor multoꝝ phoꝝ p̄ceptor eximiꝰ: vt Macrobiꝰ atteſtatꝛ. Hic teſte quintiliano in diuerſo dicēdi genere nitidꝰ fuit ⁊ comptꝰ: ⁊ paleſtre magis q̄ꝫ pugne accomodatꝰ. oēs dicēdi veneres lectatꝰ: inuētione facilis ⁊ honeſti ſtudioſus. Ac in cōpoſitione adeo diligēs vt cura eiꝰ reprehēdatꝛ. Huiꝰ oratiōes et opa extant ac aliqua traducta ſunt: que maxīa voluptate leguntꝛ. Edidit quoqꝫ libellū exhortatoriū in quo hec ponitꝛ ſentētia. Talis fias parētibꝰ: quales erga te natos fieri optas. Serua magis verborum q̄ꝫ rerum depoſita. Vixit annis. 94.

Thucydides hyſtoricus



Thucydides grecus hyſtoricus ⁊ quidē grauiſſimꝰ hoc etiam tꝑe teſte Euſebio agnoſcitꝛ. Et teſte quintiliano: eſt denſus ⁊ breuis ac ſemꝑ ſibi inſtans: quem Thucydidem laurentius vallenſis poſtea et herodotum latine loqui docuit. quorum opera nūc in precio habentur.

Xenophon p̄hus



Archita tarentinus



Plato p̄hus



Antiſtenes



Speuſippus



XEnophon p̄hus et dux exercitus Atheniensium inſignis Grylli atheniensis filius: homo verecundus ꝛ speciosus vltraq̄ dici poſſit. moratuſq̄ probus et omnibus gratus. Fuit ſocratis diſcipulus ꝛ platonis emulus. Quia xenophon indito illi operi platonis quod de optimo ſtatu reipublice ciuitatiſq̄ adminiſtrande ſcripſerat. lectis ex eo duobus libris: qui primi ad lucē venerant ſe oppoſuit. et cōtra multa ſcripſit. Quo audito valde permotū fuiſſe platonem ferunt. Hic primus ex his que a ſocrate dicebātur notis excepit et in publicum edidit cōmentaria ſcribens. Et primus omnium p̄hoꝝ ſcripſit hyſtoriam. Fuit etiaꝫ dux ſtrennu⁹. et qui ex vltimis babilonie finibus exercitū reduxit aſperis et difficilimis itineribus ꝑ infeſtiſſimas gentes ac barbaras incolumē in patriam conduxit. Vixit autem annis. 89.

ARchita tarentinus fuit Mneſagore (ſiue vt Ariſtoxenus ait) Eſtei fili⁹ philozophus pytagoricus his temporibus nobiliſſimus. et in omni virtutis genere maxime admirationi habitus. Hic platonem p̄hm cum a Dyonisio necandus eſſet per epiſtolaꝫ eripuit. Multaq̄ compoſuit ex quibus hanc precipuā ſententiam habemus. Nulla peſtis capitalior eſt q̄ voluptas corporis. Cuius auide libidines temere et effrenate ad potiendum incitantur. Hinc patrie proditiones. hinc rerumpublicarum euerſiones. Nullū deniq̄ ſcelus: nullum facinus eſt ad quod ſuſcipiendū non libido voluptatis impellat.

PLato philozophus nominatiſſimus ꝑ hoc tempus Euſebio referēte omnium p̄hoꝝ clariſſimus fuit. Ariſtone patre: et matre pericionia ſiue (vt alij dicunt) petona. Athenis ſimili die natus quo apud delon appollo: vt retulit appollodorus. Mater a Solone certiſſimuꝫ duxit gen⁹: Similiter ariſto illi⁹ pater ad Codrū melanthi filiū refertur. Habuit fratres plato Adimantem ꝛ Glauconem Et ſororem petonam de qua Speuſippus p̄hus ortū duxit. Litteras didicit apō dyoniſiū grāmaticū: ſed in paleſtra apud ariſtonē exercitatus. Primū namq̄ picture ſtuduit: poemata edidit ꝛ tragedias. Et plato pro egregio corporis habitu cognominat⁹ cum pri⁹ Ariſtocles ex aui paterni nomine diceretur. Vicēnis audiuit Socratem illo mortuo audiuit Crathylū ꝛ hermogenē. Annoꝝ. 29. megaram ad euclidem ſe contulit. Hinc Cyrenē profect⁹ theodorū audiuit: Poſtea in egiptū ꝑfect⁹ ꝓphetas ſacerdoteſq̄ audiuit vbi comitē habuit euripidem tragicum. Regreſſus athenas in achademia morabatur. Terq̄ in ſiciliam nauigauit vbi cum mortis periculū euaſiſſet venditus eſt. Interrogat⁹ aliquādo in quo ſapientiam quis adipiſci poſſet. Reſpondit in non expectādo que euenire nō poſſunt: nec de p̄teritis recordari. Obijt deniq̄ plato in conuiuio diſcumbens anno etatis ſue: 81.

ANthiſtenes atheniensis p̄hus. Hic in initio Gorgiam audiuit oratorem: deinde Socrati ſeſe addixit. Et cum habitaret in pyreo: quotidie quadraginta ſtadijs emenſus audiebat ſocratem. A quo tollerantiam addiſcēs tranquillitatiſq̄ illius imitator effectus. Cynicam prior ſectaꝫ inchoauit: princepſq̄ in ea fuit. Platonem inſimulabat faſtu turgidum. Et cum audiſſet aliquando platonē ſibi maledicere. Regium eſt inquit male audire cū benefeceris. Libros multos ꝛ diuerſarum rerū ſcripſit. De eo Hieronimus cōtra Iouinianū ſcribit. ꝙ cū rhetoricam glorioſe doceret audiēs ſocratem diſcipulis dixit. Abite ꝛ magiſtrū vobis querite: quia ego mihi reperi. Cuius ſententia pulchra fuit: in ſcientia eſt multa diſcere: et qḋ ſcitis eſt neſcire.

SPeuſippus atheniensis p̄hus Eurimedontis filius. platonis ex ſorore nepos: octo annos ſcole platonice magiſter fuit. Iraſcebat̄ facile: ꝛ voluptati dederat manus. Epicuree enim ſecte manuꝫ dedit. Unde diogenes p̄hus eum dure redarguit: deinde cum paralyſi ſolueret̄: orauit xenocratem vt ſibi in docēdo ſuccederet. Plutarcus ſcripſit illum pediculis efferueſcētib⁹ interijſſe. fuit corpore gracili teſte Thimotheo. Reliquit plura cōmentaria ꝛ dyalogos. Eius libros ariſtoteles tribus talentis emit teſte fauorino. Ad hunc ſimonides ſcripſit hyſtorias. Prim⁹ inuenit quo pacto ex graciliorib⁹ lignis fierēt vaſa capacia.

Papia Ciſalpine gallie vrbs Ticini nomine vetuſtior. Quã pliſmꝰ velle videtur fuiſſe conditã a po
pulis leuijs et mariciis qui fuerũt tranſalpini. Teſte vero paulo longobardo hyſtorico Aſſueri per
ſarum regis temporibus a gallis Senonenſibꝰ eiꝰ fundamēta iacta ſunt. Veruz longe ante inſubres
galli vicatim locũ inhabitauere. Hec in marginibꝰ Ticini fluminis ex verbano lacu quē nunc maiorē dicunt
effluentis: qui lapideo ponte pulcherrimo trahicit. Et a Ticino flumine Ticinũ appellat vbi inſignis ſcipi-
onis de hannibale victoria extitit. Eam vrbē ſitu ⁊ aeris ſalubritate amenissimã reges Oſtrogothoꝝ ⁊ po
ſtea longobardoꝝ libenter incoluerũt. Unde apud ipſam multa fuerũt preclare geſta. Et ꝑterea cũ media-
lano magnitudine facie. antiqtate. ac dignitate diu contēdit. Verũ nũc mediolanũ plurimũ excellit: Ambe
tamē ⁊ nũc ⁊ olim clare illuſtreſqꝫ fuere. Eam ciuitatē athila rex hunoꝝ direptam vaſtauit: et cũ paulo poſt
inſtaurata eſſet Odoacer Eruloꝝ rex Oreſtē patriciũ Auguſtuli imꝑ genitorē in eo obſeſſum vſqꝫ captũ in
terfecit. Ticinũqꝫ vrbs crudeliter ab eo direpta atqꝫ vaſtata eſt: vbi tunc cedes maxima fuit ciuiũ romanorũ
quãtũ nũquã alibi poſt romani imperij inclinationē cõmiſſa fuerat. Rudolfo aũt burgundo ytalie regnum
occupãte: ꝑ ſeptimi Stephani pontificis tempa vngari ſalado duce ytaliã ingreſſi papiã obſeſſam captã-
qꝫ ferro igniqꝫ vaſtarũt. Interea Agapitꝰ pontifex romanꝰ ytalieqꝫ ꝓceres ⁊ populi berengarij ⁊ alberti fi
lij tyrannidē exoſi. Ottonē primũ ex germania in ytaliã vocauerũt: tum qꝫ ytalia a malis que diu fuerat ꝓ-
peſſa reſpirare cepit. Perthari longobardoꝝ rex monaſteriũ ſancte Agathe et theadolinda regina eccleſiã
ſancte Marie ad ꝑticas in ea ciuitate cõſtruxerũt. Et Luithprandꝰ lõgobardoꝝ rex oſſa beati Auguſtini ex
Sardinia papiã vbi veneratiſſime ſeruãt deferri curauit. et ſepulchꝝ ex cãdidiſſimo marmore mira celeri-
tate ſtructũ eſt: aſpectu pulcherrimũ. Idemqꝫ rex monaſteriũ beati Petri cellula aurea appellatũ: et apd̃ bo
lonam vbi curiam ſepe reges tenuerũt monaſteriũ ſancti Anaſtaſij martyris edificauit: Gondiberta regina
eccleſiam ſancti Johãnis baptiſte. Et petrus epũs luithprandi regis cõſanguineꝰ eccliaz ſancti Sauini pa
pie conſtruxerũt. Eiꝰ poſtea exornande vrbis p̃ ceteris Johãnes galeatius maria viecomes primꝰ Medio
lanenſium dux multam adhibuit diligentiã. Nã poſt multa ibidē accuratiſſime fabrefacta caſtellũ magnifi
centiſſimũ regio apparatu cũ ampliſſima bibliotheca ſtruxit. Et iuxta caſtellũ ingentem lucũ muris cinxit: in
quo ferarum viuaria et pulcherrimas venatiões cõſtituit. In cuiꝰ medio ſuꝑbiſſimũ monaſterium ordinis
carthuſienſiũ cũ eius ſepulchro ingenti impēſa fabrefecit. Luci ipſius ambitꝰ eſt centũ ⁊ viginti cubitorum
Habet nũc Papia in gymnaſijs multos iurium ciuilis ⁊ pontificij ac philoſophie et medicine ſcientia claros. Ge-
nuit aũt multos preclaros viros ſed qui ſanctitate et diſciplinis ꝑcipue excelluerũt Syrꝰ eiꝰ vrbis eps do-
ctrina ⁊ ſctĩtate laudatiſſimꝰ. Enodiꝰ poeta eloquētiſſimꝰ. Habuit et Antoniũ Guayneriũ medicũ ſua etat-
te celeberrimũ q̃ in curis medicinalibꝰ multa cõpoſuit. Et cattonē ſaccũ. Silanũ nigrũ et alios.

Papia



Hermes



Hermes egiptius qui a noſtris dicit̃ Mercurius ph̃us: platonis olim diſcipulus hoc tempore clarus habetur. Qui et ſi homo fuit antiquiſſim⁹ tamen et inſtructiſſimus in omni genere doctrine: Adeo vt ei multarum rerum et artium ſcientia trimegeſto: hoc eſt ter maximo cognomen imponerent. Scripſitq̧ libros multos ad cognitionem diuinarum rerū pertinentes: qui adhuc apud grecos extant. Qui inter cetera de verbo perfecto librum edidit et dixit vt pater. 8. de ciuitate dei. Deos gentilium fuiſſe homines mortuos.

Apuleius



Apuleius apher madaurenſis platonis etiam diſcipulus hiſdem temporibus claruit. Et ibidem libros multos edidit: in eo enim ſumme eruditioni precipua lingue copia ⁊ gratia coniuncta fuit. Scripſit enim libros de Aſino aureo Metamorphoſin quam grecanicam fabulam appellant. Libellos quatuor floridorum de deo ſocratis. Librũ de mũdo ⁊c̃. Cuius hec fuit ſentẽtia. Nihil eſt deo ſimilius ꝙ̃ vir animo perfecte bonus.

Plotinus ph̃us



Plotinus ph̃us platonis quoq̧ diſcipulus ⁊ porphirij p̃ceptor ꝑ hoc idẽ tempus floruit. Qui ad omnia virtutis ornamenta compoſitus: omniũ etiam diuinarum diſpoſitionum ſtudio firmatus fuit: iuſtus: fortis: temperatus ⁊ prudẽs extitit. Qui prudentie ratione ſe ſuperare poſſe crederet fortune impetus. Itaq̧ locum quietis ſedis elegit vt ab omni cõuerſationis humane ſtrepitu ſeperatus ſe fortune inuidia liberaret. Nulla quoq̧ illum deſideria ceperunt. Et ꝓpterea librum de virtutibus pulcherrimum edidit: dixitq̧ animam rationalem: quã in celeſtibus habitare ſedibus non dubitabat: non habere ſupͣ naturam niſi deum: qui ſicut Sol lunaꝫ illuminat ita ⁊ deus animam illuſtrat.

Diogenes



Dyogenes magnus ph̃us fuit (teſte diocle) Sinopeus Iceſij menſarij filius. Is patriam relinquens Athenas venit ibi Antiſtenem comperit: q apprime oĩes voluptates a ſe abdicauerat. Pallium p̃mus duplex habuit ꝓpter frigus et peram in qua cibos ferebat. Cum ſcripſiſſet cuidã vt ſibi cellam pararet: faciente id illo tardius: dolium ꝓ domo habuit. Tempore frigoris os dolij ad meridiem vertebat: Eſtate ad ſeptentrionem: eſtate in feruida arena ſe volutabat: Hieme cooptas niue ſtatuas amplectabat. Idem cum vidiſſet puerum concauã manu bibentem: abiecit vile vas quod habebat dicens: puer meuilitate ſuperauit. Dicebat omnia eſſe deorum: et ſapientes deorum amicos: huic ad ſolem ſedenti cum diceret Alexander. Pete quid vis: ait noli mihi vmbrã facere: Et fama fuit alexandrum dixiſſe ſe velle eſſe Diogenem niſi eſſet Alexander. Ferunt quidem dialogos illum feciſſe et tragedias ſeptem ⁊ alia pauca: cui⁹ ſententia extitit. Si quis bonum cum amore dederit tibi conſiliũ: preſta illi cũ amore obedientiam. Obijt deinde temporibus ptolomei philadelphi.

Philipp⁹ rex macedonũ



Philippus ꝑdice regis filius vigeſimuſtercius Macedonum rex. regnauit annis. 27. Uir vtiq̧ bellator qui ſua virtute Armenie bithinie Tracieq̧ ac Theſſalie regna ſimul obtinuit. Fuit autẽ bland⁹ alloquio: malens amari ꝙ̃ timeri ſed ⁊ moribus grauis: vini nimis cupid⁹: ſed ebrietate digeſta in ſuis actibus moderatus. Cumq̧ ꝓ imperij ſui finibus tuendis procul exiſſet Nectanabo olim egipti rex in mathematica peritiſſimus qui ad eum timore regis perſarum confugerat: videns olimpiadem philippi coniugeꝫ pulcherrimã: ea arte magica deludens compreſſit qua nocte eum mater olimpias concepit viſa ꝑ quietẽ eſt cũ ingenti ſerpente volutari que ex eo concipiẽs. poſt reditum Philippi alexandrum peperit filium. Quẽ Philippus rex (licet mater eius olimpias cõfeſſa viro ſuo Philippo fuerat alexandrum non ex eo ſed ex ſerpente ingentis magnitudinis concepiſſe) veluti tamen filium educauit chariſſimum. Nato autem alexãdro Areſtotili ſcripſit. S. filiũ mihi genitum ſcito quo dijs grãs ago non tam ꝑ inde ꝙ natus ſit ꝙ̃ ꝓ eo ꝙ naſci contigit temporibus vite tue: Spero vt abs te eruditus dignus fiat: Quẽ poſtea areſtotiles diſciplinãdum aſſumpſit et ꝑ quinquẽnium ſub eo ph̃o erudiuit: qui poſtea Bucephalũ equum indomitum manſuetũ fecit ⁊ intrepidus equitauit. Quẽ cum Philippus conſpexiſſet dixit ſe ex deoꝝ reſponſis cognoſcere ꝙ poſt eum regnaturus eſſet. Unde ⁊ currum regium ⁊ eq̃s cum ſumma auri ei dedit: qui contra regeꝫ Peloponenſiũ caſtra mouit: de quo victorie coronam cum gaudio patris reportauit. Accepto deinde imꝑio regem ſe terrarum omniũ ac mundi appellari iuſſit.

Alexander magnus quartus ⁊ vigeſimꝰ
macedonum rex vltimo Arſani perſarū
regis anno macedonibus regnare cepit
Et regnauit annis .12. et menſibꝰ. 6. viginti q̄p
peerat annorum cum regnare cepiſſet. Philip-
po igitur rege vita functo Alexander mox illiri
am (quam nūc Sclauoniā dicimus) ardenti ani
mo ſubegit. Et romanorū inſulas obtinuit: ſta
timqꝫ cum in Aphricam tranſfretaſſet eam totā
ſuperauit. Deinde Syriaꝫ rebellantē ingreſſus
ea depopulata Damaſcum expugnauit: Sydo-
nem ſubegit. Inde hieruſalem verſus ꝓperās
ibi iudeorum pontificem veneratus vrbem eſt
ingreſſus: iudeis immunitates conceſſit: inter
inicia quoqꝫ multas gentes rebellantes compe
ſcuit: orietis nōnullas ſeditiones extinxit. Qui
bus rebus erectus tacito gradu in greciam con-
tendit. Inchoatū deinde a patre perſicum bellū
aggreditur in cuius apparatu occupato: nuncia
tur athenienſes Thebanos ⁊ Lacedemonios ab
eo ad Perſas defeciſſe. Quibus motibus oc-
curſurus tanta celeritate inſtructo paratoqꝫ exer
citu greciam oppreſſit: vt quem venire non ſen-
ſerant videre ſe vix crederent. Et athenienſes ſi-
cuti p̄mi defecerunt: ita primi penitere ceperunt
ibiqꝫ ab anaximene pħo placatus immunitateꝫ
pariter ⁊ pacem eiſdē Athenienſibus reddit. The
bas rebellantes mox incendit. Lacedemonios
ſubiugauit. Egiptum quoqꝫ intrauit in quo mi
rificam condidit ciuitatem quā ex ſuo nomīe vt
infra patebit Alexandriam appellauit. Deinde
cum in perſidem ꝓceſſiſſet et darius ſuam pueri
ciam vilipēderet. Audita legatione matris Oli
piadis que grauiter infirmabatur Macedoniaꝫ
repetijt in quo reditu dum ex aſya in minorē aſi
am ꝑ Helleſpontum traijceret phrigiaꝫ ſupauit
Macedoniam perueniens matrem conualeſcentē
inuenit. Alexander igitur reintegrato exercitu.
Cum omnes regiones circa euphratē ſuo adie-
ciſſet imperio ponte facto euphratē tranſiuit. et
Perſipolim appropinquauit. In qua darius ꝑ
ſaruꝫ rex morabatur. In exercitu eius fuere pe
ditum triginta duo milia: equitum quatuor mi
lia quingēti: naues centum. lxxxij. hac tam par
ua manu vniuerſum terrarum orbē vtrum ſit ad
mirabilius vicerit. An egredi auſus fuerit incer
tum eſt. Cum ad tam piculoſuꝫ bellum exercituꝫ
legerit non iuuenes robuſtos: nec p̄mo flore eta
tis ſed veteranos pleroſqꝫ etiam emerite militie
qui cum patre patruiſqꝫ militauerant elegit: vt
non tam milites q̄ magiſtros militie electos puta-
res. Ordines quoqꝫ nemo niſi ſexagenariꝰ du-
xit: vt p̄ncipia caſtrorum quaſi ſenatꝰ reipubli-
ce videretur. Itaqꝫ nemo in p̄lio fugaꝫ ſed victo
riam cogitauit. Contra rex ꝑſarum darius ſidu
cia viriū nil aſtringere affirmās ſuis occulta cō-
ſilia victorie furtiue cōuenire. In acie ꝑſarū ſex-
cēta milia militū fuere. Que non minꝰ arte alex
andri q̄ virtute macedonū ſuperata terga verte
runt. Poſt victoriam maior pars aſye ad eū de-
fecit. Deinde nūciatur Dariū cū ingenti exerci-
tu aduentare itaqꝫ timēs anguſtias magna cele
ritate thaurū tranſcēdit: et ad Tarſum vrbē per
uenit vbi infirmitate grauatꝰ quieuit. Interea
Darius cum tricentis milibus peditū ⁊ centuꝫ
milibus equituꝫ in aciem ꝓcedit. Alexander cō
ualeſcēs exercitum in hoſtem duxit: poſt hec p̄li
um ingentibus animis committit. In eo vter-
qꝫ rex vulnerat̄ tamdiu certamen anceps fuit q̊
ad fugeret Dariꝰ. Exinde cedes ꝑſarum ſecuta
eſt. Ceſa ſunt peditū ſexaginta vnum milia: e-
quitum decem milia: capta quadraginta milia.
Ex macedonibus ceciderē pedeſtres. c xxx. equi
tes. cl. in caſtris ꝑſarum multum auri ceterarū-
qꝫ opum inuentum. Inter captiuos caſtroꝝ ma
ter ⁊ vxor eademqꝫ ſoror ⁊ filie due Darij fuere
Poſt hec opes darij diuiciarūqꝫ apparatum cō
templatus: admiratione tantarum rerum capit̄
et tunc berſaneꝫ captiuam diligere ꝓpter forme
pulchritudinem cepit. A qua poſtea ſuſceptum
puerum herculem vocauit. Darius cum babilo
niam ꝓfugiſſet pro redimendis captiuis alexā-
dro magnam pecuniam pollicet̄: qui non pecu-
niam ſed regnū petit. Tum ſpe pacis amiſſa bel
lum Darius reparat quadringētis milibus pe-
ditum et centum milibus equitum obuiam va-
dit alexandro. poſt hec prelium committit̄ Ma
cedones in ferrum cum contemptu totiēs a ſe vi
cti hoſtis ruebant; econtra perſe mori q̄ vinci ꝑ
optabant. Raro enim vllo p̄lio tantum ſangui-
nis fuſum eſt. Darius cuꝫ vinci ſuos videret vo
luit mori ⁊ ipſe; ſed a ꝓximis fugere compulſus
eſt. Hoc p̄lio aſye impiū rapuit: cuius tanta fuit
felicitas vt poſt hec nemo rebellare etiam auſus
fuit. Expugnat et ꝑſipolim caput perſici regni
¶ Darius a cognatis ſuis captus in gratiaꝫ vi
ctoris aureis compedibus vincitur: deinde mul
tis vulneribus confoſſus interijt. Et ſic ꝑſarum
regnum finem accepit cum regnatum ſuit ſb. 14
regibus annis. 254. Poſt hircaniam mardoſqꝫ
ſubegit: ibi concurrit ei amazonum regina cum
ccc. milibus mulieribus. Poſt hec indiaꝫ petit
vbi porrus rex capitur et regno indorum poti-
tus eſt. Tandem cū in babyloniam redijſſet mł
tis diebus ocio deditus: accepto poculo media
potione repente veluti telo confixus ingemuit:
ꝑ Caſſandrum antipatris filium datur venenū
Cuius tanta vis fuit vt non ere non ferro: nō te
ſta contineret̄ nec aliter ferri niſi in vngula equi
potuerit. Quarto die indubitatam ſentiēs mor
tem agnoſcere ſe fatum maiorum ſuorū ait. Ad
poſtremum corpus ſuum in hāmonis templo
condi iubet. Cum quererēt quem imperij face-
ret heredem reſpondit digniſſimum. ſexto die
p̄cluſa voce exemptum digito annulum perdu-
ce tradidit. Receſſit alexander: menſe vno. ānos
tres et. xxx. natus. vir ſup̄ humanam potentiaꝫ
animi magnitudine preditus.

Linea pontificum

Jadus



Onyas filius Jadi



Iſte Jadus ſextꝰ iudeoꝝ pontifex poſt mortem Johānis pōtificis pōtificatu ſuccedēs ſedit annis. 20. vir certe bonꝰ ⁊ pacis amator. occurrit alexandro irato iudeis q̄ꝛ volebat vaſtare hieruſalē indutꝰ pontificalibꝰ quē vidēs placatꝰ ſbito deſcēdit de equo. dei nomē adorabat pōtificēq̄ꝫ veneratꝰ eſt. Demū cū intraſſet ciuitatē oblata fuit ſibi ꝓphia danielis q̄ de ipō erat. ⁊ cuiꝫ coram eo lecta fuiſſet valde gauiſus eſt. Sumpſitq̄ꝫ maiorē inde fiduciā pugnādi cōtra dariū. Et conceſſit iudeis libertatē ſuis legibꝰ vtēdi. et q̄ ſeptimus annꝰ eſſet abſq̄ꝫ tributo ꝓpter ſabata terre.

Onias iadi pōtificis filiꝰ ſeptimꝰ hebreoꝝ pōtifex ſcd̄o anno regni ptolomei patri in pōtificatu ſuccedēs ſedit annis. 17. Cuius dignitate leges apud iudeos cuſtodiebant optime. Et ciuitas hieruſalē in omni pace habitabat qua ꝓpter etiaꝫ gentiū reges ipam ciuitatē et templū ſummo cum honore habuerūt. et maxīs muneribꝰ ornauerūt.

Linea Chriſti

Achym



Achym filius ſadoch vt ptꝫ Mathei primo

Anno mūdi. 4909.

## Syriaꝝ regni principium

Syria Aſie regio ab oriēte Eufrate fluuio. ab occidente mari mediterraneo ⁊ egipto terminatur a ſeptentrione Armeniam et Capadociam habet. Et a meridie Arabicum ſinum.

Iſte Seleucus vnꝰ ex alexandri principibꝰ in ſyria poſt eū regnum obtinuit. Sed antigonꝰ ipm̄ expulit. Quē ptolomeus poſt obitū Antigoni deuicto demetrio eiꝰ filio reſtituit. Is poſtea regnauit annis. 32. Cōtinuis aūt laboribꝰ vſq̄ꝫ ad octogenarios annos ſemꝑ bellū geſſit. In q̄ depugnās tandē extinctꝰ eſt.

Antigonꝰ Philippi regis filiꝰ ⁊ alexandri frater poſt euꝫ in aſia regnare cepit. et regnauit annis. 18. Hic inter alexandri ꝓ̄ncipes vnꝰ habebatur. Vir certe ſuꝑbiſſimꝰ. ideo multa bella geſſit. In quibꝰ tandē occubuit. Demetriꝰ eiꝰ filiꝰ fuga ſibi ſalutem petijt.

Sarabella ꝑfectꝰ ſuꝑſticioſum templū edificauit in mōte garizym vbi poſuit Manaſſen fratrē iadi pontificē. q̄ erat generꝰ. Et hic incipit Sciſma iudeoꝝ. q̄ꝛ multi adheſerūt ei q̄ ꝓphani vel excōmunicati dicti ſūt Samaritani. qd̄ ſciſma vſq̄ꝫ ad deſtructionē tēpli ꝑ romanos durauit.

Monarchia

Alexander magnus



Reges Syrie

Seleucus



Antigonus



Anthiochꝰ Sother



Antiochus Sother ſeleuci regis filius ſecūdus Syrie rex regnauit annis 19. ab iſto reliqui Syrie reges antiochi cognominati ſunt.

Alexandro magno in ipō etatis ⁊ victoriarū flore extincto. triſte apud omnes totāq̄ꝫ babiloniam ſilencium fuit. et vltimam ſuā voluntatē in duodecim quos ab adoleſcētia comites habuerat ampliſſimi regni ſui ſucceſſores cōſtituiſſet. Et iſti duodecim quibꝰ regnum diuiſerat cōcordare non poſſent. Infinita fere bella exorta ſunt. Poſtremo cum huiuſmodi teſtamentaria particio effectum ſortiri nequiuit contritis alijs. Hij quatuor viridi linea annotati iuxta ꝓphetiam danielis obtinuerunt regna. Ita vt Seleucus rex eſſet in ſyria. Ptolomeꝰ lagi rex egipti. Philippꝰ rex macedonum. Antigonꝰ vo in aſſyria regnaret.

Demas phus



DEmas philoſophus athenienſis alexandri tempe claruit. Hic dum alexāder obtinere vellet ⁊ obſideret Athenas reſtitit: pſuadens athenieſi. vt non tradrent ei ciuitatem. Tandē alexandro ciuitate obtenta demas ei adheſit alexandro exhibēs ſe familiarē. Verū athenieſibus alexandro ſacrificare volētibus: dixit. videte ne dum celū cuſtoditis terram āmittatis: huius dematis dictum fuit. Amico mutuā me erogante pecuniam: ipm et pecuniam perdam.



Quītus curcius



QUintus Curcius phus increpauit alexandrum eo ꝙ ſibi optabat adhiberi diuinos honores. d. Si deus es largire nobis beneficia immortalitatis ⁊ nō auferas. Si homo ſemp id cogita alijs poſtpoſitis.

IN diebus quibus Alexander natus eſt: diris prodigijs romani territi fuerūt. Nam ſol viſus eſt pugnaſſe cum luna. Saxa ſanguinē ſudauerunt: in die plures lune apparuerunt in celo. Nox vſqꝫ ad plurimam diei partem tendi viſa eſt tunc et ſaxa de nubibus cecidere. et ꝑ ſeptem dies grando lapideis immixtis ⁊ teſtarum fragmentis terram latiſſime verberauit.

OLimpias Mater alexandri occiditur: que mortem ſine omni pauore muliebri imperterrita ſuſcepit.

Philippus rex macedonū



Olimpias mr̄ alexandri

Nectabanus magus pater alexandri



NOn fit pſecutiō de iſto Philippo et regno ſuo in ſacra ſcriptura. de regibus vero Egipti ⁊ Syrie fit pſecutio: quia iudeis quādoqꝫ infeſti quandoqꝫ fauorabiles fuerūt reges ipi⁹ qđ ideo euenit. quia reges iſti pene ſemp pugnabant cūz egiptijs iſrael autē in medio eorum iugiter affligebatur quocunqꝫ ſe verteret. Et ptolomeus grauiter eos afflixit ideo diſpſi ſunt in nacionib⁹.

Reges Egipti

Ptolomeꝰ lagi q̄ ⁊ ſother



Ptolomeꝰ philadelphꝰ



ISte Ptolomeus lagi filius primus poſt alexandrum magnum egiptiorꝫ rex regnauit annis. 40. Hic cuiuſdam Gregarij militis nomine lagi filius fuit. egiptum. affricam ac magnam arabie partem tāqꝫ amplum ſucceſſoribus ſuis reliquit ſplendorē vt ab eo ſubſequētes egiptij reges ptolomei dicti ſint.

PTolomeus philadelphus ſcđus egipti rex regnauit annis. 38. Hic cūz ptolomei lagi minimus filius eſſet pater ante mortē regno ceſſit. quorꝫ pietatis exemplo amorem populi iuueni conciliauit. Hic quippe cum omnium ſcientiarum doctiſſimus eſſet: et ſtratonem phm preceptorem habuiſſet bibliotecam toto orbe terrarum nominatiſſimam conſtruxit. Que ad primū alexandrinum cum romanis bellum pdurauit. Hic famulantes in egipto iudeos a ſeruitutis vinculo reſoluit vſqꝫ ad centuꝫ viginti milia. Et eos in hieroſolimā remiſit: et vaſa votiua Eleazaro pontifici ꝓ diuinis ſcripturis habēdis quas in eadem Biblioteca collocauit. Huic beronica mater ⁊ aſinoa vxor ex qua ſuſcepit euergetes ⁊ beronicam filiam: quā antiocho Seleuci filio vxorem dedit.

Furius camillus dictator | Quintius cincinatus dictator



Lucius genutius | Quintus ſeruilius



Gayus ſulpitius dictator | Marcus valerius



Manlius torquatus | Decius



Fabricius | Papirius



Iſte Camillus furius expugnauit veientos qui p decem annos valde romanos attriuerāt. Tempe vero fabij ſenones galli ad vrbē venerūt: ꝛ victoſ romanos vndecimo miliario a roma: cū brenno rege ſuo romā venerūt: ꝛ fere romanum nomē deleuerūt. vrbē occupauerūt: neqꝫ defendi quicqꝫ niſi capitoli potuit. Quod cū diu etiā romani fame laborarēt a Camillo qui in vicina ciuitate exulabat. Gallis ſupuentū eſt: grauiſſimeqꝫ victi ſunt. Poſtea tñ accepto auro mille librarū ne capitoliū obliderent receſſerūt: ſed ſecut⁹ eos camill⁹: ita cecidit vt ꝛ aurū qđ bis datū fuerat. ꝛ oīa militaria ſigna reuocaret. honor ei poſt Romulū ſcđus delat⁹ eſt.

Quinti⁹ cinciuat⁹ inuent⁹ in rure ꝛ ab aratro aſſumpt⁹ dictator creat⁹ eſt: qui vrbē oppreſſam ab holtib⁹ liberauit et preneſtam accepit.

Tempe illoꝝ cōſulū grauiſſima peſtilētia vniuerſā romā p bienniū afflixit, p qua depellādā pōtifices ludoſ ſcenicos inſtituerūt: et ſic, p depellāda peſte corpoꝝ acceſſit morb⁹ animarū.

Tempe illoꝝ duoꝝ cōſulū romane matrone multos veneno pemerūt et p ancillā quandā, pdite coacte ſunt bibere venena q̄ coxerāt: quib⁹ hauſtis cōſumpte ſunt: fuerūtqꝫ. ccclxx. damnate pſcie facinoris.

Anno ab vrbe cōdita. ccclxxxviij. Iſte gayus gallos iterum in bella ruentes vicit.

Iſte marc⁹ cū. 60. milib⁹ romanis pugnauit cōtra gallos quos in fugam cōuertit ꝛ grauiter trucidauit.

Sub iſtis cōſulib⁹ Publio Cornelio ꝛ Marco curio finitū eſt ſamniticū bellū qđ p. xlix. annos durauit cū mīta clade romanorū: nec vll⁹ fuit hoſtis intra ytaliā qui romanā virtutē magis fatigauerit.

Iſti cōſules duo contra latinos pugnantes. decius murena cōſul occiſus fuit et Manli⁹ torquatus triūphauit. Cui⁹ fili⁹ cū cōtra impium cōſulum contra hoſtes pugnaſſet ꝛ quāuis victor: tamē, pter inobedientiam virgis ceſis et capite punitus fuit.

Linea conſulum Romanorum

Claudius marcus | Valerius flaccus



Fabius maximus | Quintus decius



Publius cornelius ruffinus | Marcus Curius dentatus



Dolobella | Domicius



Sub Dolobella et Domicio cōſulibus lucani brucij ſamnites cū etruſcis ꝛ Senonib⁹ gallis bellū cum romanis inierunt in quo ſeptē tribuni militum ſunt occiſi ꝛ decem ꝛ octo milia romanorū, pſtrati. Sed cum romam tenderet a Ceno cornelio Dolobella conſule deleti ſunt.

Fabricius vir digne memorie nulla induſtria ſuaſu pirrhi regis a romana vrbe diuelli potuit. oblatā cū ſibi a rege imperij partem repudiauit. Ideo pirrhus ait. Hic difficilius a virtute q̄ ſol a curſu ſuo auerti poteſt. Quis ergo miretur his moribus virtute militum victorem populū romanū fuiſſe.

Iſte Papirius cum adhuc puer aſtute matri reſpondit vt celaret ſecretum conſulatus: vrgente cū matre vt reuelaret archanum ſenatus quod audiuerat cum patre admiſſus. ait quod queſitum erat. An expediret magis vt vnus vir duas haberet vxores. vel vna duos viros. Confluentibus die tercia matronarum cetu impudenti: puer ſenatum rem narrat: et laudatus eſt puer. Et edictū eſt vt deccetero nullus puer admitteretur in ſenatus conſiliū niſi ille. Cum aūt vir eſſet factus in virum bellicoſiſſimum euaſit

## Linea Christi

Eliud filius Achim



Iſte antiochus ei⁹ noīs ſcđus cognomēto Theos Antiochi pmi fili⁹: terci⁹ ſyrie rex: regnūit annis.15. pmo vxorē laodiceā habuit: ac grauiſſimum bellū habuit cū philadelpho rege egipti: taudē accepit filiā regis egipti noīe beronicen ſicq̃ pacati.

Eliud filius achym anno mūdi.4959.

Antioch⁹ galeric⁹ ei⁹ noīs terci⁹: quart⁹ aſye et ſyrie rex: regnauit annis.20. erat fili⁹ antiochi theos de pma vxore laodicea: que virū ſuū veneno extinxit: et beronicen cū filijs occidit. Iſtūq̃ galericum filiū ſuū ꝑ patre fecit regnare: ꝓpter qđ euergetes ſyriā vaſtauit. Verū ptolome⁹ poſtmodū illū occidit duob⁹ filijs Seleuco ⁊ Antiocho magnō derelictis.

Ioſeph⁹ iude⁹ vir bon⁹ atq̃ magnanim⁹: Qui ppl'm iudeoꝝ ad clariſſimas rerū cauſas ꝓduxerat: poſtq̃ viginti ⁊ duob⁹ annis ſyrie et phenicis ⁊ Samarie tributa diſpenſauit. relicto hircano filio defunctus eſt. Is hircanus in tributoꝝ diſpenſatiōe ptolomei ſucceſſit vir ab ipſa puericia mirabil' virtutis atq̃ ingenij. Qui cū terciūdecimū ageret annū demōſtrauit ani prudētiā: pater ei⁹ volēs cognoſcere adoleſcētis virtutē: eū in ſolitudine duoꝝ dierū miſit ad ſeminandū cū trecētis iugis boū: celans lora quib⁹ ligarētur: Quod vidēs hircan⁹ quoddā virile ma⁹ ſua etate excogitauit: decem iuga occidere fecit. Et carnes bubulcis ſuis diſtribuit: pelles vero eoꝝ diuidēs lora boum fecit. ꝑ que boues ligarent̄ terrāq̃ ſeminauit quā ſibi pater commiſerat. Ideo ad patriā reuerſus plurimū dilectus eſt.

## Linea Regum Syrie

Antiochus Theos



Antiochus galericus



## Linea pontificū

Symon filius Onye



Eleazarus



Onyas filius ſymonis



Iſte Symon cognomēto iuſt⁹ onie pōtificis filius: octau⁹ hebreorū ſumm⁹ pōtifex mortuo pre ponti ficatū accipiēs ſedit ānis.16. hic ꝓpter piū cultū ⁊ iuſtū regimē, pnāq̃ in ſuas ciues clemētiā iuſt⁹ cognoīat⁹ ſuit

Eleazar⁹ pontifex ſymonis iuſti frater mortuo pre et Onia ei⁹ fratris filio adhuc paruulo tpe ſacerdocij principatū ſuſcipiens ſedit annis.17. miſit ptolomeo philadelpho. lxxij. viros doctiſſimos ad interpretādū legem: q̄ aūt dicimus. lxx. tm̄: vſus ſcripture obtinuit q̄ q̄nq̃ paruū numerū excreſcentem obticet.

Eleazar⁹ accepta epl'a a ptolomeo philadelpho vt mitteret ſeniores ⁊ doctos q̄ interp̄tatioꝫ legis dei vinētis facerēt inde ad regē mittēs qđ poſtulabat ita ſcripſit ex vna q̄ſi tribu doctiſſimos viros elegi legē ferentes q̄s poſt legis tranſcriptionē ad nos caute remittas. Cū ergo veniſſent ſeniores. lxxij. ex hieroſolimis ad regē in alexādriam: ab eo benigniſſime ſuſcepti. Oſtenſoq̃ regi legis rotulo in q̄ l'ris aureis conſcripte leges continebāt̄ et ſinglos in ſinglis cellulis recluſit Qui in.72. dieb⁹ legē de hebreo i grecū trāſtulerūt. Sic cōcordes in trāſlatiōe (vt auguſtin⁹ teſtat̄) ſine aliq̄ verboꝝ aut ſenſus diſſonātia illā traduxerāt: quā a iudeis approbatā Demetri⁹ ad regē obtulit. Et vocās ad ſe interptes: grās egit ⁊ remiſit eos: donās vnicuiq̃ optimas tres ſtolas et auri talēta duo: ⁊ calicē vni⁹ talēti ⁊ totū cōuiuatorium.

## LXX. Interpretes



Onias ei⁹ noīs ſcđs ſymonis iuſti filius. xi. hebreoꝝ pōtifex ſedit ānis.9. puul⁹ mēte: pecunijs auar⁹ zelo leg̃ vel pon⁹ auaricie negauit tributa euergeti. ꝓpter qđ tota pene iudea periclitata fuit ⁊ iudei turbabāt̄. Ioſeph⁹ vō inter ſuos nobilis pacē reformauit ⁊ ptolomeus eum ducem Iudee conſtituit.

Joſephus



Iaſon



Menelaus



Alchimus



Iſti tres ſcꝫ Iaſon. Menelaus. alchim⁹ q̄uis fuerunt de genere ſacerdotali non tn̄ ponendi ſunt in linea pontificali propter ydolatriā et eoꝝ peſſima oꝑa et quia male intrauerūt.

Alexandria egipti magna ciuitas ante xp̄i aduentū. 20. ſup̄. ccc. ab Alexandro magno Juſtino libro xi. atteſtāte condita fuit. Alexāder enī magnꝰ ad Jouē ammonē ꝓgens cōſulturꝰ ⁊ de euentu futurorum ⁊ de origine ſua. Reuerſus ab ammone Alexandriā cōdidit. Et coloniā macedonū caput eſſe egipti iubet. Nomē fuit triū vrbiū ꝯſtructaꝝ ab alexādro magno: quaꝝ vna fuit in egipto ꝑ diuocratē architectū (vt ſcripſit Uitruuiꝰ in ꝓhemio libri p̄mi de architectura) locū ſortita: haud longe ab hoſtio nili vt dicit Solinꝰ: qd̄ plurimi Canopicū dicūt. Aliā ſtruxit idē alexāder in aſya. Aliā in ſcithia ſup thanaim. Alexandria igit̄ Alexandri opꝰ Alexandri nomē Alexandri buſtū. Ad qd̄ Juliꝰ ceſar poſt theſſalicū diē: mortēq; pompey cū veniſſet alexādriā ambiguo turbati vulgi murmure ꝯmotꝰ ꝑ ſpeciē religionis deſcēdiſſe legitur. Et auguſtꝰ Ceſar poſt victoriā actiacā Antoniūq; deuictū ⁊ coactū mori eodē veniēs alexandri corpus reuerēter aſpexit. Cūq; ex eo quereret̄ An ⁊ ptolomeū vellet aſpicere: elegātiſſime regē ait ſe videre velle: nō mortuos. Eiꝰ ſitꝰ (vt ſtrabo ſcribit) clamidis formā habuit: cuiuſq; latera que in longū tendebāt circumulabat̄ ſtadijs ferme. 30. hanc vniuerſaꝫ vijs diſtinctā ferūt: quibꝰ eq̄ ⁊ currꝰ cōduci poſſunt: ſed duabꝰ latiſſimis que plus integro expādunt̄. Et ſeſe medias ad rectos angulos ſecāt. Munit̄ aūt (vt Joſephꝰ iudeus tradidit) vndiq; aut icōmeabili ſolitudīe: aut iportuoſo mari: aut flumibꝰ: aut ſiluoſis paludibꝰ. Pulcherria quippe olim fuit. Nūc q̄ꝫ ciuitas optīe munita eſt: decoris menibꝰ firmiſq; altis muris ⁊ turribꝰ. Intꝰ vo nō ciuitas ſed pene aceruꝰ lapidū: plena ruinis ⁊ deſolationibꝰ videt̄. Celeberrima ydoloꝝ phana habuit: necnō ⁊ xp̄ianoꝝ templa adhuc extantia. Multas quoq; habuit regias edes que ⁊ multā vrbis partē occupabāt. Nā quilibet regū illā ꝑ libito volūtatis aliquo ornamēto decorabat. Et vbi aula Alexandri olim ſtetit: hodie colūna ex vno lapide p̄ciſa mire altitudinis capitellū habēs acutū: quaſi turris apparēs poſita ē. Habet q̄ꝫ ecclīam ad ſctm̄ Marcū dictā: quā Jacobite inhabitāt. Marcꝰ enī euāgeliſta huic vrbi p̄mo xp̄m p̄dicauit. Et cū ibidem ab aplīs ep̄us fuiſſet ordinatꝰ ecclīas ordinauit multas q̄ mortuo Ananꝰ ei ſucceſſit hinc in diuinis erudititiſſimi multi emerſere viri. Philo natione iudeus: qui multa vtiliter ſcripſit. Clemens p̄ſbiter. Origenes p̄ſbiter oīm excellētiſſimꝰ. Athanaſiꝰ vrbis ep̄s. Didimꝰ. Theophilꝰ: ⁊ alij innumerabiles. Extra vrbē ſunt due marmoree colūne locū decollatiōis diue Katherine martyris oſtētātes. Habēt veneti in ea vrbe duos fonticos ⁊ Januēſes vnū: vbi negociatores ⁊ merces coꝝ cōſeruant̄. Cathelani q̄ꝫ in curia regis ſicilie. Et hij ſacella pulchra habēt in q̄bꝰ diuina pagunt̄. Turci q̄ꝫ Tartari ⁊ alie gētes ſuas ornatas habēt domos: q̄ in nocte ꝑ ſarracenos claudūt̄. Eſt aūt hec vrbs in vna ꝑte mare magno cincta: in alia amenisſimis ⁊ fertiliſſimis ortis circūſepta cū gleba frugifera: q̄ nili aq̄ irrigat̄. Portꝰ cuſtodiā ſarraceni nūc diligētiſſime obſeruāt. Mōteſq; duo ad hoc in ciuitate facti: Naues aduenietes ꝓſpiciētibꝰ oſtēdūt Ferūtq; colūbas edoctas deferētes lr̄as vt tutiores ab incurſu inſidiantiū eſſe poſſint. Colūbe enī antiq̄tus vt pliniꝰ refert internūcie in rebꝰ magnis fuere. Et ep̄las annexas eaꝝ pedibꝰ obſidiōe mutinenſi in caſtra conſulum bruto mittente.

## Alexandria



Demoſthenes



Demoſthenes fuit oīm grecie oratorū princeps: et auctoritate hermippi oſtendit patrē in officina gladiorū fuiſſe. Unde teſte Juuenali: pater demoſthenem ardentis maſſe fuligine lippus: a carbone ⁊ forpicibꝰ gladioſqꝫ parante incude: ⁊ lutheo vulcano ad rhetora miſit. Hic a platone facundiā hauriens ſummꝰ orator effectꝰ eſt. Cuiꝰ eloquentiā Eſchines (qui a iuuētute ſua ſtudioſus et Socratis amator) cōmendauit. de eo refert Valeriꝰ. Cum philippꝰ macedonū rex athenas obſideret: ab eis poſtulauit: decem ſibi dari oratores. Demoſthenes in concilio veniens hanc fabulam recitauit. Lupi ſuaſerūt paſtoribus vt ſecū amiciciā contraherēt: quod cū paſtoribꝰ placuiſſet: petierunt vt eis canes (qui iurgij cauſe eſſent) traderēt: quibꝰ datis ꝓ libidine gregem lacerauerūt. Ita ſublatis oratoribꝰ philippꝰ Athenienſibꝰ facturꝰ eſſet. Quo audito athenienſes eiꝰ concilio acquieuerūt: ⁊ ſic ciuitas a periculo liberata eſt. Inquirenti cuidam. Quomō poſſet benedicere: ait ſi non dixerit niſi qđ bene ſcierit.

Ariſtoteles



Ariſtoteles phorum omniū princeps: ex oppido ſtragyra. obſcuro quidē: ipſe niſi quod huiꝰ viri claritate refulſit: patrem habuit Nicomachum medicine artis ꝓfeſſorem. Qui apud Amynthā macedonie regem philippi patrem magno loco poſitꝰ eſt. Matrem habuit Pheſtiada non obſcuri generis. Hic prima etate in Macedonia enutritus eſt. Sed cū adoleuit anno (vt perhibēt) etatis ſue. xvij. Athenas ſe contulit. Platonem viginti annis audiuit. Nullam ſcientiam reliquit. quā non perfecte attingeret. Mortuo platone ad hermiā Atarnei tyrannū profectus triennio fere apud illum deſedit. Inde in macedoniā a philippo euocatus: decem ferme annos circa diſciplinā alexandri fuiſſe tradit. Sed alexandro in Aſyam cū exercitu ꝓfecto ipe athenas rediit. Et tredecim annis in licio florentiſſime docuit. In cuiꝰ quidem ſigillo (vt dicitur) hoc inſcribi fecit. Sapiencior eſt: qui quod nouit abſcondit: ꝙ qui ꝓpalat quod neſcit. Fuit autem Ariſtoteles facūdꝰ eloquio (et vt Hieronimꝰ inquit) ſine dubitatione prodigiū: grandeqꝫ miraculū in tota natura fuit. Tandē cōmuni illa phorum inuidia accuſatus ꝙ non recte de dijs ſentiret. Metuens ne vt quondam ſocrati: ſic etiam ſibi in iudicio pereundū foret: deſerta ſui defenſiōe chalcidē abijt: vbi de cetero vixit in optimo mentis vigore. Vixit autē annis. 62. et ibidem diem obijt.

Epicurus



Epicurus fuit teſte Metrodoro patria athenienſis phus: Heraclites dicit eum ſamij nutritum: cum eam athenienſes ſortiti eſſent. Ac decem ⁊ octo annos agentem athenas rediſſe. Quo tempe Xenocrates in academia Ariſtoteles calchide ſcolam habebant. Defuncto autem Alexandro macedone ⁊ athenienſium ſub perdica afflictis rebus: colophonem ad patrem iuiſſe: vbi congregatis diſcipulis athenas rediit ſub anaxicrate: ibiqꝫ cum aliquatenus cū ceteris philozophatꝰ eſt. Poſtea a ſe dictā ſectam inſtituit. Epitectꝰ hūc lacerat laſciue tanqꝫ nimiū loquentem ⁊ alia ꝗplura. Verum alij magnā huiꝰ viri in omnes phos gratitudinem fuiſſe ferunt. Patria eū ſtatuis ereis honorauit. Diocles ait illū viliſſimis cibis vitā duxiſſe. Natꝰ eſt annis ſeptē poſt platonis obitū. Obijt Athenis annorum. lxxij. calculo vrine exitum impediente.

Caliſtenes



Caliſtenem inſignem phm Ariſtotelis diſcipulū ꝑ hoc idem tempus floruiſſe conſtat. Eo ꝙ contra Alexandrum multis rationibus ſerioſe diſſeruerit eum increpando dicens. Si deus es: beneficia largire mortalibꝰ nō ſua eripere debes: ſi homo id quod es: ſemꝑ te eſſe cogita: ꝓpter quod iratꝰ Alexander eū trucidari mādauit. Et ſic deforme in foueā cū cane includi iuſſus eſt.

Xenocrates



Xenocrates Calcedonenſis phus Agathenoris filius: et a primis fere annis platonis auditor. Erat teſte laercio tardus ingenio: vt cum illum plato Ariſtoteli compararet. Alterum freno: alterum calcaribus indigere dicebat. Alioquin ſeuero ſemꝑ ac ſerio habitu ⁊ ore ꝑdurabat. In achademia vixit vt plurimum. Si quando ad vrbem ꝓficiſcebat turba omnis impudicorum eiꝰ trāſitum obſeruabat inquietandi eius gratia: phrilene nobile ſcortum dedita opera a quibuſdam intra eius cellam miſſa eſt: que ab eo orans lectuli partē accepit demum cum multa ne quicqꝫ oraſſet: imꝑfecto opere diſcedens dixit ſe non a viro ſed a ſtatua veniſſe. Porro licet multum frugi fuerat glorie tñ et faſtus contemptor extitit. Et cum ſepe meditationi inſeruiret: vnam in ſilentio horam diſtribuebat: ſucceſſitqꝫ in Achademia ſpeuſippo ſcolāqꝫ tenuit annis vigintiquinqꝫ. Moriturqꝫ noctu cum in ſartaginem forte impegiſſet Anno etatis ſue. 82.

Linea Regum Egipti

Ptolomeus euergetes



Ptolomeus philopator



PTolomeus Euergetes philadelphi filius tercius egiptiorũ rex regnauit annis. 26. hic in vltionem ſororis beronice Antiochum galenicum quem idem ⁊ eius mater laodicea regno priuauerat Syriam Ciliciam et Aſie partem deuaſtauit: innumera ſpolia inde exportans.

PTolomeus Philopator quart⁹ egiptiorũ rex regnauit annis. 17. hic ꝓpter crimẽ cum patrẽ occiderit et fratrẽ trucidauerit philopator dictus eſt. Et ſicut ſceleſt⁹ in occupando regno: ita in admĩſtrando ſegnis: luxui eñ ſe dedit. Ideo antiochus magn⁹ ſyrie rex multas eius vrbes oppreſſit. Deinde tñ pdita recupauit: ſpoliaſſetq; antiochũ regno ſi virt⁹ fortune ſucceſſiſſet. Demũ in luxuriam inuolut⁹: Occiſa euridice vxore: meretricũ illecebris capit: quib⁹ inuolutis filio quinquenio relicto emorit: meretrices in vltionem euricide patibulis ſuffigunt. Alexãdri ad romanos miſerũt vt pupilli tutelã ſuſciperet.

Dion phus



DIon Syracuſan⁹ nobilis phus poſtq̃ vtraq; dyoniſij tyrãnide cõplicatus diu fuit: apud ſyracuſanã vrbẽ interimit. Nam ſupior ille dyoniſius ariſtomachẽ dyonis ſororẽ in matrimonio duxit: ex qua duos filios Hipparium et Niſeum ꝓcreauit: totidemq; filias quarũ primã eius filio dyoniſio cui regnum reliquerat ad nubendũ dedit: alterã ipſi dyoni patruo: qui ꝑter nobilẽ ꝓpinquitatẽ et generoſã maiorum famã: multa etiã alia bona a natura recepit vt pote ingeniũ bonũ et docile: et ad omnes artes ydoneum magnãq; corporis dignitatem: magnas item diuitias a patre relictas: q̃s ipſe tyrãni muneribus auxit et ideo tantum platonẽ amauit: vt eidem ſe traderet nec minus eo plato delectabatur.

Sibylla chimica



IStа Sibylla chimica in ytalia nata veſtita celeſtina veſte deaurata capillis per ſcapulas ſparſis. ⁊ iuuenis: ait. In prima facie virginis aſcendet: puella facie pulchra: capillis ꝓlixa: ſedens ſup ſedẽ ſtratam; puerum nutriens dans ei ad comedendum ius ꝓprium: lac de celo miſſum.

Anaximenes



ANaximenes Orator magnus hic fuit magiſter alexandri in oratoria arte. Qui hyſtoriam Alexandri ſcripſiſſe fertur: de hoc refert Valerius: ꝙ cum Alexander iratus ad diruendam lanſatum ciuitatem pergeret: fertur cum impetu progreſſum extra menia. habuit obuium anaximenem preceptorem ſuũ; ſciens q; alexander ꝙ anaximenes ire ſue ſe vellet opponere: iurauit ſe non facturũ quicq̃ ille petierit: peto inquit vt lanſatum diruas; et iſto modo ſalutem vrbi obtulit. quod athenis ſimiliter accidiſſe fertur.

Carmeides phus



CArmeides philozophus floruiſſe dicitur: eo ꝙ ab Athenienſibus cum dyogene ad Senatum romanum miſſus fuerit. Hic adeo ſtudioſus extitit: vt cũ ad menſam ſederet: cogitationibus inherens manum ori apponere obliuiſceretur. Sed melliſſa quã vxoris loco habebat dexteram ſuam neceſſarijs vſibus coaptabat. Animo enim vita fruebatur: corpore vero quaſi alieno circundatus videbatur: centeſimo deniq; vite ſue anno philozophãdo finem fecit. vt Valerius maximus libro quarto ponit.

Sextilia



SExtilia virgo veſtalis de inceſtu conuicta ad portam collatinam viua defoſſa eſt.

Xenophilus



XEnophilus pithagoricus phus patria calcidonenſis hoc etiã tempe magno hab'etur in precio qui omnis humani incommodi (vt aiũt) expers fuit cum etiam vixiſſet annis. 105. Deinde ſummo ſplendore doctrine ac perfectione mortuus eſt.

## Archiphilas



Archiphilas phūs a quo incepit ſecta Achademicorum hic habuit amicū pauperē et egrotum ſed vtrunq̧ p̄ verecundia diſſimulātem: quod cum Archiphilas compeꝛiſſet: iudicauit ſine confuſione ſecretius foꝛe ſuccurrendū: et acceptum pecunie ſacculum clam illius puluinari ſubiecit illo penitus ignoꝛante vt homo inutiliter verecundus quod deſiderabat vel q̄ indiguit inueniret potiꝰ q̄z dono acciperet.

Iſti duo conſules cum alexādro rege Epyri pugnauerunt.

Iſte Emilius cum romanis contra tarentinos bellum iuſtiſſimum egit: auxilium ferente tarentinis pirro rege grecoꝛum bellatū eſt vltra quatuoꝛ annos. tandem victo pirro in patria miſerabiliter moꝛtuo tarentini cum carthaginenſibus fedus inierunt et ex hoc punica bella inchoata fuerunt.

## Valerius Coruinus



Marcus Valerius cognomento Coruinꝰ romanꝰ adoleſcēs p̄ſtantis quidē animi et ſingularis virtutis Camillo nō indignioꝛ fuit: qui licet adoleſcēs ⁊ ip̄e cōtra gallū virū magnitudine ⁊ armis inſignē ſingularem aſſumpſit pugnā qui dum armatus in mediū p̄ceſſiſſet et nondum manū cōſeruiſſet euiꝰ galee repente coꝛuus ales inſedit: qui certamine initto e Valerij galea nunq̄z diſceſſit imo et roſtro et vnguibꝰ oculos galli vulnerare nō deſtitit q̄ad Valerius hoſte tali p̄digio territū obtruncauit. Quo moꝛtuo ſtatim coꝛuus e cōſpectu euanuit. Et valerius deinceps Coꝛuini noīe appellatꝰ eſt.

Conſules illi duo ſcilicet Emilius contra tarentinos bellum egit. et Curius cum pirro rege pugnauit et idem Curiꝰ tereiū bellum geſſit contra epyrotas Pirrū fugauit ceſis. xxiij. milibus. Ait cū nec acie vinci nec pecunia coꝛrūpi poſſz. Malo diuitibꝰ imperare q̄z locuples fieri.

Iſti duo conſules ſibijnuicem ſuccedentes prefuerunt. Semitius vicit affros et tharentinos Sempꝛonius autē vicit picentes. in qua pugna terra tremuit quaſi hoꝛreſceret tantū ſanguinē hoīm ſuſcipe q2 pauci romani qui vicerunt euaſere.

## Lucius Papirius



Lucius Papiriꝰ patriciꝰ Romanꝰ bellatoꝛ clariſſimꝰ a Senatu Ro. dictatoꝛ electus Quintū fabiū magiſtrū equitū ſibi cōſtituit. Qui ſtatim contra Sānites ex ſenatus decreto expeditōnē ſuſcipiēs in eos acies dirigit Sed paulopoſt cum dictatoꝛe rome opus eſſ3 Quītio fabio equitū magiſtro p̄cepit: ne ſe abſente cū hoſte pugnare p̄ſummeret. Fabiꝰ autē adoleſcēs! vt erat aīo ſtrēnuꝰ poſt dictatoꝛis pꝛofectionem aliquando p exploꝛatoꝛes didicit: omnia apud hoſtes ſoluta eſſe qui animo accenſus: e veſtigio cū ſamnitibus incredibili feruoꝛe cōſtitit atq̧ vt acriꝰ pugnaret equis omnibꝰ frenos detraxit atq̧ ita calcaribꝰ concitatos in hoſtiū agmen p̄miſit: vt nulla eos vis ſuſtinere poſſet. Quā obrē ad viginti hoſtiū milia in ea die ceſa fuiſſe Liuiꝰ ſcribit. Parta itaq̧ victoꝛia de re bene geſta literas (non ad dictatoꝛez) ſed ad ſenatum mittere curauit. Quā obrē iratꝰ dictatoꝛ Fabiū adiudicauit capitali pena eſſe reum. q̄ ſe abſente pugnaſſet. Qui cum ad moꝛtē duceretur ingenti militum et populi fauoꝛe liberatus eſt. Tantāq̧ eā ob rem ſeditionē in papiriū milites cōmouerunt vt ip̄e vix moꝛtis impetū potuerit euadere poſtea ſamnites romanos apud caudinas furculas anguſtijs locoꝛū concluſos ingeti deditione vicerūt. Verū ſequenti anno iubēte ſenatu romani duce papirio ſamnites deuicerūt. Qua victoꝛia triumphum duxit.

## Linea Conſulum romanoꝛum

Toꝛquatus Decius



Emilius conſul



Emilius Marcus Curius



Semicius Sempꝛonius



Linea regum Syrie

Seleucus Ceraunus



Antiochus Magnus



Seleucus iiii



SEleucꝰ Ceraunus eiꝰ noīs ſcḋs. Quītꝰ ſyrie rex regnāuit ānis.2. Is cōtra ciuitates q̄ a pr̄e defecerāt ingentē claſſez cōparauit. Et orta tēpeſtate claſſez oēm amiſit p̄ter nudū corpꝰ ⁊ paucos comites. Deīn poſt naufragiū a ptolomeo euergete victus in antiochiā fugit vbi a frē Antiocho auxilia poſtulauit antiochus aūt cū eſſet ānoꝝ.14. ſup̄ etatē regni cupidꝰ ſub occaſiōe regni defendendi fratri huic Seleucō regnū abſtulit.

Isti duo frēs Antiochꝰ magnꝰ ⁊ Seleucus ceraunos ambo regnauerūt volētes vero vīdicare ſanguinē pr̄is ſui ⁊ onye q̄s euergetes rex egipti interfecit. Grandē duxit exercitū cōtra philopatorē filium euergetꝭ. Sed añ cōgreſſuz Seleucꝰ morit᷑. et antiochꝰ ꝓſequit᷑ bellū: in q̄ vix aufugiēs totū exercitū ꝑdidit. Rurſumqꜫ cōgregās exercitū ⁊ ꝯtra Epiphanē filiū philopatoris adhuc pueꝝ q̄tuor ānoꝝ habēs cū mł̄tis alijs ſecū philippū regē macedonū. obtinuitqꜫ ꝯtra duces ptolomei pueri: fugauitqꜫ Scopā ducē eiꝰ. iudeā qꜫ cū mł̄tꝭ alijs ciuitatibus acq̄ſiuit ⁊ oīa ſ̄uauit. Et qꜫ armis egiptū capere nō poterat doloſe deſpōdit epiphani filiā ſuā vt ſic quaſi amicꝰ regnū ītraret. ſꜫ nō ꝓualuit cum res innotuit.

ANtiochꝰ cognomēto magnꝰ eiꝰ noīs q̄rtus Sextꝰ ſyrie rex: ſyrijs regre cepit regnāuit ānīſ.36. Is ptolomeū philometrē deuicit. ⁊ cū virībꝰ ⁊ diuitijs plīmū habūdaret ita exercitū īſtruxit vt gregarij milites auro caligas facerēt huic annibal penꝰ cartaginē tradēs metu romāoꝝ ad eū receſſit. Romani antiochi ⁊ annibal' inſolētias ſuſtinere nō valētes L. Corneliū ꝯſulē ⁊ Scipiōes. ſ. naſicā ⁊ affricanū legatos cōſtituētes annibalē ſuperarūt Etiā antiochū deuicētes. coegerūt eū pacē a romāīs poſtulare. Cōceſſa vt ex europa aſiaqꜫ recederet ſe īra thauꝝ contineret: ⁊.20. obſidibꝰ datꝭ decē milia talētoꝝ q̄t ānis ꝑſolueret. Cū tādez theſauri cupiditate a ſacerdotibꝰ fallaciter ꝓmiſſi ꝑſidē intraſſz in fano fortune ab ipis ſacerdotibꝰ ꝑemptꝰ ⁊ mēbratim cōciſus e templo ꝓiectus eſt.

SEleucꝰ ille q̄ ⁊ philopator ſeptimꝰ aſie ⁊ ſyrie rex regnāuit ānis.12. Vir q̄dez īgenio hebes ⁊ iniquꝰ: miſit heliodoꝝ ad ſpoliandū erariū in tēplo q̄ iniq̄ iudicās ꝑ angelū flagellatꝰ vix ad vitā redijt Onia ꝑ eo orante. Hic cum nullum filium ſucceſſorem reliquiſſet. Antiochum illuſorem fratrem ſucceſſorem habuit.

## Machabei



SEptē filij machabei cum matre et Eleazaro cū mł̄tis alijs martyrio coronāt᷑. qui martyres ante incarnatione filij dei ꝓ lege dei vſqꜫ ad mortē ſ̄uiſſima tolerauere tormēta.

ANno. xix. epiphanis fuit illa victoria iudeorum de Antiocho magno de quo.2. machabeorum. iiij. dicitur de magnis periculis adeo liberati magnifice gratias agimus ipi vtpote qui aduerſus talem regem dimicauimus.

Linea Chriſti

Eleazar



Linea pontificū

Simon filꝰ Onye



Onias



Symon



Onyas pius



Eleazar an. m. 5009.

ISte ſymō onye pōtificis filꝰ duodecimus hebreoꝝ ſūmꝰ pōtifex ſedit ānis.12. Vir bonꝰ: magna hn̄s ꝑcōnia laudiſ. Eccleſiaſtici l. q̄ templū reformauit in meliꝰ: ⁊ ciuitatē ꝓualuit amplificare. Hic curauit gentē ſuā ⁊ liberauit eā a ꝑditiōe. Moriēns tandē oniā filiū reliquit ſucceſſorem.

Onias magnꝰ ſimonis filꝰ pōtificatuz obtinēs ſedit ānis. 29. q̄ ꝓpter tyrānidē antiochi cū iudeā ſubegit fugit cū multꝭ iudeis in egiptū. Ibiqꜫ extruxit templū adinſtar tēpli Ihieruſalē in q̄ grauiter peccauit agēdo ſupſticioſe. moriens reliquit filium adhuc infantē.

ISte Symō fuit filꝰ Onye q̄ tenuit pōtificatū poſt fugā patrꝭ ſui. princeps aūt ſacerdotum tandē moriens tres poſt ſe reliq̄t filios Onyā Ieſuz ⁊ Iohannem Qui ad tres p̄ricipatꝰ Sacerdocij ꝑuenerunt.

Onias pius fuit vir ſanctꝰ gratꝰ deo ⁊ hoībus: q̄ tandē ab andronico occiſꝰ ē. At rex de iuſtiſſimi viri nece turbatꝰ. Andronicū homicidā capi fecit ⁊ purpura exutū eo in loco q̄ oniā ꝑemerat tādiu v̄gꝭ cedi fec̄ donec expiraret



## Sena

SEna vrbiũ ethrurie. virib⁹ opibuſqꝫ nunc ſcd̃a ameniſſimo loco ſita. Et vt Policrates libro ſexto
tradit a gallis ſenoneſibus tpibus brennij ante xpi aduentũ. ccc lxxxij. cũ in ytaliã venit condita ꝑ
ſenibus ſuis ꝛ armẽtarijs eam cõſtruxerũt: nõ modo fides hyſtorie ſed celebris traditio ex eo quid
dem validior. Qꝫ ſeneſes ꝛ liniamẽtis membroꝝ ꝛ venuſtate faciei ꝛ coloris gratia: morib⁹ quoqꝫ ipis ad
gallos ꝛ britones a quib⁹ originẽ traxerũt videnẽ accedere: licet eos vetuſtas tpis: orbis plaga: ſitus regi
onis. cõuict⁹ finitimoꝝ quib⁹ ſanguine ꝛ morib⁹ diu ꝑmixti ſunt ex magna ꝑte mutauerit. Sed reuera in-
ter nouas numerari poteſt: cũ nullus in veterũ monimẽtis repiaẽ: nullaqꝫ antiqtatis veſtigia in ea appare
ant. Sunt q̃ affirmãt Karolũ cui malco fuit cognomẽtũ eaꝫ cõdidiſſe. In celebri tamẽ monaſterio venetijs
ſcti Georgij de alga (qđ glioſus pontifex Eugeni⁹ relicto primũ ſeculo ꝑpria edificauit paterne hereditatis
pecunia) inuenit in libro litteris ſcripto ꝑuetuſtis. Iohannẽ romanũ pontificẽ nomis ordine duo de vice-
ſimũ acceptis de peruſina cluſieſi. Aretina. feſulana. florẽtina. ꝛ volaterrana diocesib⁹. ſex plebanib⁹. ciuita
tem hãc edificaſſe; q̃ ab ipõ ſex plebatuũ numero Sena fuerit appellata. Hec quippe ciuitas nunc ſupra colle
cuiuſdã peninſule iacet vndiqꝫ qſi ripas rugoſas habẽs: in ſupiore tamẽ vrbis ꝑte ſolũ aliquãtulũ habꝫ or
tis viridarijſqꝫ ornatũ. In qua quidẽ celeberrima extant edificia. Videlicet gymnaſiũ ꝑpulcrũ ꝛ foꝝ ꝛ por
ticus et regia palatia. Hoſpitaleqꝫ ſumptuoſiſſimũ pientiſſime gubernatum. Ampla ẽꝫ et libera eſt cũ turri
bus ꝛ ꝑpugnaculis ac optis inſtituta morib⁹: pplo neqꝫ rudi neqꝫ inurbano. Ei⁹ ager maxim⁹ ꝛ herbidus
ſemꝑ boũ bubaloꝝ ouiũqꝫ multoꝝ nutritor. Frumẽti ẽꝫ vini et olei ferax. ac fructuũ oĩs generis abũdans.
Hec a roma ſtadijs octingẽtis diſtat. Cui⁹ viri inter etruſcos religione morib⁹ ac lingua pſtare noſcuntur.
Habuit aũt Sena illuſtrãs ſid⁹ ſctm̃ Bernardinũ cui⁹ reliquie apud aquilã vrbẽ miraclis ꝑ ſingulos dies
multiplicatis coruſcãt: Is pm⁹ oĩm ordinẽ beati Franciſci ad eã q̃ nũc tantope viget obſeruãciã regule ꝑdu
xerit. Ornataqꝫ fuit Hugone medico ꝛ phõ qui ceteris ſui ſeculi poſt functũ vita Jacobũ forliuieſem docti
or clarioreqꝫ habit⁹. Et friderico iuris cõſultiſſimo: qui ea in doctrina cõſilia plima reliqt. Sena ẽꝫ Siluio
enea pſis pmũ laurea: poſt: epiſcopali ꝛ papali mitra redimito. Viriſqꝫ plimis ꝛ põtificib⁹ doctrina excul
tis ornatur. Umbrone ſeneſis agri fluuiũ inter ꝛ paludẽ danaam ſiue fluuiũ paliã que ea palus efficit mul
ta ſunt mõtana ꝛ campeſtria opida. Ineſtqꝫ cluſiũ vetuſtiſſima vrbs de qua Plini⁹ plura ſcribit: que olim
Camon fuit nomiata: nũc vrbi ſenenſi ſubiecta ꝛ ab eo aucta.

Reges Egipti

Ptolomeus epiphanes



Ptolomeus philometor



Ptolomeus Epiphanes quintus egiptiorum rex regnauit annis. 24. Hic tpe adepti regni nondũ quatuor excesserat ãnos: et cũ eius infantia cõsilij et roboris compos esse nõ potuit: Antiochus magnus syrie rex ad suum regnum aspirãs: illud bellica excursiõe vexare cepit. Sed regni principes p infante fideliter dimicãtes regnũ oĩne defensarũt. Ad ipm quoq; fouendũ Onias iudeorum pontifex descẽdit: cum aũt ad pubertatis tpa peruenisset Antiochus nobilis magni antiochi filius sororẽ suã ei insidiose dedit vxorẽ. Ex qua duos suscepit filios: quo audito Antiochus sub specie visendi ipam sororẽ Cleopatram atq; filios egiptũ ingressus ipm ptolomeũ regẽ inter epulas occidi iussit Cũq; vniuersam egiptũ sibi subiugare niteref ab egiptijs extra cõfines eiectus est: post biennũ rursus alexandriã obsidẽs: a romanis legatis de egipto recedere compulsus est.

Ptolomeus iste philometor sextus egiptiorum rex regnauit ãnis. 35. Hic antiochi sororis filius segnis admodũ vir: huic adolescẽti antiochus auunculus bellum intulit: ppter qđ legatos ad Senatũ ro. misit ab eo auxilia postulãs monere senatũ adolescẽtis pces: pompiliũq; legatũ ad antiochũ misere vt ab egipto abstineret: quo viso ei osculũ dedit: platoq; senatus decreto et cũ cunctari videret cõsultatiõneq; ad amicos referri. Ibi pompilius virga quã manu tenebat amplo circulo inclusũ antiocum cõsulere iubet: nec prius exeat q̃ senatui respõsuz det aut pacẽ aut bellũ habiturus. Hec austeritas animũ regis fregit vt se pariturũ senatui respõderit. Hic demũ filiã Cleopatrã alexandro Syrie regi vxorẽ dedit: ab eo deinde ablatã demetrio dedit. quem cũ cõtra se veniẽtẽ fugauit ac die tercia in oblatiõe capitis alexãdri sibi p Arabũ regẽ facta p gaudio expirauit

Caproma



Minucia



Caproma Montalis virgo vestalis incesti rea suspendio affecta est.

Titus liuius



Titus liuius Tragediarum scriptor clarus habetur. Qui ob ingenij meritum a liuio Saluatore cuius libros erudiebat libertate donatus.

Minucia virgo vestalis et de incestu conuicta viua obruta est.

Menander



Theophrastus



Theophrastus ehresius phus et teste Anthenodoro in libro de ambulationũ fullonis filius. In propria patria audiuit primo leucippũ ciues suũ: inde cum platonẽ audiuisset se ad aristotelẽ trãstulit. Eoq; in calcidẽ pfecto illi in scole regimine successit: fuit vir summe prudẽtie studijq; singlaris atq; eloquij admirãdi. Itavt cũ antea illi tyranno nomen esset ob diuinã eloquẽtiaz aristoteles illũ Theophrastũ vocitauerit: itaq; circa trecenta librorum volumia edidit: pgebant ad eũ audiendũ (teste pamphilo) duo milia discipulorum Inter q̃s nichomachũ Aristotelis filiũ habuit discipulũ: et Menãdrũ comicũ: habebatq; hoc semp in ore. Sumptus preciosissimus tempus est. Obijt annorum octuagintaquinq;.

Demetrius



Menippus



Menãder poeta comicus Theophrasti discipulus qui vt Quintilianus ait. meo iudicio diligenter lectus ad cũcta que precipimus efficienda sufficit. Ita omnẽ vite ymaginẽ expssit: tanta in eo inueniẽdi copia eloquẽdi facultas. Ita est in omnibus rebus psonis affectibus accomodatus: ob que putauerat illũ Ouidius ppetuo duraturũ. Hũc et paulus aplus se legisse indicat: cũ ad Corinthios ait. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. 1. Corinth. os. xv.

Menippus phus Lyncus genere phen et conditiõe seruus: cuius dñs fuit bachus iudi ponteus. Fuitq; (vt retulit hermippus) diurnus feneratorum: tandẽ insidias passus oĩa que habebat amisit. Ex qua re se suspendit.

Demetrius phalerius cognomẽto phus Theophrasti discipulus: disputator subtilis et orator: parũ vehemẽs fuit (vt Cicero ait) dulcis tñ: hic cũ apđ athenienses ob eximias eius virtutes. 10. annos psuisset trecẽt. et sexagita ereis statuis honoratus fuit. eo q̃ ciuitatẽ redditibus et edificijs plurimũ auxerit. Absens postea ab inuidis imagines dirute. qđ cũ comptũ habuit ait. Virtutẽ nõ euerterũt cuius grã illas erexerant. Dicebatq; hic tantũ in republica valere eloquẽtiã quantum in bello ferrum.

Anno vrbis condite. cccclxxvij. cum iam clarum vrbis rome nomen eſſet. Arma tamen extra ytaliam inota non fuerant vt igitur cognoſceretur que copie romanorū eſſent cenſus eſt habitus: tūc inuenta ſunt capita. cclxxxxij. milia. cccxxxiiij. Quāq̄ʒ a cōdita vrbe nūq̄ʒ bella ceſſaſſent: ⁊ contra affros belluʒ ſuſceptuʒ eſt: primū Appio claudio: Quīto fabio conſulibus in ſicilia contra eos pugnatū eſt. Et appi⁹ claudius de Affris ⁊ rege ſicilie hierone triūphauit.

Sub iſtis conſulibus inchoatum eſt bellum punicum cum hanniba le ſeniore.

Gneo et Gayo conſulibus romani in mari dimicauerunt paratis nauibus roſtratis: quas liburnas vocant Cornelius fraude decept⁹ eſt. Duellius commiſſo prelio cartaginēſium ducem vicit. xxx. ⁊ vnaʒ naues cepit. xiiij. merſit. vij. milia hoſtium cepit. triaq̄ʒ milia occidit: neq̄ʒ vlla victoria romāis gratior fuit: qd̄ inuicti ꝑ ra iā etiā mari plimū poſſet.

Criſpus philozoph⁹



Criſpus ſtoicus phūs natione Eliuſp hoc tempus floruit. Qui anno vite ſue octogeſimo librum adeo ſubtiliter compoſuit: vt ad ea que ibi conſcripſit penitus cognoſcēda longa vita op⁹ eſſet: ſicut teſtatur valerius libro. 8. Ex cuius nobilioribus ſententijs hec vna celeberrima fuit. Sapiens nulla re eget: et tamē multis rebus illi op⁹. Econtra ſtulto nulla re opus eſt: nulla enim re ſcit vti: ſed omnibus eget. Zenon etiā ſuo tempe phūs ait. Sepultus apud te ſit ſermo quem tu ſolus audieris: hij duo ſtoice ſecte autores fuerunt.

Iſti duo conſules cum hannone cartaginenſium impatore pugnauerunt. Corſicam ⁊ ſardinam vaſtarunt: et ſcipio multa milia inde captiuorum adduxit triumphum egit.

Polemon phūs



Polemon Athenienſis phūs his tempibus agnoſcitur. Qui laercio teſte cuʒ iuuenis eſſet ad modum lubricus et impudicus fuit vt pecunias circūferret quo eſſet ad omnes implēdas voluptates paratior: eas itidem in angiportis et vijs occulebat. Sed cum ſemel ebrius et coronatus in ſcolam xenocratis irrumperet: ille ꝑtermiſſa oratione: quā inceperat de pudicitia dicere cepit. Quo ſecutum dicunt vt decetero ſtudio et induſtria adeo ſeipm̄ vinceret vt xenocrati in regenda ſcola ſuccederet.

Sub iſtis conſulibus diuerſe ignium aquatumq̄ʒ clades pene vrbem conſumpſerunt: et bellum in affricam tranſlatum eſt contra Amilcarem cartaginenſium ducem in mari pugnatū victuſq̄ʒ eſt. Conſules vſq̄ʒ ad cartaginem ꝓceſſerūt multiſq̄ʒ vaſtatis oppidis. Mallius victor romā redijt attili⁹ regul⁹ in affrica remāſit. Is ꝯtra affros ſ'aciem inſtruxit contra tres carthaginenſiū duces Aſdrubales duos et Amilcarem dimicans victor fuit. xvij. milia hoſtium occidit et ſerpentem mire magnitudinis occidit. Cuius corīi centum viginti pedum longitudinem habuit romamq̄ʒ ꝺlatū cunctis miraculo fuit. Tunc victi Cartaginenſes pacem a romanis petierunt. Regulus tamen poſtea victus in vltima pernicie.

Linea conſulum Romanorum




Marco Emilio: paulo ſeruio conſulibus ambo hij romani conſules ad affricam profecti ſunt cum trecentarum nauium claſſe clipeam petunt et confeſtim cartaginem venerunt: primum affros nauali certamine ſuperant. Emilius conſul centum et quattuor naues hoſtium demerſit: triginta cum pugnatoribus cepit. xv. milia hoſtium aut occidit aut cepit. Et ſubacta affrica tunc fuiſſet niſi q̄ tanta fames erat vt diutius exercitus expectare non poſſet. Conſules autem circa ſiciliam naufragium paſſi. Hoc tempore argenteus nummus primum in vrbe figuratus eſt.

Linea regum Syrie

Antiochus epiphanes illuſtris



Antiochꝰ filiꝰ epiphanis



Demetrius ſother



Linea Chriſti

Mathan filiꝰ Eleazary



ISte antiochꝰ nobilis ſiue illuſtris regnauit annis xi. peſſimꝰ fuit ⁊ figura antixpi. Hic audita morte patris fratriſq; ſui inercia cū rome eſſet obſes: clā fugit ⁊ veniēs in ſyriā receptꝰ eſt a quibuſdā ciuitatibus: mortuoq; frē ꝓ eo regnauit: ⁊ vendito ſacerdocio ꝓmū a Jaſone poſtea a Menelao: quoꝝ ſuaſu iudei ſibi noīa gentiū imponebāt: ſacrificia fieri ꝓhibuit in templo in hieruſalē. Demū veniēs de egipto menelay ductione ſpoliauit templū coegitq; iudeos ydolis ſacrificare: ⁊ trāſire ad ritꝰ gentiuꝫ: ponēs in templo ydolū Jouis olimpi: ꝓhibuit circūciſionē: īterficiēs circūcidētes: ſeptē frēs cuꝫ mr̄e nolētes comedere carnes porcinas varijs tormētis occidit. qui oēs aīo cōſtāti ꝓ obſeruatiōe legū martiriū ptulere. Poſtremo volens ire ꝯtra hieruſalē cecidit de curru ꝯfractuſq; ⁊ demū a vermibꝰ cōſumptꝰ. miſerabiliter mortuus eſt in terra aliena.

ANtiochꝰ iſte Eupator regnauit āńis. 2. hic patre ſublato puulꝰ relictꝰ eſt adhuc adoleſcēs habuit tutorem lyſiā: ⁊ cū cōtra iudeos exercituꝫ duxiſſent nō lōge pꝰ ambo a ſuis occiſi ſunt ꝓpter timorē demetrij filij ſeleuci eupatoris.

Mathathias habuit quinq; filios

coniuges



ISte demetrius ſother decimus ſyrie ⁊ Aſie rex priuigno interfecto regnauit āńis. 12. filius Seleuc antiochum eupatorē et lyſiā occidit. Alchimū pōtificē ꝯſtituit cū q̊ bachides miſſus hieruſalē mltos iudeoꝝ occidit. nychanoreꝫ a iuda machabeo occiſū amiſit: ⁊ bachidē iudā occidit: tandē ab alexādro victꝰ. illū vita pariter ⁊ regño priuauit.

MAthathias ſacerdos filius Johānis filij ſymonis doctrina ⁊ glorie fama apud iudeos plurimum honoratꝰ eſt. Uir ſanctus percuſſit in zelo ſuo peccatores: qui habuit quinq; filios eiuſdem zeli veruꝫ ipſe non erat pontifex ſed tres filij eius quo mortuo in Modin ſepelitur.




IStc iudas q̄ ⁊ machabeꝰ vir fortiſſimꝰ ⁊ bellicoſus mathathie filꝰ fuit ſtrēnuiſſimꝰ bellator ⁊ triū ꝓbator in iſrl̄. q̄ nec an̄ ſe nec pꝰ ſilēm hūit cꝰ glorioſa opa patēt ī libris machabeoꝝ. Hic poſtremo in bello cecidit: ꝓ dei legibꝰ mortē ſuſtinēs cū tribꝰ āńis pontificatū adminiſtraſſet.

TEmplū purgat a iuda et fratribꝰ poſtq; ꝓ tribꝰ āńis fuerat ꝓphanatū.

IOnathas iudeoꝝ dux pariter ⁊ pōtifex ppl̄i iudeoꝝ pꝰ iudā rexit āńis. 19. nō impar frī ſuo machabeo virtute fuit. Tandē a triphone doloſe captꝰ cū filijs interficit. Cuiꝰ corpꝰ ſymon frater eiꝰ cū luctu ſepeliuit.

Ariſtarcus



ARiſtarcꝰ grāmaticꝰ claruit tpe Machabeoꝝ

Bacubius



BAcubiꝰ brūdiſinꝰ tragediarū ſcriptor: nepos Ennij poete ex filia clarus pcio rome inde poſtmoduꝫ tharētū regreſſus ē: et nonagenariꝰ mortuꝰ eſt.

SImō mathathie filꝰ tercꝰ iudeoꝝ dux pariter pōtifex ſedit āńis. 8. religioſus ⁊ prudēt iſſimus fuit: ab adoleſcētia ſua optīe ꝯuerſatꝰ ē: tandē occiſus neq̄ter a genere ſuo. Iſte ſimō ⁊ ionathas frēs inde pꝰ eiꝰ occiſi ōꝫ corpꝰ ab hoſtibꝰ redimētes ī modin patrū ſuoꝝ ſepulchro ſepeliere. Ptolomeꝰ q̄ꝫ cū ſeū ad cōuiuiū inuitaſſet: eūdē cū duobꝰ filijs interfecit. Et ipiꝰ ſymonis vxorem cum reliquis duobꝰ in vincula cōiecit. Et in his finit primꝰ liber machabeorum.

PTolomeus Euergetes philometoris filius Cleopatreqꝫ germanꝰ ſeptimus egiptiorum rex: regnauit annis. 29. Uir quidē peſſimꝰ atqꝫ ſeuiſſimꝰ ob cuius ſeuitiam frater eius ⁊ Cleopatra ſoror ſibi timentes regnū ei ꝑ legatos obtulerūt. cum fraternū regnum ſine vllo certamine recepiſſet elatus factus: fratris filium e complexu matris enecauit: ⁊ omnes eius fautores trucidauit. Et ſic ciuibꝰ ſuis cruentꝰ extitit: Ita quoqꝫ romanis qui illic venerāt ridiculo fuit. Quia vt Juſtinꝰ ſcribit. Uultu deformis erat ſtatura breuis et ſagina ventris belue ꝓſimilis. Quā quidē feditatē nimia veſtis ſubtilitas augebat. Hic quippe filios ex ſorore et ex vxoris ſorore ſuſcepit. Ac etiaꝫ ſororis filiam per vim ſtuprauit. Cuius filiuꝫ membratim diuiſum et in ciſta poſitum in die natalis eius inter epulas iuſſit offerri.

PTolomeus phiſton qui et Sother euergetis filius octauus egiptioruꝫ rex. regnauit annis. 17. his tꝑibus Antiochus tyricenus demetrij filius Et antiochus griffi regis frater adinuicem dimicantes ſucceſſiue modo vnus modo alter regnabant. Inter has autem regni Syrie parricidiales diſcordiaſ mortuus eſt ptolomeus iſte relicto regno vxori.

PTolomeus alexander nonꝰ Egiptioruꝫ rex regnauit expulſo fratre annis. 10. Hic ptolomei ſother predicti frater fuit. Cleopatra mater. poſtqꝫ cum maiore filio decem ⁊ ſeptem annis regnaſſet grauiter ferens filij ſocietatē populum in eum concitauit ⁊ in Cyprū exulare coegit. Accerſito iſto alexādro minore filio in locum fratris ſecum regnare fecit. Sed tandem ab eodem occupata interficitur. Et a populo in exiliū actus. Ptolomeꝰ ſother reuocatꝰ in regnum. Igit̄ alexander regni cyreneorū quod ei pater teſtamēto reliquerat populo romano herede inſtituto deceſſit.

PTolomeus Sother paulo ante a matre pulſus. hic anno Alexandro ab Egiptijs interfecto regnum paternum iteruꝫ recuperans regnauit annis octo. Cum enim alexander matrem occidiſſet ipſum in vindictam matris repulerant. vt iam ſcriptum fuit.

HAnnibal hamilcaris Carthaginenſium ducis filius. quinqꝫ et viginti etatis annos habens Imꝑator carthaginenſiuꝫ exercitus creatus eſt hic ceteris ducibus prudentia. audatia. conſilioqꝫ ad pericula capeſcēda anteibat. Imꝑator factꝰ triennio omnes hyſpanie gentes bello ſubegit. fratreqꝫ ſuo Aſdrubale ad hyſpanie cuſtodiam relicto. ipſe pyrhenū ſaltū tranſijt. Et poſtqꝫ ad alpes ꝑuenit que ſcilicet ytaliā a gallia ſeiungūt. quas nemo vnqꝫ cum exercitu preterqꝫ hercules tranſierat: ita itinera et loca lapidoſa ſtrues comburendo et acetum infundendo patefecit vt Elephas oneratus ire poſſet. cum antea vix vnus homo quiret repetere. In eo tamē loco multi niuibus obruti cum elephantis periere. Tradit̄ ad ytaliam. lxxx. milia peditum et viginti milia equitum ſeptem et triginta elephantes adduxiſſe. Deſcendit itaqꝫ Hannibal in Thaurinenſes agros. Et ꝑuagata tota regione Ciſalpina romanos tribus prelijs profugauit: ac multas vrbes obtinuit. Ideꝫ ꝑ ligures fecit Poſtea appenninū tranſiliens apud ethruriā vbi nunc florentia grani oculoꝝ morbo affectus eſt. vt dextrum amiſerit oculū. deinde C. flamineū interfecit: q̊ facto fabiꝰ maximꝰ a ſenatu cōtra ipm miſſus per ſumma montiū et abdita nemorum caſtra ponēs eius feruorem deluſit. ⁊ rcepta occaſione aretinorū auxilio vicit. Et ſic ꝑ ſedecim annos totam ytaliam varijs cladibꝰ fatigauit. Inde in apuliam ꝑgens maxima clade romanos apud cannas affecit. In quo quidē ꝓlio tot romanorū milia ceſa ſunt: vt tres ānuloꝝ aureoꝝ modios quos e romanorum militū manꝰ extraxerat Carthaginē mitteret. Cōſulares quoqꝫ viri ac ſenatores capti aut occiſi fuere. Et de romanis actū fuiſſet ſi Hannibal ſtatim poſt victoriam ad vrbem acceſſiſſet. Is tamen coactꝰ ytaliaꝫ relinquere ⁊ opē patrie ſue ferre que a publio ſcipione ꝓmebat̄. Cū carthaginēſes cuꝫ romanis pacem compoſuere ad antiochum regem confugit. deinde ab bithinie regē T. quintꝰ legatꝰ cōtra eū prexit. Ne a romanis caperet̄ cōfeſtim guſtato veneno qđ in ānulo more regio gerebat aīam expulit. Et ſic eo genere mortis a romanorū vinculis ſe liberauit. Deceſſit aūt ſeptuageſimo vite ſue anno.

Linea Regum Egipti

Ptolomeus euergetes



Ptolomeus phiſton ſiue ſother



Ptolomeus alexander



Ptolomeus ſother



Hanibal





Anno ab vrbe condita .cccc lxxx. Sanguis e terra et lac e celo manare viſum eſt in ſpecie pluuie. peſtilētia grauis in vrbe biennio fuit: quā ſib illini libri dixerunt celeſti ira impoſitā: nō inquerebat numerꝰ eorū qui periſſent: ſed ipſorum qui fuerunt ſuperſtites.

Coloſſus ingens ſolis ſimulacrum a clare lydo ſtatuario fabricatum apud rhodum inſulam terremotu corruit. Erat quippe (vt plinius refert) ſtatua admirāda altitudinis cubitorum .70. turribus equipperāda. Et e ſeptem miraculis mūdi maximum fuiſſe teſtantur.

Strato phūs



Strato lampſacenus phūs Archeſilai filius vir eloquētiſſimus. Et in ſpeculatione phiſica pre ceteris diligentiſſime ſpeculatus. Unde et phiſicus e appellatus: fuit ptolomei philadelphi preceptor a quo talentis octuaginta donatus ē. Scripſit de regno: de iuſticia ⁊ de dijs. Aiunt eum fuiſſe tam tenuē vt ſine ſenſu moreretur. Silphon quoqꝫ phūs ſuo tempore omnibus bonis amiſſis ſolus nudus euadens ait. Omnia mea bona mecum porto: pectore enim geſtabat.




Crates phūs



Crates atheniēſis academicꝰ philoſophus filius antigenis. palemonis auditor illiuſqꝫ ſucceſſor ſcole: q adeo ſe viuētes amarūt: vt eadē ſemp ſtudia ſint cōſecuti: et mortui eodem ſepulchro ſepulti: quos antagoras in hanc ſententiam verſibus exornauit. Hoc tumulo Cratem et polemonē cōditos fatere qui tranſis o hoſpes viros conſenſu animorū precipuos: quorū diuino ex ore doctrina manauit ſacra viteqꝫ mundicies ſapietie adiuncta.

Panetius



Silphon phūs



Panetius phūs claruit tpe Scipiōis rome cꝰ et preceptor fuit. Qui ſtoice ſecte phūs extitit: Quē cicero in libro officiorū imitatus eſt. cuius hec eſt ſententia. Uitam hominum qui etatem in medio rerū agūt ac ſibi ſuiſqꝫ vſibus eſſe volūt ad cauenda picula ex impulſo aſſidua ⁊ ꝓpe quotidiana: oportet aīo eſſe ꝑmpto ſemper et intento.

Silphon megarenſis phūs his tempibus floruit hunc et imitatione atqꝫ ſapientia tantū alios preceſſiſſe dicunt vt parū abfuerit: quin omnis gratia in illum intenta in Megaram tranſiſſe diceretur. Cicero vero libro de fato dicit illum fuiſſe hominem acutum maximeqꝫ ſuis temporibus approbatū. Qui cum capta aliquando eſſet eius patria: et omnibꝰ eiꝰ bonis amiſſis ſolus nudus euadēs interrogaret. An omnia perdidiſſet: Reſpondit omnia mea bona mecū porto: pectore enim illa: non in ſcapulis ſe geſtare dicebat.

Poſſidonius



Licon phūs



Poſſidonius phūs ſtoicus panecij diſcipulꝰ claruit tempe ſcipionis hic fuit aſtrologꝰ magnus teſte auguſtino.

Eraſiſtratꝰ q̄ꝫ atheniēſis medicꝰ ſcdm Euſebium his tpibꝰ floruit hic cū ex ariſtotelis familia natꝰ eſſet etiam eximiꝰ medicꝰ euaſit. Qui cū antiochū regē ex grauiſſimo morbo ſanaſſet a ptolomeo rege eiꝰ filio centū talentis donatꝰ eſt vt teſtis eſt pliniꝰ libro vigeſimonono naturalis hiſtorie.

Licon troadēſis phūs clarꝰ habet vir quidē eloquēs et in educādis inſtruēdiſqꝫ pueris maxie idoneꝰ. Dicebat eni neceſſario adiūgi pueris pudorē ⁊ laudis ſtudiū velut equis calcar. Fuit hic dū vixit habitu mūdiſſimꝰ ⁊ veſtiū incredibili mundicie atqꝫ nitore: Et cū eēt corpe fortiſſimꝰ pile ludo ſe exercuit. Tenuit aūt ſcole pncipatū ānis .44. Tandē feſſus podagre morbo anno vite ſue .74. interijt. Timon appolloniates phūs etiā ſuis tpibꝰ floruit hic dū iuuenis eſſet mīus obſcenitatibus ſe immerſit: poſtea factꝰ vir (licet egenꝰ) repudiatis vicijs in calcedoniā iuit: ibiqꝫ philoſophiā ⁊ oratoriā artem didicit atqꝫ exercuit. Scripſit aūt diuerſa poemata Tragedias Comedias ⁊ Satiras.

## Linea Conſulum romanorum




Lucio cecilio metelle. Caio furio placido conſulibus. Metellus in Sicilia affrorum ducem Aſdrubalē cū. cxxx. elephantis et magnis copijs venientem ſuperauit. Apud panormū. xx. milia hoſtium occidit: ſex et viginti elephantes cepit reliquos errantes ꝑ numidas quos ī auxilium habebant collegit. Et romā deduxit ingenti pompa.

T. Mallio Torquato Caio Attilo cōſulibus de Sardis triumphatū eſt Et pace oīmb⁹ locis facta. Romani nullum bellum habuerunt. Quod bis poſt romam conditam ſemel tantū numa pōpilio regnante contigerat. Et porta iani clauſa eſt vno anno.

Emilio conſule ingentes gallorū copie alpes tranſierunt: ſed pro romanis tota italia conſenſit. xl. tū milia hoſtium capta et interfecta ſeptē milia. Et triumphus emilio decretus. Gallorū ſiquidē animi feroces: corpa pluſq̄ humana erant. ſed experimento deprehēſuz eſt q̄ virtus eorum ſicut primo impetu maior q̄ virorū eſt. Ita ſequens minor q̄ feminarum. Alpina corpa humenti celo educata habent quoddā ſimile niuibus ſuis Cum mox calore pugne ſtatim ſudorem emittūt ꝛ leui motu q̄ſi calefaciēte ſole laxantur aliquot deinde annis euolutis p⁹ contra gallos intra ytaliam pugnatū eſt finitūq̄ eſt bellum M. Claudio marcello Gn. Cornelio Scipione conſulib⁹. Poſtea idem Marcellus cū collega ſuo Cornelio ingentes copias Gallorū peremit Mediolanum expugnauit: grandem predam romam ꝑtulit ac triumphās marcellus ſpolia gallorum ſtipiti impoſita humeris ſuis vexit.

## Linea Conſulum romanorum




Eodem anno bellum punicum ſcd̄m romanis illatum eſt per Annibalem carthaginenſium ducem filium amilcaris qui iam dudum amilcari patri ad aras iurauerat cū adhuc nouem eſſet annorū ſe vt primum poſſet aduerſus romanos pugnaturum.

Quingenteſimo et quadrageſimo anno a condita vrbe Lucius emilius paulus publius Terrentius varro contra hannibalem mittuntur ambo tamen vincuntur.

Tranſacto punico bello ſecutum eſt Macedonicum contra philippum regem. I. et quingenteſimo primo anno ab vrbe condita T. Quintius flammini⁹ aduerſus eum mittitur: et proſpere geſſit et pax ei ablata eſt his legibus ne grecis ciuitatibus quos romani contra eum defenderant bellum inferret; vt captiuos et tranſfugas redderet. Quinquaginta ſolas naues haberet reliquas romanis daret. Et per annos decies quaterna milia pondo argenti preſtaret; et obſidem daret filium Demetrium.

## Linea Regum Syrie

Alexander filiꝰ antiochi



Demetrius filiꝰ demetry



Antiochus adoleſcens Sedetes



Triphon



Alexander



Alexander ille filius antiochi epiphanes vndecimus Syrie ꝛ aſye rex regnauit ſcḋm Euſebiū annis. 9. ſemꝑ iudeis gracioſus fuit. Jonathan machabeū ducē ſibi cōſederauit: eius adiutorio occidit demetriū ſother: et regnauit ꝓ eo. Cleopatram ptolomei filiam regis egipti in vxorē duxit. quā ptolomeus auferens alexandro demetrio filio demetrij ſother vxorez dedit. tandē rex arabū ad quē alexander fugit timens ptolomeuz alexandrum occidit caput auferēs ptolomeo transmiſit.

Iſte Demetrius regnauit annis tribus poſt alexandrum. Et omni regno paterno recuperato vicijs adoleſcentie in ſegniciem lapſus poſtremo captus in hyrcaniam nouem annis ſine regno priuatus vixit. Tandem regno reſtituto philometoꝛ filiam Cleopatram ab alexandro ſublatā vxorem dedit.

Antiochus Sedetes adhuc puer ſuadente triphone aliquid molitus eſt pro regatione regni ſed parum profecit: quia ſtatim ab eo occiſus eſt. Hi enim duo adinuicem dimicantes ſucceſſiue modo vnus modo alter regnabat.

Iſte Johannes hircanus occiſo patre ſuo ſymone et duobus filijs ſuis Juda et Mathathia a ptolomeo duce in conuiuio in Jericho iure obtinuit ſacerdotium. et adminiſtratis optime rebus viginti tribus annis mortuus eſt; reliquitqꝫ Ariſtobolum filium ſuum primogenitum et anthigonuz cum alijs duobus paruulis. Cumqꝫ nullus eoꝛum ad regendum populum eſſet ydoneus vxorem ſuam diſertiſſimam prefecit ꝛ filijs. Sedit autem annis. 26. vir ſacerdotio dignus atqꝫ ducatu ſtrenuuꝰ. A romanis ius amicicie poſtulans obtinere promeruit. Hic multas ſeditiones a phariſeis et eſſenis ptulit; a quibus tandem liberatus; feliciter vſqꝫ in ſenium vixit

Ariſtobolus filius iohannis hircani in vincula matrem cum duobus fratribus minoꝛibus ſuis coniecit; primuſqꝫ dyadema regni ſibi impoſuit. Et vno anno tantūmodo regnauit. Fuitqꝫ rex et ſacerdos: fratremqꝫ ſuum ſuggeſtione vxoꝛis ſue interfecit. Et decurſis. 475. annis a ſedechia vltimo rege iuda quando regnum iuda interruptum et finitum fuit. moꝛtuus eſt moꝛbo acerbiſſimo: vt ſanguinem laceratis viſceribus euomeret.

Triphon capto Jonatha proditorie contra Symonez fratrem Jonathe bellum mouit. Et acceptis a ſymone centum argenti talentis et duobus filijs Jonathe contra ꝑmiſſa Jonatham cum duobus filijs occidit. Et poſtea dominum ſuum Antiochum adoleſcentem interfecit et pro eo regnauit.

Iſte Alexander ariſtoboli frater apud iudeos pontificatum et regnum ſuſcipiens regnauit annis. 27. relicta enim vxoꝛe Ariſtoboli que ex eo prolē non ſuſceperat a vinculis cum duobus fratribus eum abſoluit ꝛ tanqꝫ maioꝛē regem iudee conſtituit: qui fratrem ſuum ſcḋo a ſe genitum occidit. tercium vero regno priuatum ſecum viuere coegit: qui adeo nequiſſimus fuit ꝙ mille ſenioꝛes intra ſex annos peremit. Octingentos quoqꝫ vxoꝛatos viros vna cum vxoꝛibus ac liberis in plateis patibulis affixit: qui eius crimina deteſtabant. Tandē 27. anno regni ſui ex quartana febꝛe moꝛtuus eſt: et reliquit duos filios Hircanum et Ariſtobolum. verū vxoꝛem ſuam alexandram fecit regnare: quia habuit gratiam populi: cum adhuc viuente marito humanitate ſibi allexerat.

Alexander iſte filius Antiochi regnauit poſt triphonem quem occidit dyodatus dux.

## Linea Summoꝛum pontificum

Johannes hircanus



Ariſtobolus



Alexander



Mantua gallie Cenomanoꝝ memorabilis vrbs vt quibuſdā placet a Manta Thireſie vatis filia poſt Thebanoꝝ interitū ab Alexandro tūc illa cōdita fuit. Sūt tñ qui dicāt Thireſiā theſei tpibus fuiſſe. Et in eiꝰ ſeruitutē deueniſſe: que poſt p̄ris interitū in ytaliā cū multis venit: ⁊ cū ſocijs grecis mātuā cōdidit. Sed cū interim ex thiberino tuſco rege ocnꝰ natꝰ eſſet: ⁊ ad ipm oppidū tuſci et veneti cōfluerēt. Ocnꝰ muris oppidū circūdedit: ⁊ in aliā formā redegit. ⁊ a mr̄e Mantuā appellauit dicēte Virgilio. x. li. Eneidos. Ille iam p̄ris agmen ſciet Ocnus ab oris. Fatidice mantꝰ ⁊ tuſci filꝰ amnis. Qui muros matriſqꝫ dedit tibi Mantua nomē. Cōſtat tamē eam vrbē vetuſtiſſimā ab Etruſcis conditā: et vnā fuiſſe duodecim coloniaꝝ quas T. liuiꝰ patauinꝰ docet trāſapenninū ab ea gente miſſas. preſertim cū poeta inſignis virgiliꝰ ciuis ſuꝰ id orbi faciat notiſſimū. diffuſiuſqꝫ eiꝰ vrbis narrat originē. Mātua diues ciuis ſed nō genus oībus vnū. Hec mōtibꝰ qui galliā ⁊ germaniā ab ytalia diuidūt vicina eſt. Haud ꝓcul a benaco lacu ex quo mincꝰ effluit qui exundās Mantuā vſqꝫ labit̄ ibiqꝫ lacu facto vrbē circuit. Inde etiā ꝓgrediēs breui curſu padū influit. Paſſa eſt ſuperiorībꝰ tpibus Mantua calamitates maximas: p̄ter illas que Virgiliano verſu ſunt notiſſime. Mantua ve miſere nimiū vicina Cremone. Nam ab Athila: Gothis. Lōgobardis ⁊ baioarioꝝ rege aliqñ diruta: qñqꝫ ſpoliata. qñqꝫ menibꝰ aperta ⁊ immunita relicta. Vngari aliqñ ad ſolū vſqꝫ euertere: vnde ⁊ locꝰ vbi tūc fuerat ad rei memoriā nūc vngaria nūcupat̄. Mathildis nobil' comitiſſa eam diu tenuit. mirificeqꝫ ampliauit. Sub q̄ Nicolaꝰ ſcōs pōtifex romanꝰ cōciliū celebrauit: hanc per multa tpa poſt Mathildim iuſti poſſiderūt. In qua p̄clariſſime familie de ripa ⁊ paſſerinoꝝ aliqñ prefuere Demū poſt varios caſus inclite Gonzagoꝝ familie magni canis auxilio pulſis paſſerinis: ea vſqꝫ in p̄ſens cū maxima laude potiti ſunt. quoꝝ ⁊ preteritoꝝ dñoꝝ cura diligētiaqꝫ pulcherrimis pōtibꝰ ſup lacū iactis tum ſupbiſſimis templis: regijs pallacijs: ⁊ nobilibꝰ ciuiū edibꝰ plurimū illuſtrata eſt. Unde ⁊ nūc ampla ciuitas habita eſt: et rerū abūdās que ad vſuꝫ hūanū neceſſarie ſunt. Mātue p Karoli magni tēpa ſanguis xp̄i miraculoſus appruit. Ad quē viſendū ſcōs Leo papa ſe cōtulit. Et inde in germaniā ad karolū acceſſit. Karoluſqꝫ caluus magni filꝰ Mantua veneno perijt. qd hebreꝰ medicus pecunia corruptus dedit. In ea Anſhelmꝰ lucenſis epūs vir ſanctꝰ et eruditione moribuſqꝫ inſignis requieſcit. Et beatiſſimꝰ Iohānes bonus Mantue ciuis miraculis clariſſimꝰ. Genuit et Albertinū qui tractatū de corpe xp̄i edidit. et Matheū medicū clariſſimū qui ad Sicilie regē de medicinis opus egregiū perſcripſit.

## Mantua



Neuius poeta comicus



NEuius poeta Comicus anno. 2. regni Ptolomei epiphanes dicti (vt Eu
ſebius ſcribit) Vnde moritur: pulſus roma factione nobilium ⁊ precipue
metelli. Is inter comicos tercium locum habet de quorum dinumeratio
ne et comicoꝝ preſtantia Vulcatius in libro de poetis: hec carmina ponit. Mul
tos incertos certare hanc rem vidimus. Palmam poete comico cui deferant. Ce
cilio palmam tribuo de comico. Plautus ſecundus facile exuperat ceteros. Dein
de neuius qui ſeruet precio in tercio. Si qd quarto detur: dabitur licinio. Poſt in
ſequi licinium facio attiliū. In ſexto conſequitur hos terrẽcius. Turpilius ſepti
mum: Trabea octauum obtinet. In nono loco eſſe facile facio lucrecium. Decimū
addo antiquitatis ennium.

Plautus Comicus



PLautus comicus poeta lingue latine pater (vt idem Euſebius teſtat) ex vm
brie arpinas al's ſarſinas ciuitate rome morit. Ex c' ſmone (vt varro epiſto
lonis ſententia dixit) muſe locute forent: ſi latine loqui voluiſſent. Floruit in ſcena
quintodecimo ferme anno poſtq̄ȝ bellum aduerſus penos ſcd̄m ſumptum eſt. Et
quāq̄ȝ a pluribus grecis comicas fabulas ſumptas in latinum cōuerterit: Oracij
tamen ſententia plautus ad exemplum ſiculi ꝓperare epicharmi dicit. Hic vt var
ro ⁊ pleriq̄ȝ alij memorie ꝓdiderunt: cum pecunia omni quā in operis artificū ſce
nicoꝝ pepererat: in mercationib' ꝑdita: inops romam rediuiſſet. Et ob queren
dum victum ad circūagendas molas que truſatiles appellantur operam piſtori lo
caſſet. Ibi quotiens ab opere vacaret ſcribere fabulas aduentare ſolit' erat. Mor
tuus eſt circiter centeſimā et quadrageſimā quintam olimpiadē. Juſſitq̄ȝ tale ſuo
ſepulchro epigrāma incidi vt varro de poetis dicit. Poſtq̄ȝ eſt morte captus plau
tus comedia luget: ſcena eſt deſerta. Deinde riſus iocus luduſq̄ȝ ⁊ numeri innume
ri ſimul omnes ſimul collacrimarunt.

Ennius poeta



ENnius quoq̄ȝ poeta comicus Tarenti naſcitur quintius ennius dictus. his
temporibus (Euſebio referente) floruit. Qui a catone queſtore romaȝ tranſ
latus habitauit in monte auentino parco admodum ſumptu content' et vnius
ancille miniſterio: ſemp pſuadens aīas eſſe immortales. Et ideo in vite ſue termi
no dixit. Aſpicite o ciues ſenis ennij imaginis formam: hic veſtrum pinxit maxi
ma facta patrum: Nemo me lacrimis decoret: nec funera luctu: faxit cure volito vi
uus per ora virum. Idemq̄ȝ poeta pudicitiam predicans dicebat: flagitij initiū eſſe
inter ciues corpa nudare. Hic cuȝ comedias optimas elegantiſſimaſq̄ȝ edidiſſet
ſeptuagenario maior articulari morbo olimpiade. 153. interijt. Sepultuſq̄ȝ fuit i
ſcipionis monumento via appia.

Scipio affricanus



SCipio Affricanus alterius ſcipionis filius: vir oīm romanoꝝ ferme ꝑma
rius vigeſimūquartum agens annū duobus ſcipionibus ab haſdrubale
interfectis a ſenatu romano ad hyſpanias mittit: fuit quippe panecij au
ditor: et inter ceteros mortales animi preſtantior. Cū intellexiſſet ſenatum ꝓpter
metum hannibalis ytaliam velle relinquere: extracto gladio id ꝓhibuit aſſerens
ſe velle patrie defenſorem eſſe. Ceſarie ꝓmiſſa vtebatur habitu corporis virili: is
vt Eutropius ait ſeptuaginta ciuitates hyſpanie recepit: quibus feliciter geſtis
conſul contra cartaginenſes deſignatur. Eoq̄ȝ ꝑgens aphrorum ducem cum Si
phace numidie rege ſibi ſubegit. Nec multo poſt cū hannibale congreſſus ita ei'
equitatum fudit vt ſup̄ viginti penorum milia ceſa: totidemq̄ȝ fere capta vna die
referatur. et ipſe hannibal cum paucis ꝓfugerit: terra mariq̄ȝ pace obtenta in ſiciliam traiecit. Romam tan
dem peruenit triumpho clariſſimo inuectus: Aphricanus vocari meruit. Sicq̄ȝ ſcd̄m bellum punicum termi
natum eſt: quod per annos. 18. geſtuȝ fuit. Catoni vero contradicens nolebat cartagineȝ romano imperio emu
lam euerti: ne romani ſine belli metu laſciuirent. Huius preclare fuere ſententie dicebat eñ: nunq̄ȝ ſe minus o
cioſum: q̄ȝ cum ocioſus eſſet: nec minus ſolum: q̄ȝ cum ſolus eſſet: hic tantus patrie pater ab emulis accuſa
tus: ab ingrata patria pulſus apud literunum ruſtuluȝ exulans: tandem. 52. etatis ſue anno morbo interijt.

Philo iudeus



Philonem iudeum ex ſacerdotum genere natum: et Alexandrie educatum per hec tempora floruiſſe conſtat. Et ſapientie librum greca lingua (in q̄ peritiſſimus fuit) eleganti ſtilo conſcripſit. Quē ideo ſapientie librū nominauit: quia in eo chriſti ieſu domini noſtri laudes ſpecialiter narrauit: vel quia multipliciter in eo ſapientia cōmendatur. Scripſit autem multa: vt diuus hieronimus in libro de viris illuſtribus cōmemorat.

Catho philozophus



Cathon phūs ſtoicus natione egiptius panecij quondam diſcipulus. mlta ſcripta reliquit. Cuius habētur plurima egregie dicta. Ex quibus hec pauca notabilia excerpta ſerunt. Deſines timere ſi ſperare deſieris. Queris quid profecerim: Reſpōdeo amicus mihi eſſe cepi. Si vis amari: ama. Ab eo aliquādo queſitū fuit. An beneficium ſeruꝰ dn̄o dare poſſit: Reſpodit: quedam ſunt beneficia: quedam vero officia: ⁊ quedam miniſteria. Beneficiū inquit eſt: quod alienꝰ dat: Alienꝰ autē eſt qui potuit ſine reprehēſione ceſſare. Officiū eſt filij vxoriſq; ac ceterarum perſonarum quas neceſſitudo ſuſcitat. ⁊ opem ferre iuber. Miniſterium eſt ſerui quem conditio ſua eo loco poſuit: vt nihil eorum que preſtat imputet ſuperiori.

Catho philozophus



Catho primus phūs romanus atq; iuriſta: primo quidem queſtor. deinde bis conſul: litterarū tam grecarū q̄ latinarū apud romanos decus. Hic primū cum Q. fabio maximo militauit. Deinde anno poſt quīto queſtor Tarētum miſſus fuit vbi Enniū poetam inueniēs romam ſecū adduxit. Poſtmodum cū Scipione illo viro optimo affricam trāſuectꝰ rempub. nō mediocriter iuuit. Deinde ex edilitatis officio cenſor factꝰ: ac poſtea pretor optime in omnibus ſe habuit. Etiam bis conſul ⁊ poſt conſulatū quē ſtrenue in hiſpania geſſit: tribunus militum dictus eſt. Demum cū ſero ⁊ pene ſenex latinas litteras didiciſſet etiam grecas litteras edoceri appetiuit vnde doctus factus. hiſtorias ⁊ rem militarem tractauit: atq; ſcripſit. Et dum ſibi ex clementia quandam compararet glorias. Id egit vt iuris ciuilis peritiſſimꝰ haberet. Senatu namq; ⁊ extra Senatū cōtemporaneos omnes grauitatis ⁊ auctoritatis excellētia ſuperauit. Cenſorinus aūt appellatus fuit: q̄ cenſure officiū ſibi ſpecialiter fuerit cōmendatū. Eiꝰ quoq; ornamenta fuerūt ſenatꝰ. maieſtas. et propagata familia. Ex qua quippe maximum decus romanorum. poſterior catho ortus eſt qui ſacratiſſimum illud Cathonum nomen poſtea immortale fecit.

Scipio iunior affricanus



Scipio magni Scipionis nepos omni virtute apud romanos preclarus. Conſul extra ſortes factus Aphrica ſibi decreta eſt. Veniēſq; carthaginē cum ſex continuis diebus noctibuſq; oppugnaſſet: tandem re deſperata Carthaginenſes ad deditionē traxit. petēteſq; vt quos belli clades reliquos fecerat ſaltem ſeruire liceret. Atq; ita primū mulierū agmen ſatis miſerabile: poſt virorum turba deſcendit. Nam (vt liuiꝰ ait) fuiſſe mulierum. 25. milia: virorū. 30. milia captiuorū memorie proditū eſt. Haſdrubal vero impator vltro ſe ei auffugedit. Et eius vxor ſe ſuoſq; quodam femineo furore in mediū ſe iecit incendium Ipſa aūt ciuitas ſuppoſito igne ſedecim cōtinuis diebꝰ ardens: miſerūq; victoribꝰ prebuit ſpectaculū. Scipio autem et ipſe cognomen illud celebre meruit: qđ auus eius acceperat vt propter hanc fortiſſimam virtutem Affricanus iunior appellaretur.

Publius Terrentius
poeta comicus



Publius Terrentius affer Carthagine natus poeta comicus. Qui a Scipione iuniore p̄dicto vt quidem exiſtimāt in ſeruiturē ex aphrica ductꝰ propter ingenij magnitudinē ⁊ forme p̄ſtantiā libertate donatꝰ eſt. Alij ſcribunt: q̄ rome Terrēciꝰ lucano ſenatori ſeruiuit. a q̄ ob ingeniū ⁊ formā nō inſtitutꝰ modo liberaliter ſed mature manumiſſus. Hic cū multis nobilibꝰ familiariter vixit. Sed maxime cū ſcipione aphricano ⁊ cū lelio. Scripſit comedias elegāti ſtudio ſex. In quibus multorū mores ad precauēda pericula ānotauit. De morte eiꝰ volcatiꝰ ſic tradit Sed vt affer ſex pplo edidit comedias: iter hinc in aſyā fecit: naui cū ſemel conſcendit: viſus ē nūquā. Ceteri mortuū eſſe in Archadia ſtiphali ſinu leucadie tradūt. Gn. Cor. dolobella. Marco fuluio nobiliore cōſulibꝰ fuiſſe dicit mediocri ſtatura gracili corpore. colore fuſco. Reliquit filiam que equiti Ro. nupſit. Hūc affranius omnibus comicis p̄fert. Sepulchro eiꝰ tale epitaphiū inſcriptū fuit.

Natus in excelſis tectis cartaginis alte Romanis ducibus bellica preda fui
Deſcripſi mores hominū iuuenūq; ſenūq; Qualiter ⁊ ſerui decipiāt dominos
Quid meretrix: qđ leno: dolis cōfingat auarꝰ Hec quicūq; leget ſic puto cautꝰ erit.

Anno ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo ab vrbe condita hij cōſules Gallis tranſalpinis bellū intulerūt atqꝫ eorū regi vituito infinitā multitudinē iuxta rhodanū fluuiū interfecerūt. Deniqꝫ cū vituitꝰ paucitatē romanorū vix ad eſcā canibꝰ quos in agmine habebat ſufficere poſſe iactaret: et ipſe .clxxx. milia armatorū hr̄et: coſerta pugna a romanis ſupatus eſt. Ex cuiꝰ exercitu partim in bello: partim ſubmerſi eius ponte: quē ſibi iūctis nauibꝰ ſupra rhodanū extruxerāt .cl.m. perierunt. Preda extorquibꝰ gallorū ingens ſublata eſt: magnaqꝫ gloria cōſules ambo triumpharūt. M. porcio Catone ⁊ Quīto marco cōſulibꝰ Narbone in gallia colonia deducta eſt annoqꝫ eodē Licinio metello ⁊ quīto lucio Sceuola conſulibꝰ de dalmacia triumphatum eſt.

Tempore horum cōſulum iugurthe Numidarū regi bellū illatum eſt. Qđ Aderbalē ⁊ Hiempſalem Micipſe filios fratres ſuos reges: ⁊ ppl̄i romani amicos intereniſſet. Miſſus aduerſus eū cōſul Calphurniꝰ beſtia: qui corruptꝰ regis pecunia pacē cū eo flagicioſam fecit. Et a ſenatu improbata eſt. Poſtea cōtra eūdē in ſequēti anno Spurius albinꝰ poſthumiꝰ ꝓfectus eſt. Is quoqꝫ p̄ fratrē ignominioſe cōtra numidas pugnauit. Tercio miſſus Quītus cecilius Metellꝰ cōſul. Is exercitū ingēti ſeueritate ⁊ moderatione correctū: cū nihil in quēquā corruptum faceret ad diſciplinā romanā reduxit. Iugurtā varijs prelijs vicit: Elephātes eius occidit vel cepit ⁊ multas ciuitates: et cū iam finē bello impoſiturꝰ eſſet: ſucceſſum eſt ei a Caio mario. Is iugurtā ⁊ bochū mauritonie regem qui auxiliū iugurte ferre ceperat pariter ſupauit. xx. milia armatorū ad internitionē cecidit. Tandē ante currū Marij iugurta cū duobus filijs ductꝰ eſt cathenatꝰ. Et mox iuſſu cōſulis in carcere ſtrangulatus eſt.

Marius poſt victoriam iugurtinā ſecūdo cōſul factꝰ eſt. Bellumqꝫ ei contra Cymbros ⁊ Theutones decretū eſt. Tercio quoqꝫ ei ⁊ quarto delatus eſt cōſulatꝰ: quia bellū Cymbricū ꝓtrahebatur. Sed in quīto cōſulatu collegam habuit Quītum lucanū catulū. Cū priores cōſules a Cymbris ⁊ Theutonibꝰ ⁊ Ambronibꝰ que erant Germanorum ⁊ gallorū gentes victi ſunt iuxta flumen rhodanum. Timor Rome grandis fuit: quātum vix hannibalis tempe punicis bellis: eius Cymbrias itaqꝫ cōflixit. Et ex duobus prelijs .cc. milia hoſtiū cecidit .xxx. milia cepit: interea Cymbri ⁊ Theutones quorū copia adhuc īfinita erat ad ytaliā tranſierūt. Iterū a Caio mario ⁊ Quīto catulo cōtra eos dimicatū eſt: ſed a Catuli parte felicꝰ. Nam eo p̄lio qđ ſimul ambo geſſerunt .c.xl. milia aut in pugna aut fuga ceſa ſunt .xl. milia capta. Romani milites ex vtroqꝫ exercitu .ccc. perierūt. Tria ⁊ triginta Cymbris ſigna ſublata ſunt: ex hiſs exercitꝰ Marij duo reportauit. Catuli exercitꝰ .xxxi. Sed ab eorū mulieribꝰ grauiorē pene q̄ ab ipſis pugnā romani experti ſunt: Hee etenī plauſtris in modū caſtrorū depoſitis ipſe deſup ꝓpugnantes diu obſtitere romanis. Sed cū ab eis ipſe nouo cedis genere terrerētur: abſciſis eīn crine ceruicibꝰ inhoneſto ſatis vulnere turpes relinquebātur. Ferrum qđ in hoſtes ſumpſerāt in ſe ſuoſqꝫ verterūt. Nā miſſa ad mariū legatione cū libertatē ac ſacerdotiu non impetraſſet nec fas erat: ſuffocatis eliſiſqꝫ paſſim infantibꝰ ſuis aut mutuis cōcidere vulneribꝰ aut vinculis e crinibus ſuis facto ab arboribus iugiſqꝫ plauſtrorū pependerūt.






Anno vrbis condite ſexcenteſimo ſexageſimo ſecūdo: primū rome bellū ciuile cōmotū eſt. Eodē āno etiam Mithridaticū: cauſam bello ciuili Caius marius ſexies cōſul dedit. Nam cū Silla cōſul contra Mithridatē geſturus bellū (qui aſiam ⁊ achaiā occupauerat) mitteret. Iſqꝫ exercitū in Campania paulisp teneret: vt belli ſocialis qđ intra ytaliā geſtū fuerat reliquie tollerent. Marius affectauit vt ipſe ad bellum Mithridaticū mitteret. Quare ſilla cōmotus cū exercitu ad vrbē venit. Illic cōtra mariū ⁊ Sulpicium dimicauit: primꝰ vrbē armatꝰ ingreſſus eſt Sulpiciū interfecit. Mariū fugauit. Ac ita cōſulibꝰ ordinatis in futurū annū Gneo octauio ⁊ Cornelio Cinna ad aſiam ꝓfectꝰ eſt. ¶ In tpe ipſo dira ꝓdigia viſa ſunt. Nam ſub ortu ſolis globꝰ igneꝰ regione ſeptētrionis cū maximo celi fragore emicuit. Apud aretinos incōmunio cruor e panibꝰ fluxit. Tum etiā oīm generū animalia que inter hoīes viuere ſolita erant: relictis ſtabulis paſcuiſqꝫ cū balatu hinnitu mugituqꝫ miſerabili ad ſiluas mōteſqꝫ fugerunt. Nec mora poſt hec grauia prodigia bella ciuilia ſecuta ſunt.

SIlla patricius romanꝰ cū plurima ī iugurthino bello edidiſſet facinora. Imꝑatoris gloriā a ſenatu reportauit. qui ſtatim cōtra mithridatē miſſus in achaia ⁊ aſia vicit. Hic ex antiqua atqꝫ p̄clara ſcipionū familia ortus: oēm vitā ab adoleſcētia quibuſcūqꝫ flagicijs inq̄natā vſqꝫ ad queſturā duxit: quā ſub mario cōtra iugurtā adeptꝰ eſt. In q̄ quidē officio vitā penitꝰ cōmutauit. Nā cathenas iugurthe manibꝰ iecit: mithridatē cōpēſcuit: ſocialis belli luēꝰ repreſſit: cynne dn̄ationē fregit: ⁊ mariū ꝓſcriptū ⁊ exulē eſſe coegit. Erat aūt lr̄is grecis latiniſqꝫ optie eruditus: facūdus: acer: aſtutus: glorie cupidus: multaꝝ rerū ⁊ maxime pecunie largitor: aīo grandis: ita dubitari potuit: fortior an felicior foret dictator factus. ita rempu. repreſſit vt nemo illo inuito: nec bona: nec patriā: nec vitā ipſam retinere poſſet. Sub priuata tandē vita puteolos ſe cōtulit morbo inteſtinali mortē obijt. Quo mortuo duo funeſtiſſima bella italicū qḋ ſociale dicebaṫ: ⁊ ciuile ſyllanū finē habuerūt: que ambo ꝓtracta ſunt ꝑ decē annos. Cōſumpſerūt aūt vltra centū quinqꝫginta milia hominū: viros conſulares. xxiij. Senatores fere. ccc. Abſqꝫ his qui in tota italia paſſim deleti ſunt.

CUm ſilla rempublicā cōpoſuiſſet ſub his cōſulibꝰ bella noua exarſerūt: vnū in hiſpania: aliud in pamphilia ⁊ ſicilia: terciū ī macedonia: quartū in dalmacia. Nā ſeriorꝰ qui partiū marianarū fuerat ad bellum cōmouit hiſpanias. Miſſi ſunt cōtra eū duces Quintꝰ: Cecilꝰ: Metellus filiꝰ eius. Et in populi ro. ditionē redacti ſunt. Ad macedoniā miſſus eſt Appius Claudiꝰ deinde Cn. Scribonꝰ Curio. Is dardanos vicit ⁊ vſqꝫ ad danubiū penetrauit: ita vno tp̄e multi ſimul triūphi fuerūt.

BEllū ſeruile primū inter inicia vrbis herdonio duce ſabino in ipſa vrbe tentatū eſt: ſed hic tumultus magis fuit q̄ꝫ bellū. Mox imperio ꝑ diuerſa terrarū occupato. quis crederet ſiciliā multo cruentiꝰ ſeruili q̄ꝫ punico bello eſſe vaſtatā: terrā frugū ferax: ⁊ quodāmodo ſuburbana ꝓuincia late fundis ciuiū latinoꝝ tenebaṫ. Tandē ꝑpenna imꝑatore de eis ſupplicium ſumptum eſt: fuitqꝫ de ſeruis ouatione contentus ne dignitatem triumphi ſeruili inſcriptione violaret.

ANno ſexcenteſimo vrbis condite. lxxxix. L. Sergius catilina ꝑ tribꝰ hoꝝ conſulū nobiliſſimi generis vir ſed ingenij prauiſſimi ad delendā patriā cōiurauit: cū quibuſdā claris quidē: ſed audacibꝰ viris a cicerone vrbe expulſus eſt. Socij eius dep̄hēſi in carcere ſtrāgulati ſunt. Ab antonio altero cōſule catilina ip̄e victꝰ p̄lio eſt ⁊ interfectꝰ. Deinde anno ſequēti Iunio ſillano ⁊ L. murena cōſulibꝰ metellus de creta triūphauit.

POmpeius maximꝰ romanoꝝ imꝑator maximo in precio apud romanos habitus eſt: qui deuictis magna celeritate pyratis iterato contra viginti duos reges orientis imꝑator deſignatus eſt: qui mitridatē ī armenia minore nocturno p̄lio vicit. Tigrani deinde regi bellū intulit: deinde albanis ⁊ regē coꝝ herodē prudēter ⁊ hiberie regem vicit. Mox itureos ⁊ arabes. Inde ad iudeā trāſgreſſus eſt hieroſolimā caput gētis obſedit: non ſolū natura loci verū etiā ingenti muro foſſaqꝫ maxie munitam vix tercio menſe expugnauit. M. iudeoꝝ occiſis ceteris in fidē acceptis: muros ciuitatis euerti imperauit: hircanū ſacerdotio reſtituit: ariſtobolū captiuū romā duxit: his geſtis in aſiam ſe recepit: reuerſus deniqꝫ romā cum ingenti gloria triumphauit Iunio ſillano ⁊ L. murena cōſulibus.

CAius iulius ceſar qui poſtea imꝑauit anno vrbis condite. 698. cū L. bibulo cōſul factus decreta eſt ei Gallia trāſalpina ⁊ ciſalpina ⁊ comata. Addidit ⁊ ſenatus illiricū cū legionibꝰ denis. Cū quibꝰ ꝑ decē annos bellans grauiſſima p̄lia cōfecit. Primo vicit heluetios ⁊ vſqꝫ ad oceanū britānicū ꝓceſſit. Deinde Arioiuſtū regē cui auxiliabāṫ Arudes Marcomones Triberi Vangiones Sueui ⁊c̄. fugere cōpulit. Poſt hec gentē belgarū ⁊ alios qui vno noīe germani vocanṫ. Deinde facto ponte rhenum tranſgreſſus. Domuit aūt annis. ix. fere oēm galliā: que inter alpes ⁊ flumen rhodanū: rhenūqꝫ ⁊ oceanum eſt: ⁊ circuitus patet: hinc bellū ſucceſſit ciuile execrandū. Ceſar enī e gallia rediens victor alterū conſulatū petijt: contradictū eſt a marcello: a bibulo: a pompeio: a catone: iuſſuſqꝫ vt dimiſſis exercitibꝰ ad vrbē rediret: ⁊ pompeiꝰ cū imꝑio miſſus eſt ꝓpter quā iniuriā potius cōmune ⁊ pluſq̄ꝫ bellū exortū eſt.

Linea Conſulum romanorum



Florentia nobiliſſima ⁊ inclita ac primaria vrbiuꝫ ethrurie. Eius origo refert̃ in ſillanoꝝ militum
(quibus is ager a ſilla aſſignatus fuit) aduentū. Et quia primas illi ſedes ad arnifluenta ceperūt
fluentiam inde primo dictam volunt. Et quidem plinius apud quem primuꝫ eius loci mentio fa-
cta eſt fluentinos dicit: ꝓfluenti arno appoſitos. Venerunt vero hi milites ad annuꝫ condite vrbis rome
ſexcenteſimū ⁊ ſeptimū ſupra ſexageſimū. vnde initiū habuiſſe videt̃ florentia ante chriſti dei noſtri aduē-
tum annos circiter octogintatres. Condita igit̃ fuit florentia ex feſulanis ad ripas arni fluuij: ⁊ priſci ho-
mines fluentiā vocauere. Que cū auſpicijs fundata felicib⁹ vicinas ꝑ circuitū ciuitates excellere: miriſq̨
modis imperiū ꝓpagare cepiſſet florentia longe melius q̄ꝫ fluētia dicta eſt. Multis ea ciuitas ꝑ Gotho-
rum tempora incōmodis agitata eſt. Totila enim eam immunitā ⁊ deſolatā fecerit. Quā karolus magn⁹
inſtaurare fecit: maioreq̨ ambitu menibus circūdedit. Et digniſſimis priuilegijs ⁊ magiſtratibus deco-
rauit. Itaq̨ florentia acceptis vi ⁊ in ſe populariter traductis feſulanis ad annū ſalutis quartū ⁊ vigeſi-
mū ſupra milleſimū plurimū opibus ⁊ gloria eſt aucta. Quo item anno Henricus primus imꝑator ec-
cleſiam ſancti Miniatis ad muros florentie edificauit. Ex eo fere tꝑe ꝑ priores artiū ⁊ vexilliferos iuſticie
ſicut nūc fit gubernari cepit. Preterea in vrbe p̄ter reliqua ornamenta incredibilis baſilica inſignis ⁊ ſtu-
pendo opis fornice eſt ornata: glorioſeq̨ virgini dicata. Et quarto abinde anno pallaciū item ſuperbiſſimū
quod inhabitant priores edificari cepit. Quinto poſtmodū anno ſcꝫ. 1071. ꝓductū eſt pomeriū: ⁊ meni-
bus vrbs eſt ampliata: ⁊ ripis fluminis vltra ſacros diui Laurentij edes ꝑpetuo ambitu deducta. Turris
vero marmorea inter ceteras orbis campanarias ſpecioſa ad annū inde primū ⁊ triceſimū excitata. Ibi ꝑ-
curſoris index maxima in veneratione habet̃: ob cuius honorē edes ꝑclariſſima in celebriori vrbis loco



dicata habet: quā baptiſteriū dicunt. Cuius value ex ſolido ere exiſtunt: vbi noui ⁊ veteris teſtamenti hiſtorie inenarrabili ope ſculpte habent. Florentia cū omni italie ciuitatū flos nuncupet: enā pter pulchritudinē ⁊ ciuiū vrbanitatē: viros quoq; in omni genere virtutis pſtantiores habuit. Duobuſq; poetis ornata ſuit. Dante Aldegerio ⁊ Franciſco petrarcha. Quoꝝ hic patre florentino ſed exule apud aretiū nat⁹ ⁊ arquade inter colles euganeos mortuus ac ſepultus eſt. Ille florentinis parentib⁹ florētie natus. obijt Rauenne patria exul. Paulopoſt totum habuit pictorē celeberrimū apelli equiparandū. Habuit quoq; accurſiū iuriſconſultoꝝ principē: qui ius ciuile egregie interptatus eſt. Reddidit ⁊ medicū Tadeū omnium clariſſimū. Ornataq; ſuit coſmo mediceo quē opum affluentia humanitate ⁊ liberalitate ſupantem ciues europe celebrem reddūt. Cumulantq; eius felicitatē filij ſui ⁊ nepotes qui florentie vrbi plurima addiderunt ornamenta. Monaſteriū pcipue celebre ſancti marci in quo pulcherrime extructiones ⁊ bibliotheca q̄ alias ſupat oēs: eius viri ſummi magnificentiā oſtendūt. Et priuate eius edes in via lata extructe romanoꝝ opibus compande. Florentiſſime aūt vrbis originē geſtaſq; res abunde complexus eſt Leonardus aretin⁹. Secus florentinā feſula vrbs vetuſta ⁊ multoꝝ ſcriptis pſertim Saluſtij ⁊ Liuij celebrata interijt vel vt ſup in florentiā populū opeſq; mutauit. Ex cui⁹ montib⁹ qui ad orientē vergūt Munio torrēs orit florentina abluēs menia: florentinā vrbem diuidit arnos amnis pontibus in ea quatuor magni opis iunctus. Vallem arni ſuperiorē qua nullā habet: nūc ager florentinus: vini optimi feraciorē quātū pfluēti arno apposita planicies ambit fuiſſe paluſtrē aiunt. Cōmendanda eſt multis in rebus florentinoꝝ prudentia: maxie qd eligēdis cancellarijs que oratoriā ſpectāt: ⁊ q̄ vocāt humanitatis ſtudia pitos acceptāt: vt Leonardū ⁊ carolū aretinos Poggiū: ⁊ an eos collucciū q̄ ſcribēdi dictādiq; artē diſertiſſime tradiderūt.



Linea Regum Sirie

Antiochus pius



Antiochus ſpondius



Demetrius macero



Philippus



Iſte antiochus confortatus Triphonē perſecutus eſt et in fugaz verti Cum Triphon erat partium alexandri primus. Js videns ꝙ omnis exercitus murmurabat contra Demetrium iuit in arabiam vt reduceret inde Antiochū: deinde cogitauit Triphon occidere antiochū ⁊ imponere ſibi diadema: ſed timuit Jonathan ſtrenuū defenſorem antiochi. Deinde exiuit antiochus in terram patrū ſuoꝝ: ⁊ cōuenerūt ad eum omnes exercitus ita vt pauci eſſent cum triphone. Deinde obſedit dorā ⁊ concluſit triphonē: tandem in parthia occiditur.

Antiochus Spondius fuit filius antiochi pij. Qui de regno fugit in parthos.

Mitridates rex



Mitridates pharnacis regis parthoꝝ filiꝰ ⁊ ponti rex fuit. Apud ſinopem natus educatuſqꝫ qui eum puer parētibꝰ orbatus eſt: mox vt adoleuit finitimos populos et Scythas in ſuam poteſtatē redegit Et cū romanis ꝑ quadraginta annos varijs euentibꝰ cruentiſſimū geſſit bellū. Bythiniam ac capadociam ſimiliter adeptus. Aſiam. phrigiam paphlagoniā ⁊ Macedoniam inuaſit: multa et preclara agens prelia nec vna via romanos aggreſſus eſt. Ferūt hūc duos et viginti linguas (tot eīn nationibus imperauit) notas habuiſſe: vt qua quiſqꝫ lingua eū poſtulaſſet: eadem ſibi ius redderet. Et cū lrīs grecis imbutus eſſet muſice etiā operā dabat. Sobrietatis exime: laboꝝ patiētiſſimꝰ. Cū tandē Cn. pompeiꝰ nocturno ꝑlio vicit caſtra diripuit quadraginta mille eiꝰ occidit. Pharnaces filius eiꝰ cū alios filios trucidaſſet exercitu aduerſus patrē duxit. Mithridates diu ex altiſſimo muro filiū fruſtra ꝑcatus. Statim deſcendens ad vxores pelices ⁊ filias ſuas venenū oībus dedit. Qđ cū ipſe nouiſſimus oīm hauſiſſet: nec tn̄ ꝑpter remedia quibꝰ ſe ꝑmunierat veneno infici poſſet Gallū quendā vitigis militē inuitauit: eiqꝫ iugulū prebuit. Perijt autez apud Boſphoꝝ qui regnauit annis ꝗdraginta. Quo mortuo apud Synopem conſenſu pompeij regali ſepulchro conditus eſt.

Linea preſidum Sirie

Scaurus



Sabinus



Craſſus



Caſſius



Demetrius iſte frater Anthiochi precedētis fuit quem Alexander rex iudeorum occidit.

Philippus vltimꝰ Syrie ⁊ Aſie rex. iiij. regni alexandri regnare cepit ⁊ regnauit annis. ij. Quo regnāte Anthiochus eiꝰ patruus in parthos fugiens pompeio ſe tradidit: poſt quē ſtatim philippꝰ hic a gabino conſule captus: regnū eiꝰ in romanoꝝ ditionem ceſſit. Et tunc Syrie regnū finē accepit qđ ꝑ ducentos viginti annos ſub regibus xvij. durauit.

Poſt vltimū regem ſyrie ⁊ a Pompeio romanis tributaria effecta eſt Syria: Pompeius hieroſolimā veniens vrbem cepit: templū reſerauit ⁊ ad ſancta ſanctoꝝ vſqꝫ acceſſit: hircano principatū ſacerdotij donauit. Ariſtobolū eiꝰ fratrez abduxit. Ex tūc iudei libertatē penitꝰ depoſuerunt ⁊ ſubiecti romanis eſſe ceperūt Et pompeiꝰ ſcauro principi: regionis curā cōmiſit relictis ſecū duabꝰ cohortibꝰ.

Gabinus in ſyriā miſſus eſt: vt ſcauro ſuccederet. Js cōmēdata cura tēpli hircano: gētē iudeoꝝ in qnqꝫ cōuētꝰ diuiſit ꝗſi pētharchias iudee frāgēs ſupbiā

Craſſus romanus conſul pompei collega: mortuo gabino ſyrie preſide: in locū ſuū a ſenatu ſurrogať: vt maxime parthos ſyrie vicinos rebellantes repmeret. Uir quidē cupidiſſimꝰ ⁊ inſatiabilis cupiditatis: qui audita hieroſolimitani templi opulentia quā pompeius intactā reliquerat: vrbem ingreſſus: templum ꝑuadit: opes duoꝝ miliū talentoꝝ abſtulit: inde diuertens ꝑ meſopotamiā ī parthiā ꝑuenit: moxqꝫ eufraten tranſiuit: ⁊ cū ꝓpe carā ventū eſſet parthi ſubito ingruentes ſagittis opꝑſſere romanos: ⁊ rapido eqtatu craſſum pſecuti ſunt: ⁊ cū circūuentū turpiter interfecerūt: quidā ſcribūt aurū ī os eiꝰ infuſū eū interijſſe.

Iſte Caſſius preſes ſyrie Craſſo ſucceſſit. Js tandē mouit exercitū contra Octauianū nongenta argēti talenta a iudeis extorquens: demū a philippis occiſus eſt.

Lugdunum tranſalpine gallie vrbs. Vienne finitima. Octauiani auguſti tempibus: Euſebio teſte a numantio planco ciceronis diſcipulo oratoris clariſſimo: in colle quodam vbi Arar vna rodanuſqꝫ miſcentur condita fuit. Quãq̃ꝫ franciſcꝰ petrarcha de ea ſcribat. Lugdunũ nobilis et romanoꝝ colonia eſt: paulũqꝫ vetuſtior agrippa: duo hic noti amnes in mare mediterraneũ currẽtes Arar rod. miſqꝫ conuenũt. Sonam incole appellãt. Que ſup̃ reliquas gallie ciuitates Narbone excepta viroꝝ clariſſimoꝝ ordine diu claruit vt Strabo habet. Nã et vſui magno fuit illis Emporiũ ac in preſentiarũ eſt. Monetã argenteã atqꝫ aureã eo in loco iuſſu auguſti romani ſignabãt duces. Templũ etiã ab vniuerſis gallis cõmuni deſignatũ impẽſa. Et auguſto ceſari dicatũ: ante hãc vrbẽ edificatũ eſt vbi fluuioꝝ eſt coĩctio. Adeſt et ara dignitatis eximie gentiũ .lx. numero inſcriptũ habẽs titulum. Earũqꝫ ſingularũ ſtatua vna: hanc vrbẽ genti olim Segoſianoꝝ preſidere cõſtabat. Que in rhodanũ et dabudis fluuioꝝ medio iacet. Relique dehinc gentes vergẽtes ad rhenũ partim a dabude partim ab arare diſcernũtur. Hi nãqꝫ amnes ab alpibus delati deinde in vnũ alueũ cõfluẽtes delabunt̃ in rhodanũ. Rurſus aũt ſuperãs rhodanꝰ vienuã defert̃ allobrogum metropolim. Tribꝰ his fluuijs euenit vt initio in aquilonẽ: dehinc in occidentẽ deferant̃. Iãqꝫ in vnũ tandẽ amne cõfluens in auſtrũ iterũ curuatꝰ excurrit. Quoad erũpat: alijs acceptis fluminibus. Et hinc reliquum in mare curſuꝫ p̄ficit. Templũ vero vna cũ tota regione ſicut Seneca ad Lucillũ refert facili igne ſuo tempe quo ad Agripina: videlicet tempe Senece exuſtũ eſt. Qnã vrbẽ inter celtas aſcribere quibuſdã placet. hinc plotinus (Qui primꝰ rome latinã rhetoricã docuit) duxit originẽ. a quo Cicero ſe rome puerũ cũ Q. fratre latine primũ doctũ retulit. hinc ſanctꝰ Augendus vita et miraculis clarꝰ. hinc ſanctꝰ Deſiderius epiſcopus. Et S. Baldometꝰ cuiꝰ miracula crebra ciuitatẽ reddũt illuſtrẽ. hinc romanꝰ abbas: qui primꝰ ibidẽ vitã heremiticã duxit. et multoꝝ extitit pater monachoꝝ. Ornat̃ etiã hec ciuitas ſancto Niceto epiſcopo: ⁊ Hyreneo ẽpo policarpi diſcipulo: qui ibi martyrio coronatꝰ. In ea domicianꝰ abbas: Lupus ẽps et anachorita. Antiochuſqꝫ ẽpus qui in dño quieſcũt. Iuſtꝰ preterea angelis primꝰ ibi vitã finiuit. Hec inclita vrbs francoꝝ regibꝰ diu paruit. Qui ibi ſolẽnes nundinas inſtituerũt. Ubi et pilatus ⁊ Herodes (vt fertur) a romanis principibꝰ relegati vitã infamẽ finiere. Lugdunũ aũt (vt aliquibꝰ placet) a lugda Ceſaris legione ſic appellata illis locis frequẽtiꝰ hibernãte dictũ eſt. Lugda enĩ gallica lingua idẽ quod ſulgur deſignat. Sic etiã vt refert Tacitꝰ legio quedã romana apud hiſpanos locata eſt: cui nomẽ fuit Rapax ad terrendos his appellationibus populos: Nam nomĩa ſunt iſta pene tinenda ſono

Lion :



## Linea Chriſti

Jacob



Jacob pater Joſeph naturalis ſed heli pater eius legalis fuit. Huc Matheus. illū Lucas cōmemorat.

## Alexandra



Alexandra vxor Alexandri regis iudeorum regnauit annis nouem. Nam mariꝰ ſuus moriens Hircanū ⁊ Ariſtobolum liberos reliquit. ſed regnum hinc Alexandre vxori tradidit. Eo ꝙ Hircanus rerū gubernatiōem ignorās vitam ocioſam elegerat. Ariſtobolꝰ vo efficax ⁊ audax erat. Ipa ei a pplo plurimum diligebat. Que ſuſcepto magiſtrato hircanum ꝓpter etatē principē ſacerdotū ſtatim ordinauit. Eo tpe orta in iudea hereſis phariſeoꝝ. Quoꝝ cōſilio vtebatur in oībus. nomē aūt regium ipa tantū ſerebat. Eorūqꝫ cōſilio optimates iudeorū occidit aut exilio dannauit cōturbās oīa. hec tamē mlta geſſit ad regni ꝯſeruatiouē callida circa regni detētionē. Attamē cum nec bonū aut iuſtū aduerteret añqꝫ vitā finiret ad ſummā calamitatē negocia domus ſue ꝑduxit Et poſt mortē multis miſerijs regnū compleuit. Gentē tamē ſuam in pace cuſtodiuit. Deniqꝫ cum inualitudinē ſeuiſſimam incidiſſet. Ariſtobolus collecta plurimorum manu poſt matrē ſe regnaturum declarauit. Illa paulo pꝰ anno etatis ſue. 73. vita deceſſit.

## Linea pōtificuꝫ

Hircanus



Hircanus Alexandri iudeorum regis ex ꝑdicta alexandra filius vigeſimuſterciꝰ iudeoꝝ pōtifex. principatū ſacerdotij ſuſcipiens. Sedit annis. 24. hic a matre pōtifex ꝯſtituitꝰ poſt mortem matris maximas queſtiones ⁊ concertationes habuit. Ariſtobolus collecto exercitu cōtra fratrem mouit arma. Cūqꝫ egreſſi eſſent fratres in campis iericonthinis victus hircanus fugit in hieruſalem. Tandē in concordiam venerunt: vt ariſtobolus regnaret. Hircanus vero ſub eo quibuſlibet honoribus fungeretur. paulo poſt hircanus promiſſis non contentus. ad Arethan regem arabum noctu confugit: vnde collecto exercitu venit in iudeā et obſedit hieruſalem. Scaurus tamē dux romanorū ſoluit obſidium. ratus tēpus eſſe vt de facili iudeam poneret ſub tributo. Atqꝫ in hunc modum contendentes occaſionē inuadendi iudeam romanis prebuerūt. Quāobrem pompeiꝰ hieroſolimā veniēs. Cū eam obſediſſet: orta eſt diſſenſio in vrbe. Nam fautores ariſtoboli vrbem tueri. hircani eam tradere romanis contendebant. Receptus tandē in vrbē templū expugnabat. Menſe tamē tercio phanum irruptū eſt. Fauſtus cornelius Sille filius primus ingredi auſus eſt. ⁊ romani templū ꝓphanauerunt. nihil tamē inde tulit. Hircano vero iterato principatum ſacerdocij donauit. Et iudea ſub tributo conſtituta eſt.

Ariſtobolus



Ariſtobolus ꝑ pompeium poſt deuaſtationē vrbis captiuus ad romā ꝑductus eſt. cum duobꝰ filijs alexandro ⁊ antigono totidemqꝫ filiabꝰ. Et extunc iudei libertatē penitus depoſuerunt. ⁊ ſubiecti romanis eſſe ceperūt. Siriet iudee adminiſtratio Scauro eſt ꝯmiſſa inde gabinio. Poſt hec caſu elapſꝰ eſt roma ariſtobolus. qui magno exercitu iudeoꝝ cōflato. ad eū debellandū miſſus eſt a gabinio antoniꝰ ariſtobolꝰ ꝑ gabinū captꝰ eſt. iterū romā ꝑductꝰ. In diſcidio pompei ⁊ ceſaris in ſyriā cū duabꝰ cohortibꝰ miſſus. verū ſpes ceſaris fruſtrata. a ſtudioſis pompey veneno perijt. cum iudeam in poteſtatem ceſaris ſubijcere attemptauit.

Alexander



Alexander pōtifex filꝰ ariſtoboli. Is dux romā cū prīe ducere‍t ex itinere fugit. qui magna manu collecta iudeā populabat. Et hircano patruo inſidias ponebat. Obtinebat aūt munitiſſima loca alexandrū hircanū ⁊ Macherunta. Occiſus deinde antiochie a ſcipione ſecuri ꝑcuſſus iuxta tenorē litteraꝝ pompey. prius habita accuſatione in iudicio ſuꝑ his ꝙ in romanos admiſerat

Antigonus



Antigonus Ariſtoboli iudeorū regis filius. Alexander ⁊ ariſtobolus trucidati antigono ſolo ſuꝑſtite cum duabus ſororibus fugiēs euaſit. Ceſar ſyrie iudeeqꝫ potitus antipatrū idumeū virū ſtrenuū iudee procuratorem conſtituit. Et iterato hircano antigoni patruo regnū conceſſit. Ita tamē vt nō rex vocaretur. Antigonus ad pachoꝝ parthoꝝ regē cōfugit: et ibi vſqꝫ ad obitum ceſaris ꝑmanſit: deinde vrbem expugnauit cōprehenſū hircanū aures eius dētibus trūcauit. Ob quā cauſā M. anthonius aſtāte otrauiano herodē regē iudee declarauit: qui violenter vrbem ingreſſus antigonū comprehendit ⁊ ad antonium in antiochiam vinctum remiſit. Qui ſuſcepto ſecuri percuſſum interemit. Et hic finis generis aſamoneoꝝ. Nam de familia ſacerdotali fuerat. Et regnum inde defecit.

Bellū ciuile ceſaris ⁊ pompei execrandū anno primo regni cleopatre ſurrexit. quo p̄ter calamitates que in p̄lijs accidere ꝯſueuerunt etiā populi ro. fortuna mutata eſt. cauſa tante calamitatis eadēq; oīm nimia felicitas. Cum enim ceſar gallias inuadit Craſſus aſiam: Pompeius hiſpaniā. tres maximos exercitus: etiā ſic orbis imperiū ſocietate triū principū occupat. decem annos traxit iſta dn̄atio. Ex inde q̄ mutuo metu tenebant. Craſſi morte apud parthos: ⁊ morte Julie ceſaris filie que nupta pōpeio generi ſocerīq; concordiā matrimonij federe tenebat. ſtatim emulatio erupit iam pompeio ſuſpecte ceſaris opes: ⁊ ceſari pompeiana dignitas grauis. Cūq; ceſar europe quieto potiret imperio: traiecit in greciam vbi pompeiū obſedit cū eo dimicans magna clade cū omni exercitu fuſus eſt ⁊ ſupuenientis noctis beneficio illeſus euaſit. Ceſar agmine citato p epirū in theſſaliā p̄rexit: quē pompeius cū maximis copijs inſecutus vtrinq; acies ſtruxerunt. pugnatū eſt itaq; ingenti contentione dubia ſorte. Tandē pompei fuſus eſt exercitus. pompei⁹ ſtatim alexandriā petijt vt a ptholomeo auxilio acciperet verū is ingratiſſim⁹ fortunā magis q̄ amicitiā ſequens eū occidit: ⁊ caput eius cū anulo ceſari tranſmiſit. Quib⁹ viſis ſtatim lachrimas effudit. mortuo pompeio ceſar a ptholomeo parricida inſidias ptulit ⁊ alexandrie vrbis potit⁹ cleopatrā ab exilio reuocauit ei regnū cōtulit. Inde biennio ſyriā p̄uagatus pharnacem mitridatis filiū ponto ſupauit. Poſtea cū romā venit iterū dictator ⁊ conſul creatus in aphricā tranſijt. deinde de cōfectis bellis triumphauit. Regreſſus eſt romam vbi ſe impatorem vocari fecit. Et ſic reipublice finis hic fuit: que per annos. 464. durauit.

Marcus Tullius



Tullius cognomento Marcus ⁊ Cicero ph̄s maximus ⁊ orator princeps ac romanoꝝ conſul. Hic de tullioꝝ familia que ex municipio arpinati originem traxit ⁊ principiū generis in tulliū volſcoꝝ regem referebat: patreq; tulliū ⁊ olbiā matrē habuit. qui vt p̄mū diſcēdi capax fuit: ingenij magnitudine eq̄les excelluit. Prima eius cōmendatio circa poeticā eluxit: in quo libellos quoſdā edidit. Creſcētibus annis ſolutā orationē nature ſue magis conſentaneā adamauit: puerilibus ſtudijs pacis ph̄ie ⁊ iuri ciuili operā dedit: poſt hec ſub ſylla militauit marſico bello: edilis inde factus: deinde ſuffragijs po. ro. p̄tor creatus eſt: poſtea cōſul vna cū C. antonio. M. antonij oratoris filio tam glorioſe id cōſulere imperiū exercuit vt pater patrie appellatus fuerit: hic ph̄iam antea nr̄is lr̄is incognitā explicauit: ⁊ ex ingenij ſui felicitate cōplurima ſcripſit. Ex terentia vxore tulliolā ⁊ marcū filiū habuit. Demū inclitus orator anno etatis ſue. 64. ab antonio per ſuos ſatellites ſub ſpē cōcordie cōcedēte octauiano occidit: ei⁹ tn̄ inimici tandē ignominioſe pierūt.

Catilina



Catilina nobili genere natus magna animi ⁊ corporis vi: ſed ingenio prauo: cui ab adoleſcentia bella inteſtina: cedes: rapine: diſcordie ciuiles gratiſſime fuere. Ibiq; iuuenturē ſuam exercere ſtuduit cū eſſet aīo audax: ſubdolus varius: ⁊ cuiuſlibet rei ſimulator. Qui cum eſſet flagicioſiſſimus vir ⁊ omnium facinoroſoꝝ dux: hoꝝ cateruas circū ſe ſemp habere voluit: quibus fretus ſocietatibus: ipſe flagicioſiſs catilina ad opprimendā rempu. conſiliū cepit: cū ei maxima ſpes eſſet conſequendi conſulatū: peſtiferā coniurationē contra rēpu. Marco Tullio Cicerone conſule attentauit. ſed cōiuratione ꝓpalata detectiſq; coniuratoꝝ noībus. Lentulus ex clariſſima cornelioꝝ gente ortus magiſtratu primo a ſenatu abdicatus. Inde cethegus ſtatilius gabin⁹ ⁊ cepari⁹ ſenatorij ordinis viri. decreto ſenatus in carcere miſſi: ſtatim vna cū ipſo lentulo laqueo ſtrangulātur. Quod vbi cathilina cognouit in tranſalpinā fugere cogitauit. quo comperto antoni⁹ cū quibuſdā legionib⁹ ipm̄ p̄ſequēs inter cōfertiſſimas legiones confodit. atq; ita ciceronis virtute reſpu. a magnis turbationib⁹ ſeruata eſt.

Cato poſterior vticenſis



Cato poſterior catonis ſuperioris ꝓnepos: cui ꝓpriū nomen. M. portius cato ſtoicus ph̄us: quem vticenſem quidā appellant: q: ſe apud vticam interfecit vir doctiſſim⁹: qui ita doctrine cupiditate flagrauit: vt ne in curia quidē dū ſenatus ageret a lectione temperaret: quo minus grecos lectitaret libros hac ſe induſtria: vt oſtēderet alijs tempora deeſſe: alios ſupeſſe temporib⁹. hic docebat rempublicā magis virtutib⁹ q̄ armis eſſe tuendam dicens. Nolite exiſtimare maiores noſtros armis rempu. ex parua feciſſe magnam. Si ita eſſet: maiorem nos haberemus. Quippe quibus ſocioꝝ ciuiū p̄tereaq; armoꝝ atq; equoꝝ maior nobis copia eſt q̄ illis. Hic quoq; quanto humanam gloriam fugiebat: tanto magis illū gloria ſequebatur. Quiq; inter alia ſue virtutis opera: ad humane vite inſtructionem ethicam moralē cū ſuis rationibus in librū compoſuit. Ex quo (vt aiunt) paruus ille liber metricus: qui paruulis legit excerpt⁹ eſt. De eius ſententia hanc memoria dignā ponimus: humana vita proprie veluti ferrum eſt. quod ſi exerceat conteritur. Si vero non exerceat rubigine conſumit. hic teſte Auguſtino ſeipſum occidit: victoriam ceſaris impatiēter ferens: eiq; ſubijci nolens.

Linea Regum Egipti

Ptholomeus dionisius



Cleopatra



Antipater filius Aristoboli ⁊ Crispis vxor eius quattuor filios ⁊ vnicam filiam habuerunt: quē antigonus apud cesarē accusabat. Is veste protecta vulnera demonstrans: verbis non opus esse cicatrices fidelitatem ostēderet inde ꝓcurator iudee declaratus est. Post hec faselū hierosolimis natu maiorē sub se procuratorē statuit ⁊ herodē gallilee ꝑfecit.




Ptolomeus dionysiꝰ .12. egyptioꝝ rex. regnauit annis .30. Ad eum pompeiꝰ accessit vt auxilia ab eo acciperet. Cui ꝓpter tenerā etatē tutor eius a senatu datꝰ fuerat: verū vir ingratissimꝰ pompeiū occidit. Mortuo igitur pompeio cesar alexandriā ꝓfectus a Ptholomeo paricida insidias ptulit. qui insidiantiū hostiū inopinata multitudine circūuentus scapha cesar confugit: qua mox subsequentiū pondere mersa ꝑ ducentos passus ad nauē vna manu qua carthas tenebat eleuata natando peruenit. Sed paulo post nauali ꝓlio regiā classem cepit. At vbi Ptholomeꝰ liber euasit cesari denuo bellū intulit: qui cū oī exercitu deletus est. Rex scapha exceptus fugiendi causa multis insilientibus demersus est. Cuiꝰ corpꝰ ad littꝰ deuolutū lorice aureate inditio cognitum fuit. Ac si cesar alexandria potitus cleopatrā ipsius Ptholomei sororē ab exilio euocauit eiqꝫ regnū contulit: que post regio comitatu vrbem ingressa est.

Cleopatra egypti regina Dionisij auletis filia quē ꝓpter flagitia alexandrini eiecerunt. Iam post mortē fratris cesar reginā constituit post morte vo cesaris ⁊ res in philippis gestas Antonius in asiam ꝓfectus est. ⁊ cleopatrā summis cōplexus est honoribꝰ adeo vt eā sibi vxorē acciperet. Et filios ex ea procrearet. Ambo etiā in attico bello fuerunt: ambo fugerūt. demū ab Augusto supati sunt. Nā antoniū augustus in nicopoli vrbe captū coegit sibiipsi manū inferre. Cleopatrā vo vt viuā in ptātem reducerēt. que paulopost ⁊ ipso in vinculis: alios in sepulchro antonij viri sui clam admoto aspidis morsu concidit hec quippe nulla fere nisi oris formositate ⁊ vere claritatis nota refulsit. Sed ecōtrario auaricia crudelitate atqꝫ oī luxuria mūdo conspicua fuit. Ac sic lagidarū seu egyptioꝝ regum imperiū euersum est: quod ꝑ annos .306. sub regibus tredecim ꝑmansit: ⁊ augustus furente egyptū composuit.




Herodes antipatris idumei filius a romanis iudeoꝝ regnū ſuſcipiēs: regnāt annis.37: Antipater eñ
tpe Sabini ſyrie pfecti adeo virtutib⁹ claruit vt regnū coniugiū meruerit. Et regis arabū nepti vxorē
acceperit. Ex qua quattuor filios ſuſcepit ſcʒ phaſelū: herodē hūc cognomēto aſcalonitā: ioſippū ⁊ feroram: ⁊
vnicā filiā noīe ſalomā. poſtea veneno extinctus. Et phaſelus pmogenit⁹ interfect⁹: herodes ad antonium
cōfugiēs. inde iudee rex coronat⁹. Cōtradiditqꝫ ei auguſt⁹ traconitidē ⁊ itureā totāqꝫ maritimā. Edifica-
uit aūt in aſchalone domū regiā. Et deinde agnominatus eſt aſchalonita. Natione eñ idume⁹ fuit ex patre
arabs vero ex matre. Et extūc xpi dñi nři natiuitate vicina. Regnū ⁊ ſacerdotiū iudee qđ pri⁹ p ſucceſſiones
maioꝝ tenebat̃ deſtructū eſt. Ac ſic moyſi ꝓphetia cōpleta. Nō deficiet princeps de iuda: nec dux de femori
bus ei⁹. donec veniat cui repoſitū eſt: ⁊ ipſe erit expectatio gentiū. Ipſe ſuſcepto regno ſamariā a fundamē
tis erigēs. Auguſtā in honorē auguſti ideſt ſebaſten appellauit. Poſuitqꝫ aquilā aureā ſup ſpecioſam por
tā tēpli iudeis egreferētib⁹. Fecit quoqꝫ herodion in q̄ ſepult⁹ eſt. Templū magnificētiſſime decorauit. De
mū anno.26. hircanū principē ſacerdotū ⁊ ei⁹ filiū qui patri in ſacerdotio ſuccedere debuerat interfecit. So
roremqꝫ ei⁹ vxorē ſuā cū duob⁹ filijs ꝓprijs tā adoleſcētib⁹ atqꝫ vxoris matrē oēs interemit. Predictis quoqꝫ
crudelitatib⁹ hoc addidit: ꝙ ſororis ſui noīe ſalome virū occidit. ⁊ cū eā alteri vxorē dediſſet etiā ipſum e
vita ſuſtulit. Scribas p̄terea oēs ac diuine legis interp̄tes ſimili ſcelere peremit. Poſtremo funeſtiſſim⁹ vir
cū ihū xpi natiuitatē magoꝝ inditio cognouiſſet. oēs puulos bethleē gladijs interemit. Quo facto repēte mor-
bo intercutis ꝑcuſſus: ⁊ ſcatētib⁹ toto corpe vermib⁹ miſerā exalauit aīam. quīqꝫ ſupſtitib⁹ filijs relictis ſcʒ
archelao: herode antipa: antipatro: lyſania, ⁊ philippo. Ex quib⁹ quattuor fuere tetrarche vt ex euāgelio hr̄.

Agrippa colonia q̄ ad ſiniſtri rhenū lat⁹ ſi/
ta eſt. loc⁹ ꝛ ſitu ꝛ flumīe clar⁹ ꝛ pplo. quā
alij ſcribunt Agrippinā dictā q̄ nūc Colonia di
cit. Ea inferioris germanie vbioꝝ vrbs ad cite
rioris rheni ripas ſita. Temporib⁹ enee troia/
ni a q̄dā troiano colono noīe (vt ſicard⁹ cremo-
nēſis h3) initiū ſūpſit: ſ poſtmodū Claudii im
patoris iuſſu qui agrippine marit⁹ fuit. ꝛ vbio
rū pplis a ſueuis fugatꝭ inſtaurata extitit. ꝛ ab
agrippina vxore ex coꝝ ꝓgenia ducta appella/
ta. quā vrbē ſic cōditā vbii ppli habitare cepe
runt. Veriores tn̄ hiſtorici oēs aſſerunt ꝙ. M.
agrippa colonie illi⁹ auctor fuit. Qui licet multa
domi multa foris preclara cōſtruxit: illam tn̄ ex
oīb⁹ dignā cēſuit. cui ſuū nomē imponeret. Edi
ficator ac bellator egregi⁹ dignuſq3 habit⁹. quē
auguſt⁹ ſibi generū ex toto orbe deligeret: nō q̄-
liſcūq3 filie: ſed dilecte: ſed vnice: ſed auguſte.
Js vrbē in emulationē Treueris opulentiſſimā
ordinauit: vt ſeditiones gallie cōprimere poſſet
Hildericus aūt rex frācoꝝ lōge poſtea ex agrip/
pina fautores Egidii romani eiecit: francis im-
poſitis ex francoꝝ incolatu Coloniā appellauit
quāq3 nōnulli coloniam romanoꝝ eſſe dixerūt.

Que ciuitas cū romanoꝝ ſocia eſſet: fatali igne
ꝯſumpta eſt: in q̄ capitoliū ꝛ edificia ꝛ rit⁹ roma
noꝝ inſtar fuere ꝛ adhuc nōnulla extant: habet
eīn capitoliū ad effigiē romani niſi ꝙ ꝓ ſenatu
illic pacis ꝛ belli conſilia agitante: hic famoſi iu
uenes ac puelle nocturnas laudes deo cōcinunt
eterna cōcordia. Jbi rotarū ꝛ armoꝝ ſtrepit⁹ ac
gemit⁹ captiuorū. hic quies ꝛ gaudiū ac iocan-
tiū voces. deniq3 illic bellū illuc pacificus triū/
phator ingredit̄. Videt̄ ibi templū vrbe me/
dia pulcherrimū quāuis inexpletū qd̄ haud im
merito ſūmū vocāt. Magoꝝ ibi regū corpa ab
ortu vſq3 ad occaſum tribus ſaltibus tranſuecta
Quos ad ethereū quondā regē ad preſepia va/
gientē cū munerib⁹ veneratos legimus. hec li-
bera ac inſignis vrbs metropolis eſt. Cuius ar
chiepiſcop⁹ romanū eligit imꝑatorē. Jn ea mul
ti ſcia ꝛ ſctītate claruere viri: quoꝝ de numero ſe
uerin⁹ ipſius vrbis epūs. Et albertus magnus
cui⁹ corpus apud predicatores obſeruat̄. Jbi
50. ex thebeoꝝ legione curſū ſui agonis cōple
uerūt. Urſula q̄3 cū vndeci virginū milib⁹ ꝛ alij
nōnulli in ea martiriū ꝓmeruerūt. Mirū aūt eſt
quāta ibi ciuilitas que vrbis ſpēs: que viroꝝ



grauitas que mūdicie matronarū. Peruetuſtuꝫ gētis colonie ritū eſſe vulgo ꝑſuaſuꝫ preſerti fe mineo Franciſcus petracha ſcribit. Qui hoc in ſigne ſpectaculū vidit. In vigilia Johānis bapt iſte cū ſol ad occidētē vergit. Oīs ripa precla ro ⁊ ingenti mulierū agmine tegit: ⁊ incredibi lis ſine offenſione cōcurſus erit: viciſſimqꝫ ala cres pars herbis odoriferꝭ incinctis reductiſqꝫ poſt cubitū manicis candidas in gurgite manꝰ ⁊ brachia lauant. Et tradūt oēm totius anni ca lamitatē eminentē fluuiali illius diei ablutione purgari. ⁊ deinceps letiora ſuccedere. Itaqꝫ lu ſtrationē eſſe annuam in exhauſto ſemꝑ ſtudio cultū colendūqꝫ. O nimiū felices rheni accole: quoꝝ ille miſerias purgat germanie ſuperioris nec hiſter nec albis italicoꝝ nec padus vnqꝫ va luit purgare nec tyberis pigriora ſūt hec flumi na. Prope coloniā aqueſis vrbs Aquiſgrani dicta karoli magni ſedes. ⁊ in tēplo marmoreo verendū barbaris gentibꝰ illiꝰ principis ſepul chrū. Is ſtatuit vt ſucceſſores ſui primā inde co ronā. Et ſcḋam inde imperij auſpicia capeſcerēt: qꝫ hodieqꝫ ſeruat: ſeruabit qꝫdiu romani frena imperij theutonica manus aget.

L. pomponius



L. pōponiꝰ hiſtoricꝰ ⁊ orator atellenaꝝ ſcptor ꝑ h tēpꝰ (euſebio teſte) clarꝰ fuit. q̄ geographie libellū edidit. in q̄ vrbiū diſtantias ⁊ loca queqꝫ menſurat.

Leoneus



Leoneꝰ grāmaticus doctiſſimꝰ Gn. pōpei libertꝰ. Is iuſſu dn̄i ſui pōpei ꝯmētaria i medicina q̄ pōpeiꝰ deuicto metridate i ſuis ſcriniis cōpererat: i nr̄m trāſtulit ſermonē. metridates eni medicine curioſus ab oībus ſbiectꝭ ſuis ſingula medicīalia exq̄rēs cōmētationū boꝝ ⁊ exēplaria i archanis ſuis reliq̄rat.

M. agrippa



Agrippa gener octauiani edificator egregiꝰ rome q̄ multa cōſtruxit i edilitate ſua adiecta vꝫginea aq̄ ceteriſqꝫ corriuatꝭ atqꝫ emēdatꝭ lacꝰ ſeptīgētos fecit: idqꝫ fuit qḋ octauianū auguſtū pplo romāo vinū petēti ſbiratū rn̄diſſe ſcribit ſuetoniꝰ tot aq̄s ītroduxit agrippa gener meꝰ ⁊ vinū q̄ritꝭ. colonieqꝫ nomē ⁊ dignitatē dedit.



AUguſta vindelicoꝝ inclita ⁊ ſuperioris germanie vrbs vetuſta. Cuius originē aliqui quā vetuſtiſſimā oſtendere cupientes ſicuti ceteri mortaliū. Gentem ſueuoꝝ a Japhet deſcendentē: eam primo inhabitaſſe pnūciā ſcribunt. Ibiqꝫ eam condidiſſe vbi habundantia aquarū: ſalubris aer ⁊ alia oportuna de facili haberi poſſent. Venientes enim ſueui ad retiam locū aptum conſiderātes: ⁊ ad tuendū natura munitū ob concurſum duoꝝ rapidiſſimoꝝ fluuioꝝ vinde ⁊ lici. hanc vrbem primo edificauerunt. Eamqꝫ vindelicā a vinda ⁊ lico appellabant. Ea enim regio poſtea vſqꝫ ad alpes vindelica dicebat. Uniuerſaqꝫ montana pars in orientē ⁊ auſtrū vergens a rhetis vindeliciſqꝫ tenet vt Strabo ponit. Eam autē more vetuſto vallo ac foſſa cinxerunt amazones poſtqꝫ europam inuaſerūt ſueuos ſub marſepia inſuetis armis ⁊ ſecuribus ꝑacitis ex hac vrbe cedere vſqꝫ ad alpes coegerunt ⁊ deſolatā reliquerunt. Cū hec ante cladē troie pacta ſint. Eam ciuitatē ante troiam fuiſſe opinant. Et temporib⁹ exitus filioꝝ iſrahel de egypto ante romā quingentos ⁊ quinquaginta annos conditā aſſerunt. Quā quidē a troianis ortam dicunt Eligentes aūt ſibi deam Zizam quā cererē fuiſſe opinant. A qua hec vrbs zizaria dicta. Cuius templum vſqꝫ ad tp̄a romanoꝝ inuiolatū pmanſit. Id vetuſtate collapſū nomē collis ſeruauit. Qui ab incolis Eyſenberg hodie vocitat. Per vindelicos deinde ac rethos florentiſſima cū muris ac ꝓpugnaculis facta. A romanis plurima bella ꝑpeſſa eſt. Cū libertatem ſemp optaret: ſe a romanis vindelici alienarūt. Ideo diuus Octauianus Auguſtus Titū Ennū ꝓtorē cum legione marcia: ac alijs ducibus in eos miſit. In qua Auar bogudis regis filius adoleſcens in armis apud grecos ⁊ latinos peritus. Et Varro tribun⁹ militum claruerūt. Hi ciuitatem in fine eſtatis multitudine romanoꝝ obſeſſam varijs affecerunt incommodis. In ea oppugnatione Auar grecus occiditur. Et in vico criechiſaueron, vbi ſepultus fuit tale epigramma reperitur. His nomen terris bogudis dat regia proles. Grecus auar pecudis de ſueuis more litatus. Perijt ⁊ pretor cum legione marcia vt pauci ſupereſſent in ea clade qui rem geſtam recitarent. Locoqꝫ cedis nomen dedit perdita legio in media nunc ciuitate perleich dicta. Ideo ſcribitur. Indicat hic collis romanam nomine cladem. Marcia quo legio tota ſimul periit. Varro quem verrem nominant amne



tranſmiſſo in paludibus ſe occultans lacui vernenſe nomen dedit. Is poſtea conſul ſicilie infeliciter obijt. Et vt Suetonius refert ꝙ Octauianus Auguſtus omnes graues ignominias cladeſq; duas omnino nec alibi ꝗ̃ in germania accepit. lolianam atq; varrianam. varrianā pene exitiabilē tribus legionibus cū duce legatiſq; ⁊ auxilijs cōmunibus ceſis. Deinde auguſtus ꝑ Tiberiū Neronē (Cum Druſus frater eiꝰ renales regiones aggreſſus eſt) poſt varrianā cladē effluxo triennio vindelicos deuicit atq; vrbem coꝝ imunitam reddit. Et vt verba ſtrabonis libro quarto affirmāt. Tribus romanoꝝ milibꝰ ceſar auguſtus miſſis vrbem Auguſtam habitandā tradidit. quo in loco varro caſtra iam habuerat. Claudius Druſus tamen eā poſtea inſtaurauit. Muris ac turribus ampliauit. Cūq; auſpicijs Auguſti victa ⁊ aucta erat in honorē auguſti Octauiani Auguſtam appellauere. De his bellis Oratius in odis mentionē facit. Videre rethi bella ſub alpibus druſum gerente vindelici. Quibus mos vnde ductus ꝑ omne tempus amazonia ſecuri dextras obarmet ⁊c. Cum aūt Sueui qui potentia ⁊ hominū frequentia reliquos antecellūt. hanc vrbē ꝓ tutiſſimo elegerūt. Deinde in romano imperio ſtabilis ac fidelis ꝑmanſit magnū incrementum habuit ac multa priſce vetuſtatis monimenta in ea relicta ſunt. Anno aūt ſalutis quarto ⁊ quinquageſimo ſupͣ nōgenteſimū ⁊ vltra yngari germaniā ⁊ ſueuiam vaſtantes Auguſtam obſiderūt: varijſq; cladibus noricos rhetos ac ſueuos afflixerunt. Otto primus impator aduerſus eos pluribus diebus decertauit. Eoſq; tandem ad internitionē prope Auguſtā deleuit. Tres quoq; in eo prelio eoꝝ regulos captos a militibꝰ ſuis ad cū ꝑductos cum ob clementiā ſeruare conaret. Sueui (eo nolente) ſuſpendio necarunt. Cecidit in eo bello Diopoldus comes frater ſancti Udalrici ⁊ Regiboldus filiꝰ ſororis ſue. Deinde diuus Udalricus epiſcopus vrbem illuſtriorē fecit. ⁊ eccliam ſancte Affre inſtaurauit. Que olim ab Attila ⁊ nūc ab hunis leſionem ſenſit. Et eccliam ſancti Johannis ⁊ ſancti Stephani cōſtruxit. Ornat q; hec impialis ciuitas publicis ⁊ priuatis edificijs pulcherrimis. Et ꝑſertim baſilica epāli ampla beate Marie virgini dicata. Et cenobij ſancti Udalrici ordinis diui Benedicti in quo corpus eiuſdē ſancti epī ⁊ Simperti ac beate Affre martyris ac plurimoꝝ ſanctoꝝ ꝑpetuo honore obſeruant: qui auguſte varijs ob tormētis martiriū ꝓmeruerūt





Tres ſoles poſt mortē Julij Ceſaris ſequēti die
exorti ſunt ⁊ apparuerūt in oriēte: qui paulatim
in vnū corp⁹ ſolare redacti ſunt ⁊ in eundē orbē
cōuenerūt: ſignificātes dominiū Lucij antonij ⁊ .M. an-
tonij atqꝫ Auguſti in vnā monarchiā reducendū: vel po
tius q꞉ noticia trini ⁊ vni⁹ dei toti orbi futura imminebat.
Bos quoqꝫ aranti in ſuburbano rome locut⁹ eſt: dicens
fruſtra ſe vrgeri quia in breui magis homines defuturos
eſſe q̄ꝫ frumenta.



Bibliotheca toto orbe terrarū noīatiſſima .40. mi-
liū librorꝫ in egypto cōburit̄. Ibi accurata diligen
tia in colligēdis libris p veteres laudat̄. Nā ariſtoteles
⁊ bibliothecā ⁊ ſcolā Theophraſto reliquit. Et primus
fuit (vt Strabo arbitrat̄) qui libros cōgregauit: ⁊ egy-
pti reges bibliothece ordinē docuit. Deinde Theophra
ſtus neleo tradidit. Neleus ſcepſim detulit ad hoīes im-
peritos: qui libros incluſos ac negligētes cōpoſitos te-
nebant. Ptholome⁹ quoqꝫ philadelph⁹ maximū nume
rū librorꝫ collegit. Et vt Seneca tradidit .xl. milia libro
rū alexandrie arſerunt pulcherrimū regie opulentie mo-
nimentū: ſicut ⁊ Liui⁹ qui elegantie cureqꝫ regum egre-
giū id opus ait fuiſſe. Non fuit elegantia illud aut cura:
ſed ſtudioſa luxuria: imo nec ſtudioſa quidē qm̄ nō in ſtu
diū ſed in ſpectaculū cōparauerant: ſicut pleriſqꝫ ignaris
etiam ſeruilū litterarū libri non ſtudiorum inſtrumenta
ſed cenationū inſtrumenta ſunt.

Saluſtius



Saluſtius roman us hiſtoricus ac philoſoph⁹ Ciceronis emulus rome cla
ruit. Is fuit nobilitate veritatis inſignis hiſtoricus quippe qui de bello
catilinario: necnō ⁊ de bello iugurthino libros edidit celebres: ac nōnullas ſcri-
pſit epiſtolas.

M. Varro



M. Varro vico atice ⁊ narbonenſi prouincia natus rome in precio plurimus
fuit eruditiſſimus quidē ⁊ acutiſſimi ingenij vir: atqꝫ in omni ſeculari eru
ditione peritus: qui anni agens .35. greeas lr̄as cum ſummo ſtudio didicit: hic
vir doctiſſim⁹ vndecūqꝫ qui tam multa ſcripſit: quā multa vix quēqꝫ legere cre-
dam⁹: hic quoqꝫ teſte Iſidero innumerabiles edidit libros inter quos .413. an-
tiquitatum precipui: quos in res diuinas humanaſqꝫ diuiſit. Edidit inſup ⁊ li-
brū de lingua latina: ⁊ librū moralē: de quo ſn̄iam ponimus hanc. Amici diuitū
palee ſunt circa grana. Vis (inquit) experiri amicū: calamitoſus fias. Scripſit ⁊
librum de deorum cultu. vixit annis. 90.

Virgilius Maro



Virgilius maro poetarū princeps natione mantuanus parentib⁹ modicis
fuit ⁊ p̄cipue patre marone. Natus eſt Cn. pompeio magno: ⁊ .M. licinio
craſſo primū cōſul. iduū octobriū die in pago qui andes dicit̄: qui eſt a mantua
non procul. Mater eius maia ſe enixam laureū ramū ſomniauit: haud dubiam
ſpem proſperis genuiſſe. Initiū etatis cremone egit: ſumpta virili toga medio-
lanū: inde paulopoſt neapolim tranſijt: vbi cum lr̄is ⁊ grecis ⁊ latinis vehemē
tiſſimā operam dediſſet: tandē omni cura omniqꝫ ſtudio indulſit medicine ⁊ ma
thematicis. Quibus rebus cum ante alios eruditior peritiorqꝫ eſſet: ſe in vrbē
contulit: vbi ab auguſto acceptus fuit: ⁊ illuꝫ pollioni cōmēdauit. Corpore ⁊ ſta
tura fuit grandi: aquilino colore: facie ruſticana: valitudine varia. Nāqꝫ plerūqꝫ
ab ſtomacho ⁊ faucibus ac dolore capitis laborabat. Quecūqꝫ ab auguſto petijt
repulſam habuit nūqꝫ. Parentibus quot annis aurum ad abundantem alimi
mittebat: quos iam grandis amiſit. Multa ſcripſit priapeiam culicem moretum
deinde buccolicā poſtea georgicā in honore mecenatis nouiſſime eneidē. Obijt
deniqꝫ brundiſij anno etatis ſue. 52. Cuius oſſa in via puteolana neapolim trāſ-
lata intra lapidem ſepulta ſunt: vbi inſcriptū eſt. Mantua me genuit: calabri ra-
puere: tenet nunc parthenope: cecini paſcua rura duces.

Horacius Flaccus



Horacius poeta laudatiſſimus: patria venuſinus: patre libertino nat⁹: fuit
ſtatura breuis: rome liberalibus litteris erudiuis: deinde athenis doctiſſi-
mus euaſit: familiaritatem. M. bruti qui ceſarem occidit adeptus: factus ab illo
tribunus militum contra. M. antoniū ⁊ auguſtum cum victus fuiſſet brutus ex
clade aufugit. Cui poſtea auguſtus mecenatis gratia pepcit. Liberatus ad poeti
ca ſe conuertit. Scripſitqꝫ odas poetriā ⁊ ep̄las. Et cū optimis ſtudijs innume-
rabiles diuicias cumulaſſet. tandem rome moriens auguſtum inſtituit heredem.
Obijt ſed etatis ſue anno apud mecenatem ſepultus.




Caius iulius ceſar lucij filius. Annū agens ſextūdecimū patrem amiſit: queſtor iuliā amitā vxorēqꝫ corneliā defunctas laudauit e more ꝓ roſtris. edilis ꝑter comiciū ac forum baſilicaſqꝫ: etiā capitoliū ornauit. Ex ꝑtura deinde ſortit⁹ hiſpaniā cū bibulo cōſul creat⁹ inito honore prim⁹ omniū inſtituit. vt tā ſenat⁹ ꝙ̄ populi diurna acta conficerent ⁊ publicarent. Sub id tempus calphurniā. L. piſonis filiā ſucceſſuri ſibi i ꝯſulatu duxit vxorē ſuāqꝫ iuliā Cneo pompeio collocauit. Geſſit deinde nouem annis bella ꝑ omnē fere galliā que a ſaltu pyrrene alpib⁹ uſqꝫ ⁊ monte gebēna fluminib⁹ rheno ⁊ rhodano cōtinet. Eodē tꝑis ſpacio matrē primo deinde filiā: nec multo poſt neptē amiſit. cōfectis bellis quinqꝫes triūphauit. primū ⁊ excellētiſſimū egit gallicū: ſequentē alexandrinū deinde ponticū: ꝓximū affricanū: nouiſſimū hiſpanienſem. edidit ſpectacula varij generis. fuiſſe tradit' excelſa ſtatura colore candido teretib⁹ mēbris ore paulo pleniore: nigris vegetibuſqꝫ oculis valitudine ꝓſpera: niſi ꝙ tꝑe extremo repente aīo linqui atqꝫ etiā ꝑ ſomniū exterreri ſolebat: habitauit primo in ſuburro modicis edib⁹: poſt pontificatū maximū in ſacra via domo pub. In obeundis expeditionib⁹ dubiū cautior ne an audacior. Compoſitis vbiqꝫ ciuilib⁹ bellis vrbis ⁊ orbis monarchiā tenuit. Et olimpiade. 183. romanis imꝑare cepit. ⁊ imꝑauit annis. 4. menſib⁹. 7. A quo deinde romanoꝝ principes ceſares appellati ſunt. Cū aūt cōtra morē libertatis honores ex ſua libertate ꝑſtaret. cōſpiratū eſt in eum a ſexaginta ampli⁹. C. caſſio. M. qꝫ ⁊ decimo bruto. Et tm̄ futura cedes euidentib⁹ ꝓdigijs denūciata eſt. Cūqꝫ in capitolium applicuiſſet ꝯſpirati ſpecie officij circūſteterūt. a quib⁹ trib⁹ ⁊ viginti vulnerib⁹ cōfoſſus eſt. Hunc vite exitū ceſar habuit anno etatis ſue. 56. Cui⁹ corp⁹ in campo marcio ꝓ roſtris combuſtū eſt. ꝑcuſſorum aūt fere neqꝫ triennio quiſqꝫ amplius ſuꝑuixit. neqꝫ ſua morte defunctus eſt.

Iudas q̄ ⁊ thadeꝰ ſymonis chananei ⁊ iacobi minoris frater marie cleophe ex alpheo filiꝰ ⁊ xp̄i apl'ſ Is p̄mo poſt aduentū ſpūſſcti in meſopotamia ⁊ ī inferiori regione pōti chriſti euāgeliū predicauit: ⁊ efferas ⁊ indomitas gētes q̄ſi beluarū naturas ſctō dogmate mitigauit. Deinde ſimul cū ſymone apl'o in perſidē ꝓfecti ſunt ⁊ vt eccl'iaſtica hiſtoria habet ad abagarū regē venit in ediſſa ciuitate qui epl'az ad xp̄m an̄ paſſionē eiꝰ ↄſcripſit cui xp̄s ſcripto r̄ndit: q̄ cū irremediabili corporis morbo tenebat quē cū ab infirmitate liberaſſet deinde cū ſymone apl'o martyriū cōpleuit. Sepultus i netri armenie vrbe: cuiꝰ feſtiuitas quinto kal. nouembris celebrat. Scripſit aūt iudas hic epl'am breuem: que ex ſeptem canonicis vltima habet.

Diaſcorides



Diaſcorides medicus grecus ⁊ militaris diſcipline vir in herbaria arte his temporibus admirabilis fuit. Et herbarū virtutes arboꝝ lapidū aromatū accuratiſſima doctrina cōſcripſit: imo vt de ſeipſo teſtat: quecūq̧ (inq̄t) poſui nō ex opinione aut fama cogniꝰ: ſ ex electione ⁊ experimēto didici: de quo etiā Plinꝰ mentionē facit.

Symon apoſtolus



Symon cleophe filiꝰ ⁊ dñi nr̃i iħu xp̄i apl's ac cõſobrinꝰ: appellatꝰ chananeus germanꝰ ibadei fuit q̃ dictus eſt iudas. Zelo dñi ferues par in cognomẽto petri: cui in ſorte p̄dicationis egypti principatus aduenerat poſtq̃ꝫ circũquaq̃ꝫ xp̄i euãgeliũ p̄dicaſſet ⁊ ex ꝯſenſu aploꝝ poſt martyriũ iacobi apl'i hieroſolimitanã rexit eccl'iã. Cũ aũt centeſimũ ⁊ vigeſimũ ageret annũ ⁊ ad ſimulachrũ ſolis cũ iuda apl'o ꝑductus fuiſſet vt oſtẽderẽt ea plena eſſe demonibꝰ p̄ceperũt vt ea cõfringerent. Ethiopes nigri egreſſi idola cõfregerũt. Qd' pontifices vidẽtes in apl'os irruerũt eos trucidãtes. Et vt alij hñt apd' atticũ cõſularẽ ab hereticis accuſatus qd' xp̄ianus eſſet poſt multa ⁊ grauiſſima ſupplicia: iuſſus eſt ſimili quã dñs ꝑtulerat paſſione vitã finire: oibus admirantibus ꝙ tam ſenex id crucis ſuppliciũ pati potuiſſet. alij ſymonẽ cleophe filiũ ep̄m hieroſolyme fuiſſe atteſtanꝰ. Verũ paſſus eſt quinto kalẽdarũ nouẽbris. quo etiam die feſtũ beati Iude apl'i eius ſimili honore celebraꝰ.

Petronella



Petronella virgo ſacratiſſima diui petri apl'i filia ⁊ quidẽ pulcherrima de volũtate petri febribus laborabat a diſcipulis aũt interrogatus cur illã egrã nõ curaret: ⁊ plures alias ſanaſſet. ait: ſic ei expedire. p̄cepit tñ vt eis miniſtraret deinde rediret ad lectũ. At vbi in timore dei ꝑfecta eſſe cepit; ſanitatũ remedia a patre recepit. Eã q̃ppe cũ flaccus comes inuitã cõiugio ſibi ſociari vellet: tridui inducias poſtulauit: q̃ in tp̄e ieiunijs ⁊ orõibus vacãs tercio die ſtatim vt xp̄i dñi nr̃i ſacrm̃ a ſctõ nicomede p̄ſbytero accepit emiſit ſpũ. Quãobrem flaccus vidẽs ſe ſore deluſum eueſtigio ſelicolã eius ſociã ⁊ nicomede p̄ſbyteꝝ varijs tormẽtis vitã finire coegit. Corpus eius rome ſepultũ fuit. Eius diei celebritas vltima Maij obſeruaꝰ.

Lazarus marte ⁊ marie magdalene ſoroꝝ germanus ⁊ maſſiliẽſis ep̄s. quẽ dñs noſter iħs xp̄s a mortuis ſuſcitauerat: ⁊ ipſe terciodecimo imperij claudij anno: ſecunda morte migrauit ad dñm. Cuius etiã ſoror martha nõ lõge poſt ꝑ annũ eñ in quo toto febricitauit: ſibi reuelato a dño in pace quieuit: quã beatꝰ frõtinꝰ ſepulture tradidit. in q̃rũ venerabilẽ mẽoriã nõ lõge a bethania poſtea extructa fuit eccl'ia. vbi (vt diuꝰ ait hieronimꝰ) e vicino domꝰ eoꝝ cõſeruabaꝰ. Marcella vo eiꝰ pediſſequa ꝯſcripſiſſe vitã eiꝰ dr̃: q̃ poſtea i ſclauoniã pergens: ⁊ plꝛes ad fidẽ ꝯuertẽs: pꝰ decẽ ãnos a dormitiõe marthe i dño q̃euit huiꝰ q̃ppe ſctiſſimi viri lazari ⁊ ſoroꝝ relique apd' vrbẽ maſſiliã p̄cipuo venerant obſeq̃o. eiꝰ feſtiuitas. i 6. kal'. ianuarij celebraꝰ.

Lazarus



Mathias apoſtolus



Mathias apl's natiõe bethlamites ex tribu iuda ꝓgenitus. q̃ poſt aſcẽſionẽ dñi ab apl'is ſorte i eoꝝ nũero fuit electꝰ. ſicut lucas in actibꝰ aploꝝ ꝯteſtatꝰ eſt. ⁊ poſt aduẽtũ ſpũſſancti iudeã i ſortẽ accepit p̄dicationi ⁊ miraculis inſiſtebat. Narrãt certi ex hiſtoria eiꝰ q̃ treueris cẽ debet. ꝙ mathias i lege dñi erat doctiſſimus: corꝑe mũdus: aĩo prudẽs: i ꝯſilio ꝓuidus: i ſermone expeditꝰ. iudei ei aduerſãtes: cũ de blaſphemia accuſabãt iõ duos ſtatueꝛt q̃ cũ lapidibꝰ oppeterẽt: a q̃dã aũt inter hec tormẽta ſecuri ꝑcutiꝰ: extẽſis manibꝰ ſpm̃ deo reddidit. Cuiꝰ corpꝰ inde romã: ceteri paduã: reliq̃ treuerꝫ trãſlatũ ferũt. Eius aũt natale. vj. kal'. marcij celebraꝰ. Licet de tp̄e eiꝰ martyrij varie referanꝰ ſñie. Certũ tamẽ eſt eũ in locũ iude ſcariothis ſubſtitutuꝫ ab apl'is fuiſſe cum diuina ſors ſuꝑ eum cecidit.

Lucas euãgeliſta



LUcas euãgeliſta xp̃iqꜫ diſcipulus natiõe ſyrus ex antiochia arte medicus ⁊ greci ſmonis nõ ignar⁹: ſectator pauli apl'i: ⁊ oĩs eius pegrinationis comes indiuidu⁹: ſine vllo crimine fuit: hic cũ duo intellexiſſet eſſe euãgelia p matheũ quidẽ in iudea: ⁊ marcũ in italia. ⁊ ipſe inſtigãte ſpũſancto in achaie ptibus ,put a paulo didicerat ſuũ ꝯſcripſit euãgeliũ: de q̃ paulus. Miſim⁹ inq̃t cũ illo frẽm cui⁹ laus ẽ ĩ euãgelio p oẽs eccl'ias. Et ad colloceñ. Salutat vos lucas medicus chariſſim⁹ meus. Suũ tñ euãgeliũ nõ mõ ab apl'o paulo didicerat: ſ etiã a ceteris apl'is vti narrat. ſicut tradiderũt nobis q̃ ab inicio ipſi viderũt: ⁊ miniſtri fuerũt ſmonis: ferũt etiã eũ a btã dei genitrice maria (cuius familiaritate vſus fuerat) edoctũ fuiſſe. Hic etiã cũ picture artis edoctus eẽt: ꝓpter ꝯuerſationẽ quã iugiter cũ btã virgine habuerat (vt ſcribit Damaſcen⁹) ei⁹ imaginẽ pluries depinxit. E q̃bus nũc rome due ꝓhibenẗ: quarũ vna apud ſanctam mariã de ppl'o maxia veneratiõe cuſtodiẗ. Cõſcripſit ⁊ actus apl'oꝝ ,put ip̃e viderat. Cũqꜫ q̃tuor ⁊ .lxx. annis ſine vxore pmãſiſſet in bithinia .18. die octob. diẽ obijt. Cui⁹ oſſa vigeſimo ꝯſtãtij anno ꝯſtãtinopolim trãſlata fuerũt. nũc padue ĩ baſilica ſctẽ iuſtine quieſcũt.



Euax rex

EUax arabũ rex inſignis pħs ⁊ medicus ⁊ rhetor tẽpeſtate hac floruit. Qui inẗ cetera ſue doctrine opa: volumẽ de medicinis optimũ a ſe cõpoſitũ neroni trãſmiſit. in quo nõ ſolũ herbarũ medicinaliũ: ſed ⁊ lapidũ ſpẽs noĩa ⁊ colores: ac q̃bus in regionibus valeãt repiri ſcripſit. de quo etiã plini⁹ meminit. Tleſſus qꜫ valẽs alter medicus grecus: meſſalie adulterio nobilitatus: multã nactus potẽtiã rome ĩ medicinis nouã ſectã inſtituit: ⁊ ſe tam veteribus qꜫ nouiſſimis effrenata temeritate prepoſuit. Ypocratẽ ſupplãtauit. ipſum tñ Galienus ignorãtiſſimũ fuiſſe oſtendit.

Maria magdalena



MAria magdalena inſigniſſima xp̃i apl'a ab adoleſcẽtia ſua (ut ſacra ei⁹ hꝫ hiſtoria) cũ eẽt cũctis puellis pulchritudine p̃lata: ex marthe ſororis lazariqꜫ germani ſñia ĩ magdalũ caſtellũ marito tradita fuit. Sꝫ ꝯſeſtim voluptatũ fallacia vanaqꜫ leticia ſeducta: hieroſolimam petijt: magnaſqꜫ opes p̃rimonij inter ſe diuidẽtes: marthe bethania caſtellũ ꝓpe hieroſolimã ei caſtrũ magdalũ a q̃ nomẽ ſortita ꝯtigit. Lazaro aũt militie vacãti ps nõ modica hieroſolimoꝝ. hec q̃ppe generis ſui imemor peccatrix euaſit. verũ dño ihũ p̃dicãte culpas ſuas punire cepit ⁊ ad eũ ĩ domo ſymõis leproſi ꝯuiuãtẽ venit: ad pedeſqꜫ ei⁹ retro acceſſit: vbi vbertĩ lachrimas effũdẽs pedes lauare cepit: ⁊ capillis capitis ſui tergẽs exoſculabaẗ: vngẽtoqꜫ p̃cioſiſſio vngebat (vt ſacra hꝫ hiſtoria) dñs ad illã inquit O mulier remittunẗ tibi pctã tua vade ĩ pace. deinde xp̃o q̃ad vixit ardẽti ſſime adheſit. Eius qꜫ dilectiõe lazarũ frẽm quatriduanum a mortuis ſuſcitauit. Optimãqꜫ ptẽ (eo teſtãte) elegit poſt dñi aſcẽſione diuino nutu maſſiliã venit: deniqꜫ diuine cõtẽplatiõi auida: aſprimã heremũ petijt in loco diuinit⁹ p̃pato: trigita annoꝝ ſpacio hoĩb⁹ incognita mãſit vbi nec aq̃ꝝ fluẽta: nec arboꝝ ſolacia ⁊ q̃libꝫ die ſeptẽ horis canonicis ab angel' ĩ ethera eleuabaẗ ⁊ celeſtiũ agminũ gl'ioſos ꝯcent⁹ corpalib⁹ etiã aurib⁹ reficiebaẗ. vñ dieb⁹ ſingulis bis ſuauiſſimis ſaciata ꝯuiuijs p eoſdẽ angeloſ ad ꝓpriũ locũ ĩde reuocata alimẽtis corpalib⁹ nullaten⁹ ĩdigebat. tãdẽ reuelata p hẽmitã maximino epõ q̃ eã dñica die in aurora cũ de corpe migratura eẽt expectauit q̃ appẽs duob⁹ cubitis a terra eleuata ĩ medio ãgeloꝝ multo lumine circũdata ſũpta eukariſtia cũ lacrimis ſpũm deo reddidit vndecio kal. auguſti.

Linea ſummoꝝ pontificum

Clemens



Anno mundi. 5294. Anno chriſti. 94.

Clemẽs patria romanus de regione celij mõtis. patre fauſtino domiciani tꝑibꝰ fuit: poſt cletũ põtificẽ ſedit annis. 9. diebꝰ. 10. q̃rtus igit̃ erat rome epiſcopꝰ poſt Petruz. tametſi plerıqꝫ latinoꝝ ſecundũ putauerũt. vt ex ep̃la ad beatũ iacobũ hieroſolimitanũ ep̃m miſſa conſtat. Verũ hic oĩm modeſtiſſimꝰ Linũ ⁊ Cletũ ſponte ſibi in tanto labore pretulit. Qui cũ doctrina ⁊ religione ac pietate inſignis haberet̃ ep̃las eccl̃ie noĩe edidit. Deinde eccl̃iam romanam inſtitutis ⁊ moribꝰ cõfirmaturꝰ. cõſtituit ne quis vnq̃ ep̃s abſente diacono celebrare preſumeret. Vetuit itẽ laicis ne quẽ clericoꝝ accuſare preſumerẽt. ⁊ regiones ſeptẽ notarijs diuiſit qui diligẽter res geſtas martyrũ ſcriberẽt. Clemens aũt pietate religione doctrina multos ad fidẽ xp̃i quottidie traducebat. Quãobrem. P. tarquiniꝰ ſacroꝝ princeps cũ Mamertino vrbis prefecto traianũ in chriſtianos concitat cuiꝰ imperio in inſulã clemẽs deportat̃: vbi ad duo milia chriſtianoꝝ ad ſecãda marmora damnatoꝝ inuenit. Dum ibi aque penuria laboraret̃ quã ſexto miliario reperebãt clemẽs populi neceſſitate cõmotus collẽ haud lõge poſitũ ꝯſcẽdẽs agnũ vidit: ſub cuiꝰ dextro pede fons diminutꝰ abũdantẽ aquã ſcaturiebat: q̃ q̃dẽ ⁊ recreati oẽs ſunt: ⁊ m̃lti ad fidẽ cõuerſi. Vñ motꝰ traianꝰ ſatellites quoſdã miſit q̃ alligata collo eiꝰ anchora eũ decimo kal̃. decẽbris ĩ mare ꝓiecerũt. cuiꝰ ſacratiſſimũ corpꝰ nõ multo poſt ad littꝰ delatũ eſt atqꝫ eo loci ſepultũ vñ fons emanauerat: eiꝰ in morte dies. xxij. ſedes vacat.

Anacletus



Anno mundi. 5303. Anno chriſti. 104.

Anacletus natione grecus patria athenienſis antiocho patre natꝰ Clemẽti in põtificio ſuccedit Nerue traiani tꝑibꝰ. hũc Euſebiꝰ pretermittẽs dicit ipſuz eſſe cletũ. Damaſus tñ in cronica ſua cletũ ab anacleto patria ⁊ genere mortis differre oſtẽdit. Nã cletꝰ natione romanꝰ ſub domiciano. Anacletꝰ vo athenienſis ſb traiano morit̃. Hic aũt ⁊ mẽoriã Petri cõpoſuit. ⁊ ſeorſuz a plebe loca vbi martyres ſepelirent̃ aſſignauit. ⁊ ſacris ordinibꝰ ſemel menſe decẽbri habitis presbyteros q̃nqꝫ: diaconos tres: ep̃os diuerſis in locis ſex numero creauit. Eã ⁊ inſtitutis ⁊ moribꝰ romã eccl̃iaz ꝯfirmaturꝰ. Cõſtituit ne ep̃s a paucioribꝰ q̃ꝫ a tribus ordinaret̃ ep̃is: ſimplex vo ſacerdos ab vno ep̃o. ⁊ ne ep̃s alienos ſbditos ordinare p̃ſumerẽt. Tãdẽ ſb traiano p̃ncipe vltio ſupplicio ꝑempto vacat ep̃atꝰ diebꝰ. 13. ſedit aũt annis. 9. menſibꝰ duobꝰ dies. 10.

Euariſtus



Euariſtus papa natione grecus: patre iudeo noĩe iuda ex bethleem ciuitate vir ſane iuſtus ⁊ integer: titulos in vrbe roma primus presbyteris diuiſit: ⁊ ſeptẽ diaconos in ordinẽ redegit: qui cuſtodirent ep̃m predicantẽ ꝓpter ſtilũ veritatis idẽ cõſtituit ne plebis in ep̃m accuſatio reciperet̃. Vetuit clãdeſtina m̃rimonia: ⁊ vt ſponſus ⁊ ſponſa a ſacerdote benedicerent̃. Ordinationes ter habuit menſe decembri: ac presbyteros ſex: diaconos duos: ep̃os ꝑ diuerſa loca numero quinqꝫ creauit. Deniqꝫ vt quidã tradũt martyrio coronat̃ vltimo traiani principis anno. Sed melius cenſent qui ſub hadriano nõdum in chriſtianos placato id ei contigiſſe ſcribunt. Annis enim nouem ſedit menſibꝰ decem diebus duobus. Sepultus eſt aũt in vaticano apud beati Petri corpus vj. kal̃. nouembris. Vacat tum ſedes dies. xix.

Iohannes miſſus in oleum



Perſecutionẽ ſecũdã chriſtianoꝝ Domicianus. xij. ſui imperij anno poſt neronẽ in chriſtianos exercere cepit. in qua ⁊ Iohannes ap̃lus ⁊ euãgeliſta a domiciano imꝑatore romã adductus poſt immiſſionẽ in olei feruentis doliũ ex quo illeſus exiuit: in pathmos inſulam relegatus eſt. Poſt obitum domiciani ab exilio reuocatus epheſum reuerſus eſt. Domicilla virgo ſanctiſſima flauij clementis ex ſorore neptis: quã idem ſanctus clemens ſacro velamine cõſecrauerat: ſub hac perſecutione in pontiã inſulã deportata: longũ exiliũ paſſa. In cubiculo a quodã tyrãno cũ euphroſina ⁊ theodora atqꝫ alijs virginibus exuſta eſt. Nicomedes item romanus presbiter ſub hac domiciana perſecutione rome in via numentana paſſus eſt. Hermocoras quoqꝫ aquilegienſis archiepiſcopꝰ diui marci diſcipulus cũ multa genera penarũ expertus fuiſſet: ad vltimum cum fortunato archidiacono ſuo capitali ſententia perpetuã gloriã ſibi comparauit: licet alij dicant eum ſub nerone ſecuri percuſſum martyriũ compleuiſſe. hic ſyrum papienſem epiſcopũ habuit diſcipulum. Paſſiqꝫ ſunt inter ceteros Cletus ⁊ Anacletꝰ apoſtolici ⁊ alij quoqꝫ multi.

TItus primꝰ veſpaſiani filiꝰ vndecimꝰ romanoꝝ imꝑatoꝝ: patre defūcto imperare cepit: vir certe natura beniuolētiſſimꝰ. virtutē aūt titi filij veſpaſianus tanti ſemꝑ fecit: vt tumultuantibꝰ quibuſdā ob cupiditatē imperādi dixerit aut neminē aut filiū imꝑio potiturū: ⁊ merito quidē cū ob virtutē ⁊ integritatē animi titus amor ⁊ delicie humani generis haberet̃. Nam ⁊ eloquētiſſimus in pace ⁊ fortiſſimꝰ in bello: ⁊ clementiſſimꝰ in delinquētes eſt habitus. Ita comis ⁊ liberalis vt nulli quicꝫ negaret: hoc cū reꝑhenderēt amici: rn̄diſſe fert̃ nemine a vultu principis triſtem diſcedē oportet. Addidit ⁊ illud: recordatꝰ: ꝙ nihil cuicꝫ muneri dediſſet: amici diē ꝑdidi. Qui ⁊ latine grececꝫ lingue peritiſſimus fuit. Ideo aſcanij pediani viri doctiſſimi familiaritate delectatꝰ eſt. Hic capta iudea euerſis hieroſolimis: tēplocꝫ ſolo equato: ad ſex centa milia hoīm interfecta referunt̃. licet Ioſephꝰ in eo bello captus vndecies centena milia a ferro ac fame eo bello periſſe ſcribat. captacꝫ ad centū milia ac publice venundata. Deincꝫ iudeis triūpharūt pater ⁊ filiꝰ eodē curru vecti ſubſequente domiciano equo albo inſidēte. Cuiꝰ triūphi monumēta rome adhuc extant. Inſculpta ꝗꝫ candelebra ⁊ tabule veteris legis e templo ablate apparēt. Exceſſit tandem in eadē qua pater villa pꝰ bienniū ⁊ menſes duos dieſcꝫ. xx. quā ſucceſſerat. Altero ⁊ ꝗdrageſimo etatꝭ anno: delatuſcꝫ ad ſepulchrū eſt publico luctu: ac ſi parēte orbati oēs eſſent.

DOmicianus titi frater ⁊ veſpaſiani filiꝰ duodecimꝰ romanoꝝ imꝑatoꝝ: inicia principatus quottidie ſibi ſecretū horarū ſumē ſolebat nec ꝗcꝫ amplius ꝗꝫ muſcas captare ⁊ ꝑacuto ſtilo cōfigere: vnde quidē ꝓdiens interrogatꝰ eſſe ne quiſpiā cū ceſare. Rn̄dit ꝑ iocum ne muſca quidē. Neroni ꝗꝫ aut galli ciule ſimilioꝛ quā patri veſpaſiano aut fratri moderacioꝛ tn̄ primis annis eſt habitus: mox in ingentia vicia ꝓrupit: libidinis: deſidie: iracūdie: crudelitatis: multos ex nobilibꝰ interfecit: pleroſcꝫ in exiliū miſit. Plurima tn̄ ampliſſima oꝑa incendio abſumpta reſtituit: ſed oīa ſub titulo tantū ſuo ac ſine vllo priſtini autoris mēoria. Ius ꝗꝫ diligēter ⁊ induſtrie dixit: ⁊ bibliothecas incendio abſumptas impēſiſſime reparare curauit miſſis ad alexandriā qui deſcriberent. demū criminibꝰ tantū odij in ſe cōcitauit: vt pene patris ⁊ fratris nomē aboleuerit: ⁊ ad eā demētiā venit vt ſe dn̄m ac deū vocari ſcribi colicꝫ iuſſerit. Tādē diuina ſuꝑuenīete vltione a ſuis interficit̃ in cubiculo: huiꝰ vo cadauer ꝑ veſpiliones delatū ignominioſe ſepelit̃ āno etatꝭ ſue. 55. imꝑij qntodecimo. Statura fuit ꝓcera. vultu modeſto. ruboriſcꝫ pleno. grādibꝰ oclis. ꝑterea pulcher maxīe ī iuneta.

NEru a tredecimꝰ romanoꝝ imꝑatoꝛ poſt domiciānū imꝑatoꝛ elecꝰ: iā ſenio ꝯfectus. Is moderate vite: tum publice tūꝫ priuate princeps. equiſſimū ſe atcꝫ vtilē rei publice ꝯſtituit. hic ſuſcepto imꝑio cū oīa ipſiꝰ imꝑij ſceptra: ex ꝑdeceſſoris tumultu offendiſſet: ſe equiſſimū atcꝫ vtilē oībꝰ ꝓſtare conatus eſt vnde eiꝰ oꝑa ex ſenatus decreto domiciani acta abrogata ſunt. vn̄ multi ab exilio redierę. plericꝫ vo bona ſua quibꝰ antea ſpoliati fuerant huiꝰ beneficio recepe. verū poſt primū ſui principatꝰ annū cū iam ſenio ꝑmeret̃ ⁊ mors inſtaret. reipublice cauens traianū principē in filiū ꝑ adoptionē accipiēs: ſecūdo ⁊ ſeptuageſimo etatis anno morit̃. Imperij vero ſui anno primo ⁊ menſe quarto. cuiꝰ corpus ī hortis ſaluſtianis ſepeliētes inter deos (ex ſenatꝰ decreto) retulerunt.

TRaianus genere hiſpanꝰ cognomēto vlpiꝰ crinitus: decimꝰ quartꝰ romanorū imꝑatoꝝ: imperiū accipiēs poſt neruā: militari gloria vrbanitate ⁊ moderatione oēs principes ſuꝑauit. Nā fines imꝑij longe ⁊ late diffudit. Germaniā tranſrhenanā in priſtinū ſtatū reduxit. Daciam ⁊ multas tranſdanubiū gentes imꝑio romano ſubegit: parthos recepit. albanis regē dedit. Euphratē ⁊ tigrim ꝓuincias fecit: vſcꝫ ad indie fines ⁊ mare rubrū acceſſit. Deincꝫ vbicꝫ terrarū ita ſe equalē oībus ꝓbuit: vt vſcꝫ ad iuſtiani tꝑa in creatione ꝑricipū ſit acclamatū felicioꝛ ſit auguſto ac traiano melioꝛ. Preterea vo tante comitatis ⁊ humanitatis fuit in viſendis egrotis: ſalutādis amicis: vt ei tanta benignitas vicio daret̃: vnde dictū illud imꝑatore dignū ꝓdijt. Talem priuatis imꝑatorē eſſe oportere quales ſibi priuatos optat habere: honores aūt diuicias facultates: ꝑmia bene merentibꝰ eque diſtribuit. Nihil in vita agens: qđ ad cōmunē vtilitatē nō ꝑtineret. hac tanta gloria bello domicꝫ parta: apud ſeleuciā iſaurie ciuitatē ꝓfluuio ventris perijt. anno imꝑij eius decimooctauo menſe ſexto: cuius oſſa romā poſtea delata ſunt: ⁊ in vrbe ſepulta vrna aurea in foro qđ ipſe ſtruxit ſub colūna coclide que adhuc cernit̃: cuius altitudo. cxl. pedum.

Linea Imperatorum

Titus



Domicianus



Nerua



Traianus



Thimotheus



Thimotheꝰ pauli apl'i diſcipulꝰ epheſi epꝰs filius vidue fidelis. patre tñ gentili ab eo ordinatꝰ. poſt multos ꝓ chriſto agones martirio coronaṫ. Sunt tñ qui dicũt eũ ſub nerone paſſum. Cui dũ torq̃ret duo angeli apparuere dicentes. Erige caput in celũ ⁊ vide. qui vidit celos apertos ihesum coronã gẽmatã tenentẽ atq; dicentẽ ſibi hãc de manu mea accipies. Quod ut quidã noĩe appollinaris vidit ſe baptizari fecit. quapropter preſes ambos decollari iuſſit. Ad hunc paulus e laodicia duas ſcripſit ep'las.

Titus ſimiliter pauli apl'i diſcipulus cretenſiũ epꝰs poſtq; predicationis officiũ fideliſſime exercuiſſet. beatũ finẽ adeptꝰ eſt. cui Paulꝰ ex nicopoli ſcripſit ep'las. Creſcẽtiꝰ q̃z Pauli diſcipulꝰ q̃ ſupioribꝰ diebꝰ ꝑ galliã trãſitũ faciẽs multos v'bo p̃dicationis ad fidẽ xp̃i cõuerterat: tandẽ q̃nto kal'. Julij in pace q̃euit.

Dionyſius



Dionyſius ariopagita pb'r clariſſimꝰ in hac ꝑſecutiõe domiciana cũ eleutherio presbytero ⁊ ruſtico diacono in parthio paſſionẽ meruit. q̃ cum a clemẽte ro. põtifice ex precepto beati Petri ad gallias predicationis gr̃a directꝰ fuiſſet. ⁊ opus dñi cõmiſſuz ardenter egiſſet. a prefecto pariſioꝝ vrbis noĩe feſtennio. vna cũ ſocijs nonagenariꝰ primis colaphiſatꝰ cõſputus ac deriſus ⁊ ſup cratem ferreã poſitus flãmis nudus extenſus ⁊ alia tormẽta paſſus fuiſſet: tandẽ genibꝰ flexis capite ꝑcuſſus martiriũ cõpleuit. deinde caput ſuũ inter brachia portauit angelo duce ad locũ vbi poſtea requieuit. Hic eſt ille dionyſius qui athenis in paſſione dñi ihesu dixit. Aut deꝰ nature patiṫ aut tota mũdi machina deſtrueṫ. Quẽ poſtea paulus apl's baptizatum diligẽter inſtruxit. ⁊ atheniẽſiuz ep̃m ordinauit: vbi maximã regionis partẽ xp̃iane fidei ſubiugauit. Deinde in gallijs ſeptĩo idꝰ octobris martirio coronatꝰ cũ doctiſſimꝰ habereṫ multa preclara reliquit ſcripta. ⁊ cũ ceteris apl'is (vt ĩ libro de diuinis nominibꝰ ipſemet teſtaṫ) dormicioni dei genitricis interfuit) poſtea cum audiſſet apl'os Petrũ ⁊ paulũ a nerone rome detentos ad eos viſendos venit. inde a clemente ep̃o ordinatus vt premiſſum eſt.

Victorinus



Victorinꝰ ſctĩtate ⁊ miraculis clarus emiterne vrbis digniſſimꝰ ep̃s. is ex vrbe ad neruã principẽ tãq; chriſtianꝰ adductꝰ ſtatim iuſſu ipſiꝰ capite deorſuz iuſpẽdiṫ in loco vbi putẽtes ⁊ ſulphuree aque emanabãt. vbi cũ ꝑ triduũ id martyriũ genus ꝓ noĩe ihesu chriſti cõſtantiſſime ꝑtuliſſet. nonis ſeptẽbris glorioſe coronatus migrauit ad chriſtuz. Sub nerua q̃z imꝑatore eutices ⁊ marcus paſſi ſunt. Aurelianus eñi ſpõſus domicille cũ intelligeret eã plus diligere hos ſctõs propter fidem ⁊ virtutẽ eoꝝ ⁊ nereum ⁊ achileũ iam martyrio coronatos ex licentia impetrata a nerua quaſi ſeruos ꝑ ſingula predia ſua diuiſit: vt terram quotidie foderent. Sed cum oĩbus gracioſi eſſent ⁊ miracula facerent. Tandẽ ab aureliano diuerſis penis occiſi ſunt. xviij. kal'. Junij.

Johannes apl'us ⁊ euangeliſta



Johãnes apl's ⁊ euãgeliſta iacobi maioris ex zebedeo frater. ⁊ matre maria ſalome chriſti ihũ prediléctiſſimꝰ. in mĩori etate ad diſcipulatũ aſcitꝰ eſt. hũc virũ ſanctiſſimũ vſq; ad traiani tp̃a ꝑueniſſe ferũt. qui cũ aſianas erexiſſet eccl'ias: nouiſſimꝰ oĩm ſcripſit euãgeliũ. ⁊ ea q̃ a matheo marco ⁊ luca conſcripta fuerũt cõfirmauit: ferũt ⁊ ob eã rem a iohãne poſtremo factũ. quo ebionitarũ dogma ꝯſurgẽs infringeret q̃ aſſerebãt ⁊ impudenter quidẽ xp̃m ante mariã nõ fuiſſe. eius eñ diuinã naturã Johãnes explicat In principio erat verbuz ⁊c̃. Scripſit ⁊ alia multa. tuz vero apocalypſim relegatꝰ a domiciano in pathmon inſulam: quo poſtea interempto ⁊ actis eiꝰ ob nimiã crudelitatẽ a ſenatu reſciſſis imꝑante nerua epheſuz redijt. ibiq; vſq; ad traianũ principẽ ꝯſilio ⁊ ſcriptis eccl'ias ſuſtentãs: ſenio cõfectus ſexageſimooctauo pꝰ paſſionẽ xp̃i anno in dñõ quieuit. Cũ eñ nonagita eẽt annoꝝ dñica die a p̃mo pulloꝝ cãtu intrãs eccl'iam: ⁊ ꝑplo p̃dicãs demũ foueã q̃drata quã ĩ eccl'ia fieri iuſſerat intrãs: luce ĩmẽſa apparẽte vt videri nõ poſſz: q̃ recedẽte fouea plena mãna ſcaturiẽte iuẽta ẽ nec repertũ ẽ corpꝰ eiꝰ. liber aũt apocalipſis (vt diuꝰ hiero. ſcribit) tot h̃z ſacrã q̃t v'ba ĩ q̃bꝰ latẽt ſnĩe:

PErſecutio xp̄ianoꝝ tercia. Cū augebaᷓ mirū ĩmodū xp̄iana reſpu. Traianus lȝ ſingularis iuſticie ꝛ humanitatis p̄nceps eſſet decimo imꝑij ſui annoꝝ quoꝝūdā malignoꝝ delatione ꝓuocat⁹. verit⁹ ne qđ detrimenti romanū imperiū inde caperet. terciā pſecutionē in xp̄ianos ꝯceſſit qua quidem multi interempti ſunt. At vo plinius ſecūdus qui tum ꝓuinciā gubernabat. miſericordia ob multitudinē interēpto rū mot⁹ ad Traianū ſcribit. Innumera hoīm milia quottidie obtrūcari. in q̄bus nihil oīno ſceleris depre/ henderet. vt aliquid qđ romanas leges offenderet: niſi hoc ſolū qđ ante lucanos hymnos xp̄o cuidā ca- nerent deo. adulteria vo aut huiuſmodi crimina apud eos illicita haberi. Unde pmotus traianus reſcri- bit chriſtianos q̄dem nō eſſe requirendos: oblatos tñ puniri oportere.

Ignacius epiſcopus



IGnati⁹ ep̄s antiochie eccl'ie terci⁹ poſt Petrū ep̄s. bti Johānis euāgeliſte diſcipul⁹ ſub hac pſecutione cū multꝭ annis rexiſſet eccl'iaꝫ a traiano ĩ antiochia capt⁹ ꝛ dānatus ad beſtias. dum romā a ſatellitib⁹ traheretᷓ quos decē leo pardos vocat. Oēs xp̄ianos in itinere oꝛone vel lr̄is in fide ꝯfirmabat. Sic inquiēs vt ihm xp̄m inueniā. ignis: crux: beſtie: cōfractio oſſiū: ꝛ toci⁹ corpis ꝯtentio ꝛ tormēta diaboli ĩ me veniāt dūmodo chriſto fruar. Cū aūt iam audiret leonū rugitū. frumētū xp̄i ſuꝫ inq̄t. dentib⁹ beſtiarū molar. vt panis mūd⁹ inueniar. Hic cū ſup montē quendā ſtaret audiuit angelos antiphonas cantātes q̄ pmot⁹ ꝛ ipſe in eccl'ia cātari inſtituit. Mariā q̄ꝫ in plurib⁹ quas ad eā ſcripſit ep̄l'as chriſtiferam ſalutat. Moritᷓ aūt martyrio vndecimo anno Traiani cuiuſq̄ꝫ reliquie antiochie iacuerunt ante portam daphnicam.

Euſtachius



EUſtachi⁹ cognomēto placidus: ipſi⁹ Traiani militū magiſter hac ſeuiſſima tēpeſtate vna cū vxore Theoſpita necnō ꝛ filijs coꝝ agapito ꝛ theoſpito. 12. kal. octobris ꝓ xp̄o martyrio coronati ſunt. quoꝝ miri legunᷓ act⁹ de cōuerſione eoꝝ. Cū princeps milicie eſſet ꝛ venationi opam daret vidit ceruū pre ceterꝭ pulchriorē cū inſecut⁹ ꝛ ĩ loco ſublimi ceru⁹ ſe firmaſſet inter cornua imago crucifixi apparuit. Cui chriſtus allocutus. inde baptiſmum accepit.

HErmes q̄ꝫ roman⁹ ciuis ꝛ illuſtriſſim⁹ vrbis prefect⁹ ab Alexandro papa cū vxore ꝛ filijs ac ſorore theodora atq̄ꝫ mille ducētis q̄nq̄ginta ei⁹ huis ꝛ coꝝ vxorib⁹ baptizat⁹. ſub hac pſecutiōe cōprehēſus p̄mo carceri mācipaᷓ. deinde cedēte gladio. 5. kal. ſeptēbris martirij gl'iaꝫ cū oīb⁹ p̄dictꝭ ꝛ alijs plurimis eſt adept⁹

Joſephus



IOſeph⁹ iude⁹ dict⁹ flaui⁹ ſacerdos ꝛ mathatie eiuſ gētis ſacerdotis fili⁹ hiſtoric⁹, q̄deꝫ celeberrim⁹ multaꝝq̄ꝫ reꝝ pitiſſim⁹: dux belli iudeoꝝ impantib⁹ p̄dictis nerone ꝛ reliq̄s a veſpaſiano ꝛ tito ei⁹ filio iudea acq̄ſita capiᷓ. ꝛ in ſuitutē honeſtā deduciᷓ. vir ſane bonus ꝛ egregi⁹ q̄ de xp̄o optime ſenſit. Is igiᷓ bello captus ac vita donatus qđ ꝛ mortē neronis. ꝛ veſpaſianū impatorē breui futuꝝ predixerat. qđ ꝛ factū eſt: ꝓpter qđ idē veſpaſian⁹ eū ab oi ſeruitute liberauit. romā deinde ꝑduct⁹ tuꝫ ciuitate tuꝫ flauia familia donatus eſt. Ubi cū eiſdē impatorib⁹ ꝑ annos quindecim feliciter vixit. In q̄bus cū ſingularis eruditionis eſſet. de iudaica captiuitate ſeptē libros ſcripſit. ꝓ q̄bus ꝛ ſtatuā (vt diuus refert hieronym⁹) rome ꝓmeruit. Scripſit deinde alios viginti de antiq̄tate iudeoꝝ ab exordio mūdi vſq̄ꝫ ad bellū iudaicū. Et alios duos aduerſus apionē grāmaticū: atq̄ꝫ alia poſt ſe reliq̄t ſcripta Que oīa a ruffino aq̄legieñ in latinā linguā trāſlata poſtea fuere. Et cū nat⁹ ioſephus diceciā qñ xp̄s cruci affixus fuerit. vixit vſq̄ꝫ ad traiani impatoris tp̄a. ꝛ rome glorioſiſſime defecit.

Stacius



P. Stati⁹ neapolitanus ſellis tñ epirotico oppido oriūdus rome floruit. ibidē de thebaico bello libros. xij. edidit. ꝛ librū de achillis infantia. Itē ſiluarū libꝝ ꝓ q̄bus rure albano donat⁹. Is admodū iuuenis claudiā apolinaris filiā duxit vxorē. achillis vero etatem ſcribere orſus morte interceptus eſt.

Marcialis



MArcus valeri⁹ marcialis in hiſpania bilbilim patriā habet rome ob ingenij ſui magnitudinem ꝛ epigrāmata cōfecta magno in precio habitus. Is ſub traiano ſenio cōfectus in patriā rediens obijt.

Stella



STellā quoq̄ꝫ patauinā poetā nō ignobilem cum his claruiſſe ferunt. hic vxorem violentillā eius litterature habuit quā vnice dilexit.

Juuenalis



IUuenalis poeta ſatyricus natione aquinas rome claruit libertini locupletis incertū alūnus an fili⁹: heres tñ. hic cū tp̄a figurate notaſſet. ſtatim ꝑ honorē militie quāq̄ꝫ octogenarius vrbe ſūmotus eſt. miſſus in egyptum cum cohorte. id ſupplicij genus placuit vt leui atq̄ꝫ ioculari delicto par eſſet. Uerū intra breuiſſimum tempus angore ꝛ tedio perijt ꝛ vſq̄ꝫ ad nerue tp̄a deuenit.

Metis vetuſtiſſima clariſſimaq́ʒ gallie belgice ciuitas mediomatricū appellata: a ſitu vrbiū circūpoſitaꝝ q̄ſi media mater triuʒ ciuitatū. ab aq̄lone eīm treuerum: a meridie tullum: ab occidēte viridunū habet: ⁊ ad oriētē ipſa ornatiſſime poſita eſt. Mediomatrices q̄ʒ ppl̄i inter belgas finitimi treuerīs leucis ⁊ triboeis hodie argētinenſibus hos metenſes eſſe conſtat. Metis vero nomē a metio ſortita eſt. Is tm̄ eam non condidit ſed vt inſtaurator ei nomen dedit vt ſcribit̄. Suffectus dederat nomen cui metius vrbi. Cuʒ ea inſignis vrbs deuicta fuit dum Julius ceſar gallias domuerat. Poſtea clariſſimus ac nobilis romanus metius eā ampliauit: maioreq́ʒ ambitu menibus circūdedit. Nā eo veniēs p̄mū nobilitatē oēm p vicina oppida: poſtq́ʒ vicinas vrbes in ciuitatē ipſaʒ ſūmo gaudio reduxit. Eiq́ʒ nomen Metis impoſuit. Hec ſcripta in lapide ſub terra reperto oſtēdūt. Tpe quo ceſar ſua gallis intulit arma. Tūc mediomatricā deuicit meti⁹ vrbē: ferunt ⁊ aliq̄ diuidunū hoc eſt montē deoꝝ dictā. A ſeptētrione eni ⁊ occidente eminere cernit̄. Poſita eſt hec vrbs ī ripis moſelle ⁊ ſalie ppl̄o frequēs: ⁊ in potētiſſimā euaſit ciuitatē epiſcopalē ⁊ a clemēte epiſcopo patruo diui Clemētis pape iā preſcripti quē petrus ordinauerat: predicationis grā directo: ſacrū xp̄i euāgeliuʒ ſuſcepit. Is clemēs nobilis patricius roman⁹: frater fauſtiniani: patris clemētis pape: a beato petro baptizatus: cuʒ gallia diuerſis erroꝛib⁹ viueret euʒ ep̄m ordinauit: ad hunc locum chriſto redimēduʒ delegit. Cū celeſte preſbytero: ⁊ felice diacono. Hi deinde in loco tribus milib⁹ ab vrbe ſemoto oratoriū in honore diui petri ꝯſtruētes. Cui gozzia nomē impoſitū. Et princeps metēſis eos in venatione repiens in vrbem adduxit. Hec aūt vrbs inclita robore viriū fortiſſima: bellis ⁊ armis ſemp aſſueta: reꝝ opulentia ditiſſima. agris: vineis: nemorib⁹: aquiſq́ʒ florētiſſima: peſtifera tm̄ cōtagiōe pene deſerta fuit: cuʒ in loco ſtatuto arenaꝝ vbi inſigne edificiū in formā theatri ab octauiano cōſtructuʒ ingēs draco latitabat: qui ſuo flatu loca inficiebat ut p portā meridionalē ⁊ orientalē ingreſſus cunctoꝝ p̄hiberet̄. beatus clemens ſua v̄tute ac doctrina ppl̄m ad cultuʒ diuinum p̄ducēs: p ſtolā ſuā hoc aīal ⁊ oē virus peſtiferum amouit ut deinceps locus iſte ab īmundis aīalibus tutioꝛ repiat̄: dein de eccl̄iam ſancti petri infra muros totius pōtificat⁹ dn̄am cōſtituit. inde p deuotionē ppl̄i optime ornata ſtephano dicata cathedralis ordinata fuit. Idem in amphiteatro baſilicā p̄fecit. extra muros oratoriū ſcti iohannis baptiſte. In ſenio q̄ʒ eccl̄iam haud multuʒ ab vrbe diſtantē p̄fecit: vt liberius ꝯtēplationi vacare poſſet: in q̄ ⁊ criptā fontēq́ʒ ſalutiferuʒ fecit. Et aū oſtiū arā in honore ſui preceptoris diui petri apl̄i: ⁊ cuʒ hunc locuʒ a ſordibus maximis dn̄o acquiſiſſet ⁊ eccl̄ie metenſi bono regimine prefuiſſet annis q̄nq́ʒ ſup̄ viginti ⁊ menſibus quatuor nono kalendas decembris ſpm̄ deo reddens vrbem metenſem ſua ſanctitate inſignē fecit.

Metis



Suetonius



SUetonius tranquillus hiſtoricus ꝛ cauſidicus ac epl'aꝝ magiſter: natione romanus ex patricia gente natus his tꝑibus apud romanos in ꝑcio fuit. Deinde ſub adriano principe carus ꝛ acceptus magne auctoritatis euaſit: eo ꝙ plinio nouocomenſi multa beniuolentia coniunctus fuerit. Hic cū eloquentiſſim⁹ eſſet vir: ꝑclarū opus de .12. ceſarib⁹ predictis edidit. In quo ꝛ m'ltas hiſtorias ꝛ annales veterū replicauit. Sed ꝛ de viris illuſtrib⁹ elegāti ſtilo librū ſcripſit. que diuus hieronym⁹ nō dedignatus eſt imitari. Itez ludicrā hiſtoriam: necnō ꝛ de genere veſtiū cōpoſuit: qḋ opus adhuc extare dicit̄. Ipſum tñ hadrianus imperator tandez a magiſtratu amonit. ꝙ cū ſabina eius vxore ꝛ imperatrice nimiā cōſuetudinē ꝯtraxiſſet: murmur quippe erat ꝙ ipſa abuteret̄: ꝑuenit aūt vſqꝫ ad antonini veri imꝑatoris tempora.

Plinius



PLini⁹ ſecūdus nouacomēſis phs ꝛ orator atqꝫ hiſtoricus celeberrim⁹ ꝑ hec tꝑa in ꝑcio habet̄. qui licet ꝑeurationes publicas ꝛ cōtinuas quottidie ſūma integritate adminiſtraret tñ liberalib⁹ ſtudijs ita oꝑam dabat: vt nō temete q̄s plura eo in ocio cōſcribē potuiſſet. Erat eñi ei acre ingeniū: incredibile ſtudiū: ſūma vigilātia. Erat ſane ſomni parciſſimi. eſtate ſi quid otij: iacebat in ſole: liber legebat̄. annotabat: excerpebatqꝫ. Nihil eñi vnqꝫ legit qḋ nō excerperet. dicere etiā ſolebat nullū eſſe librū tā malū vt nō aliq̄ ꝑte ꝑdeſſet. Perire q̄ꝫ omne temp⁹ arbitrabat̄ qḋ ſtudijs nō impartiret̄. hac intentione tot volumina ꝑegit. De iaculatione equeſtri vnū. hunc cū p̄fectus ale militaret pari ingenio curaqꝫ cōpoſuit. De vita pomponij ſecūdi duo. a quo ſingulariter amat⁹: Belloꝝ germanie. xx. quib⁹ oīa que cū germanis romani bella geſſere collegit. cū in germania militaret. Dubij ſermonis octo Nature hiſtoriarū. xxxvij. opus diffuſum eruditū: nec min⁹ variū q̄ꝫ ipſa natura. Perijt tandē cū miſſenēſi claſſi p̄eſſet. ꝛ flagrante veſuuio ad explorādas ꝓpius cauſas lyburnicas ꝑtendiſſet: neqꝫ (aduerſantibus ventis) remeare poſſet: vi puluens ac fauille oppreſſus eſt quinquageſimo ꝛ ſexto vite ſue anno

Plutarchus



PLutarchus cherone⁹ phs atqꝫ hiſtoricus eloquētiſſim⁹ traianiqꝫ p̄ceptor ac inſtitutor: ꝑ hoc temp⁹ ꝛ ingenio ꝛ auctoritate maxīo in ꝑcio habit⁹ eſt De quo policrates in ſuis hiſtorijs ſic hꝫ: plutarchus phs: hō in ſentētijs fidelis: in verbis luculētus: ꝛ in ſacrario moꝝ tāmis arbiter fuit: vt facile principis poſſet dignoſci p̄ceptor. hic itaqꝫ principi ꝛ diſcipulo ſuo regnāti: quatuor ingerere conabat̄ dei reuerentiā: ſui cultū: officialiū diſciplinā: ac ſubditoꝝ affectū ꝛ ꝓtectionē. Qui cū eruditiſſim⁹ eēt vir multos edidit libros: videlꝫ de educādis liberis. de politica cōſtitutione: de paciēcia: de homero poeta: de magiſtratuū moderatione: de ſimphoniacis: apothegmata que pleriqꝫ tñi dicta vel dicteria noiarūt. Cū apud traianū cōiunctiſſime viueret munus ꝑgratū illi ſua induſtria collegit. Vitaſqꝫ preterea multoꝝ tam grecoꝝ q̄ꝫ latinoꝝ viroꝝ illuſtriuz diffuſe eleganterqꝫ collegit. ſcripſit ꝛ alia multa.

Hi oēs ſub domiciano martyrio coronati ſunt.

Enodius martyr
Sileas martyrū paſſus apud macedoniā
Julianus eps cenomanenſis
Paulus epiſcopus
Saturninus eps Toloſanus
Ariſtarcus martyr Maron martyr
Marcialis eps zandeñ.
Eutropius eps Aquitaneñ.
Gregorius bellatus eps Eutices ꝛc.

Hi ſequētes ſub Traiano floruerunt

Herenens eps Lugduneñ.
Iouin⁹ pſbr ꝛ martyr. S. Dionyſij diſ.
Carannus carnoteñ. martyr
Lucianus beluaceñ. diſcipul⁹ beati petri
Eutropius eps cantu. ꝛ Eufroſina
Eugeus thol. Sulpicius
Santinus eps meldenſis diſ. dionyſij
Thaurinus eps eboraceñ.
Theodora. S. Seruilianus
Sagericus eps cameraceñ. diſci. dionyſij

Egeſippus



EGeſippū virū quidez ſciſſimuz atqꝫ doctiſſimū hoc etiā tꝑe floruiſſe euſebi⁹ refert q̄ inter alia a paſſiōe dñi nři ihū xp̄i: vſqꝫ ad hāc etatē oēs eccliaſticoꝝ actuū texuit hiſtorias: vt q̄rū ſectabat̄ vitā: dicendi q̄ꝫ exprimeret caracterem.

Dion phs



DIon philoſophus ex pruſie ciuitate ortus ꝑ hoc tempus clarut ꝛ de regno multa conſcripſit.

Baſilidas hereticus



BAſilidas quidā hereticus vir acutiſſim⁹ tēpeſtate hac finē fecit vite vigintitria volumina ī euāgelijs a ſe cōfecta poſt ſe reliquit. Agrippa autez cognomēto paſtor xp̄ianoꝝ ſui tꝑis doctiſſim⁹ baſilidis ꝑdicti heretici volumīa ī euāgelijs cōſcripta ſua doctrina mirifice ꝯfutauit atqꝫ deridēs ad terrorem alioꝝ.

aa

Anno mundi. 5313. Anno chriſti. 114.

Alexander papa patria romanus: pr̄e alexandro: ex regione capite thauri
natus. Vir quidē iuuenis etate: morib⁹ ſenior. euariſto ſuccedēs vſq₃ ad
hadriani tp̄a puenit. Hic q₃ ſcia atq₃ ſanctitate magnā ſenatoꝝ ptem cō uertit
ad dn̄m. Qui rei diuine curā diligentiſſime gerens nōnulla cōſtituit decreta. τ
pmo quidē decreto excōicat preſumētes legatū ap̄licū impedire. Mādauit itē
ne clericus an̄ ſecularē iudice accuſaret. Statuit q₃ vt vna tm̄ miſſa ab vno die
vno celebraret τ oblationē nō ex fermentato ſed ex azimo facerent. Idē prim⁹
ob memoriā paſſionis xp̄i in ſacrificio addidit. Qui pridie q₃ pateret τc. In-
ſtituit item vt aqua quā ſanctā appellam⁹ ſale admixta interpoſitis ſacris ora-
tionibus τ i tēplis τ i cubiculis ad fugādos demones retineret. Denū inter i
numera miracula mir q̄ balbinā q̄rini tribuni filiā ſanauit. τ ipſuz tribunū cū oī
domo baptiſaſſet: poſt ordinationes tres: q̄s habuit mēſe decēbri martyrio co
ronat cū Euentio τ Theodoro diaconis. 5. nonas maij. Sepelit q₃ i via nomē
tana vbi interfect⁹ eſt: ſeptimo ab vrbe miliario. Sedit annis decem; menſib⁹
ſeptem: diebus duobus. Vacauit aūt ſedes dies. 25.

Anno mundi. 5323. Anno chriſti. 124.

Sixtus papa natione roman⁹ patre paſtore (vel vt alij volunt) heluidio. is
diuine rei (vt par erat) curā gerens cōſtituit: ne a quoq₃ niſi a miniſtris ſa-
croꝝ myſteria: τ vaſa ſancta tangerent. marie vo a feminis. neue qd̄ ſacerdo-
tes corpale vocāt ex alio q₃ ex lineo pāno: τ quidē puriſſimo fieret. In celebra
tione vo mādauit vt ſanct⁹ ſanct⁹ deus ſabaoth cantaret. Miſſarū em̄ acta pri-
mo nuda τ ſimpliciter tractabant. Cū vero ſixti tp̄ibus ꝓpter freq̄ntes eccles
pauci reperirent qui nomen xp̄i ꝓfiteri auderent. Et galli chriſtiani preſulez ſi
bi depoſcerent eo pegrinū romanū ciuē miſit: qui cōfirmatis in fide gallis ro-
mam rediens vltimo ſupplicio afficit. At vo ſixtus vbi ordinationes ter men
ſe decembri habuiſſet: martyrio coronat; τ in vaticano apud petrū ſepelit. Se-
dit aūt annis decem: menſib⁹ tribus: diebus. xxi. Vacat tum ſedes biduo tm̄.

Anno mundi. 5333: Anno chriſti. 134.

Thelesphorus papa natione grecus: ex patre anachorita: antonini pij tp̄i
bus fuit. vir ſingularis doctrine τ virtutis. Is cōſtituit vt ſeptē hebdo-
madib⁹ ante paſca ieiuniū obſeruaret. vtq₃ i natali dn̄i ihū xp̄i noctu tres miſſe
celebrarent. Cōſtituit idē vt an̄ ſacrificiū hymnus ille cantaret. Gl'ia i excelſis
deo. At vo cū ordinationes quatuor mēſe decēbri habuiſſet. creaſſetq₃ p̄ſb̄ros
q̄ndecim. diaconos octo. ep̄os tredeci. martyriū ſubegēs apd̄ bt̄i petri corp⁹ in
vaticano ſepelit. ſedit annis vndecim: mēſib⁹ trib⁹: diebus. xxij. Vacat tum ſe-
des dies ſeptem.

Anno mundi. 5343. Anno chriſti. 144.

Higinus papa natione grecus patria athenienſis: patre philoſopho. an-
tonino pio impante theleſphoro ſucceſſit. Is vrbis rome epiſcop⁹ cū ma
xime clerū prudēter in ordinē redegit: gradus diſtribuit. Inſtituitq₃ ne templa
ſine celebratione dedicarent: neue augerent diminuerentq₃ ſine arbitratu me
tropolitani vl' epiſcopi. Voluit itē vnū ſaltē patrinū τ vnā matrinā i baptiſmo
vel ꝯfirmatione intereſſe. Vir certe doctiſſim⁹ q̄ ep̄laz eruditionis plenā de vni
tate ac trinitate dei oīb⁹ xp̄ifidelib⁹ legendā ſcripſit. Deniq₃ bene de eccl'ia dei
meritus cū ordinationes ter decembri menſe habuiſſet. morit τ apud beati pe
tri corpus i vaticano ſepelit tercio idus Januarij. Sedit annis quatuor: men-
ſes tres: dies quatuor. Sedes aūt quatriduo tum vacat.

Anno mundi. 5353. Anno chriſti. 154.

Pius papa natione italus patria aquilegienſis patre ruffino. M. antonini
veri tp̄a attigit. Habuit aūt cōſuetudinē magnā cum hermete qui librum
ſcripſit titulo paſtoris inſignitū. In quo angel⁹ paſtoris pſonā induens ei mā
dat vt oībus pſuadeat paſca die dn̄ico celebrari: qd̄ τ fecit. Conſtituit item pi⁹
ne hereticus q̄ ſpiā ex iudeoꝝ hereſi baptizaret. Rogatu praxedis ſanctiſſime
femine termas nouati in vico patricij in honorē ſororis ſue diue pudenciane de
dicauit: multaq₃ dona huic templo obtulit: τ ſepius eodē in loco ſacrificiū deo
preſtitit: vbi τ fontē baptiſmi cōſtituit. Illis aūt ſacerdotibus penā ſtatuit qui
negligentes in attractando xp̄i ſanguine τ corpe aliquid perire pmitterent. τ
vbicūq₃ deciderit lambi precepit. Verū poſt ingentes virtutes vbi i ordinatio-
tibus ſuis que quinq₃ fuere menſe decembri: preſbyteros decē τ nouē; diaco-
nos nouem τ viginti: ep̄os decem creaſſet xp̄i martyr obijt. τ apud beati petri
corpus in vaticano ſepelit quīto ydus Julij. Sedit vo annis vndecim; menſi
bus quatuor: diebus tribus. Vacauit tum ſedes dies tredecim.



Adrianus cognomēto heliꝰ cōſobrine traiani filꝰ quītdecīmꝰ romanoꝝ imꝑator. cuius origo vetuſtior a picentibus: poſterior ab hiſpanienſibus manat. cuiꝰ mater domicia paulina gadibꝰ orta. natus aūt fuit rome ac decimo etatis anno patre orbatus traianū ⁊ celiū eqtes tutores habuit. Imbutuſq; impēſiꝰ grecis ſtudijs: ingenio eiꝰ ſic ad ea ſic declināte vt a nōnullis greculus diceret. Quītodecimo anno ad patriā redijt ac miliciā inijt. deinde a traiano abductus a patria ꝓ filio habitꝰ. deinde imperiū accipiēs inter optimos ꝑncipes merito annumerādus. Is ꝑmo quidem xp̄ianis aduerſatus eſt: poſtea cognita eoꝝ religione ⁊ pietate ī eos admoduꝫ beneficus fuit. De ꝑplo romano bn̄ meritus: pater patrie ſtatim appellat. nā liberalis: ſplēdidus: magnificus: clemēs: ac vtraq; lingua eruditꝰ. muſice medicineq; artis ſciētiſſimꝰ fuit. ⁊ leges multas cōpoſuit. atheniēſibꝰ legē petentibꝰ ex draconis ⁊ ſolonis ſnīa iura cōpoſuit: ⁊ eis bibliothecā inſignem retulit. Plutarci cheronei ſexti agothoclis phoꝝ doctrina ac familiaritate delectatꝰ. fecit ⁊ rome ſui nois pontē q̄ adhuc extat. ⁊ ſepulchrū in vaticano apud tyberim quo nūc artifices ꝑ arce vtunt̄ que ſcti angeli caſtellū nūcupat̄. Mirificeq; plura alia edificauit: ⁊ potiſſimū ī iudea hieroſolymā a tito euerſam: menibus ⁊ edificijs inſtaurauit: ⁊ adeo ampliauit vt paſſionis ihū xp̄i locū intra menia ꝯcluſerit. ⁊ ex ſuo nomīe helyā appellauit. ꝑcepitq; ne cui iudeo ſed tm̄ xp̄ianis introeundi facultas daret̄. Deinde ingruēte triſtiſſima valitudīe antoninū (qui poſtea piꝰ dictꝰ) adoptauit post hec baias petijt vbi die ſexto duū iuliarū perijt morbo intercutaneo: vigeſimoſcdo impij ſui anno. vixit annis. lxxij. ac ſepelit̄ puteolis ī villa ciceroniana. Statura fuit ꝓcerꝰ. forma cōptus: flexo ad pectinē capillo ꝓmiſſa barba.

Antoniꝰ pius ſedecimꝰ romanoꝝ imꝑator: vna cū filijs aurelio lucioq; imperij principatū ſuſcepit. hic adriani gener ⁊ ꝑ adoptionē filiꝰ: paternum genꝰ e gallia originē habuit. Imꝑauit aūt tanta modeſtia ⁊ benignitate vt merito pij cognomentū adeptꝰ ſit. ac pater patrie appellatꝰ. Nulli eñ vnq; tuꝫ priuatim tuꝫ publice acerbꝰ fuit. ⁊ hoc verbū ꝑſepe dixiſſe ferūt: malle ſe vnū ciuē ſeruare q̄ mille hoſtes occidere. Tāte aūt iuſticie pius fuit: vt multi reges multeq; nationes poſitis eiꝰ iuſſu armis ad hoīeꝫ cōtrouerſias ſuas liteſq; deferrēt eiuſdēq; ſnīe ſtatim parerēt. Fuit aūt ſtatura eleuata decorus. ſed cū eēt longus ⁊ ſenex incuruaret̄ q;: tiliaticijs tabulis ī pectore poſitis faſciebat̄ vt rectꝰ incederet: fuit voce rauca ⁊ ſonora. Cū iocūditate a ſenatu diuus eſt appellatus cū oēs eius pietatē clemētiā: ingeniū: ſanctimoniā laudarent: vt cū numa pompilio bonoꝝ oīm ſnīa compari pōt. Is ꝑterea cū tyberis inundatione plurima rome vexaſſet edificia tuꝫ priuata tum publica ſua impēſa ciues ī reſtituēda vrbe liberaliſſime iuuit. Tarraconēſeꝫ ⁊ caietanū portū reſtituit. Ob hec merita populus romanus mortuo circenſes ⁊ templū cōſtituit. Perijt anno ſeptuageſimo cum imperaſſet annis duobus ⁊ viginti: mēſibus tribus: apud loriū villā duodecimo ab vrbe miliario diſtantē quaſi dormiret ſpiritū reddidit.

Marcus antoninꝰ qui ⁊ verus cognomēto phs natꝰ rome ī mōte celio educatus in eo loco in domo aui ſui veri iuxta edes laterani: vſus grāmatico greco alexandro. oratoribꝰ aūt precipue frontono. cui ⁊ ſtatuā in ſenatu petijt. Aſſcitus in imꝑatoriā dignitatē ad domū tm̄ appolonij diſcēdi cā venit. Audiuit ⁊ ſextū plutarci nepotem. Educatus q̄ꝫ in hadriani gremio illū veriſſimum nominabat. deinde vna cū L. aurelio cōmodo fratre annis decē ⁊ nouem imperiū equo iure adminiſtrauit. Bellū aūt cōtra parthos ſimul ſuſceptū admirabili virtute ⁊ felicitate geſſerūt: de hoſtibuſq; triūpharūt. Uerum nō multo poſt apoplexie morbo e medio ſublato cōmodo fratre. antoniuꝰ ſolus imperiū obtinet. Fuit aūt a teneris annis eiuſdē animi: eiuſdēq; vultꝰ in quauis fortuna. ⁊ quia benignitas nature cū doctrina in eo certabat: merito ab omnibus philoſophus appellatus eſt. philoſophia tm̄ cū a rebus bellicis nequaq̄ retardauit Nā germanos: marcomānos: ſquados: ſarmatas ingēti ꝟtute ⁊ felicitate vna cū filio cōmodo antonino ſuꝑauit: ac triūphū egit. Iturus aūt ad hoc bellū cū nō haberet vn̄ ſtipēdia militibꝰ ꝑberet: ex hauſto erario oēm imꝑatoriā ſuppellectilē: oēmq; ornatū vxoris ī foro traiani haſte ſubiecit. Uerū cū poſtea ſuperato hoſte ī patriā redijſſet: emptoribꝰ ꝑcia reſtituit. nemī tm̄ moleſtꝰ fuit: q̄ reddē empta noluiſſet. parta victoria ī oēs de re publica meritos liberalis fuit. Tributa q̄buſdā ꝓuīcijs remiſit. leges ſeueriores nouis ꝯſtitutionibꝰ tꝑauit: his rebus geſtis factū ē: vt ab oībꝰ ita amaret̄: vt ſacrilegi nomē incurreret q̄ eiꝰ imaginē domi nō habuiſſet. Poſtremo ī pānonia ꝯſtitutꝰ repētino morte iterijt. Dimiſſo eñ filio ne ī eū morbꝰ trāſiret: nocte aīaꝫ efflauit. xviij. imꝑij āno vite. lxj

Linea Imperatoꝝ

Adrianus



Antonius pius



Marcus Antoninus verus



Lucius aurelius Cōmodus



Quarta pſecutio eccleſie tp̄e marci antonini ꝛ lucij aurelij facta eſt: m̄ltiq̄ꝫ martyrio coronati ſunt: ipſaꝫ tamē pſecutionē ſecuta eſt lues magna: que multas late ꝓuincias deuaſtauit maxieq̄ꝫ italiā adeo atꝛ triuit: vt paſſim ville ꝛ agri ſine cultore ꝛ habitatore remanerent. ab armis deniq̄ꝫ nulla vnq̄ꝫ quies erat: ſed per omnē orientem: illiricū: italiā: galliā bella feruebant. Terremotus quoq̄ꝫ nō ſine interitu ciuitatuꝫ ꝛ inundationes fluminū crebreſcebant: ꝛ locuſte agros infeſtabant.

Sophia



Seraphia



Sophia matrona nobil̄ cū tribꝰ filiabꝰ fide. ſpe: ꝛ caritate ad vrbē venit: ꝛ exēplo religiōis ſue ꝛ ſobrietatis multas nobiles femias ꝯuertit ad xp̄m qḋ cū adriano imꝑatori nūciatū fuiſſet: eas adduci iuſſit: q̄ cū pulcherrime eēnt ꝛ ī diuinis ſcḋturis erudite poſt longā cōcertatione martyrio vitā finiere ꝑ varia tormēta. Mater deinde corpa filiarū in decimooctauo miliario ab vrbe ſepeliuit ꝛ lacrimis diceret. filie mee accipite me ad vos: veluti ſopore dep̄ſſa ī pace q̄euit.

Seraphia anthiocena v̄go ꝑ hoc tempꝰ rome pro xp̄o paſſa: que miſſa ī obſcuriſſimū locū duobꝰ laſciuis viris illudēda tradita: cū illeſa ꝑmanſit: lāpadibus inflāmari: ꝛ iuſſu p̄ſidis fuſtibꝰ duriſſime ceſa: deinde gladio necata eſt. quā ſabina ꝑ eā cōuerſa ī ſuo ſepulchro poni fecit. quarto kal̄. auguſti.

Sabina



Quadratus



Sabina illuſtriſſima mulier: vxor quondaꝫ p̄claꝛiſſimi valētini ꝛ herodis metallarij filia. quā ſeraphia p̄dicta ī fide xp̄i ihu edocta: opibꝰ miſericordie inſiſtēs his tumulnbꝰ apud romā ī auentino mōte a p̄fecto vrbis rabidiſſimo noīe helpidio cū nollet ſacrificare dijs gladio ꝑcuſſa: martyrij palmam adepta eſt: quarto kal̄. ſeptēbris. Ambarū aūt corpa nūc rome in eccleſia ſancte ſabine quieſcunt.

Quadratꝰ athenieñſis ep̄s ꝛ aplor̄ diſcipulus vir vtiq̄ꝫ doctiſſimꝰ hac tēpeſtate eccliaꝫ grādi terrore diſꝑſam fide ꝛ induſtria ꝯgregās: etiā librū ꝓ xp̄iane religiōis defenſiōe cōpoſuit: plenum fidei ꝛ rōnis atq̄ꝫ aplica doctrina dignū: quo edito ad vltimuꝫ pro ipſiꝰ defenſione paſſus eſt. ſeptimo kal̄. Junij.

Quirinus



Achacius



Quirinꝰ p̄mo tribunꝰ poſtea ep̄s factꝰ: ꝑ id tēpus apō illiricū id eſt ſclauoniā ī ſciſcia vrbe. iij. nōs Junij martyr xp̄i obijt. Nā (vt prudētiꝰ ait) ligato ad manū eiꝰ molari ſaxo ī flumīe p̄cipitatꝰ eſt. ꝛ cū aſtātibus diu locutꝰ fuiſſet: ne eū terrerent ſupplicio: vix p̄cibꝰ vt mergeret̄ obtinuit. Zenō q̄ꝫ patriciꝰ romanꝰ cū decē milibꝰ ꝛ ducētis fr̄ibus rome ad guttā iugiter manantē ſub hoc tumultu ꝓ xp̄o interfectus eſt.

Achatiꝰ primiceriꝰ cū decē milibꝰ ī mōte ararath ab adriano imꝑatore ī armenia martyrio vitā finiuit qui ꝯuerſi ꝑ angelū victoriā ꝯ hoſtes obtinētes cū adrianꝰ ꝛ antoninus quē adoptauerat eos xp̄ianos eē ſenſiſſent lacrimātes eos p̄mo flagellari deinde multudinē clauor̄ acutiſſimor̄ trigenor̄ ſpargi ī terrā per xx. ſtadia iuſſerūt vt ſancti nudis pedibꝰ ſuꝑ eos incederent. angelus aūt antecedēs clauos colligebat ne lederent̄: tandem ad inſtar xp̄i martyriū paſſi ſunt: ꝛ aīe eor̄ tranſlate ad ſuperos.

Papias



Ariſtides



Papias hieroſolimitanꝰ ep̄s iohis apl̄i auditor q̄ nō tm̄ hiſtorie veter̄ diſcipulor̄ dn̄i: quātū voce ariſtonis ꝛ ſenioris iohānis adhuc viuētis delectatꝰ eſt. vn̄ apparet ex ipſa noim dinumeratione cū oīm fere aplor̄ mētionē feciſſet. aliū eſſe iohānē q̄ int̄ aplos locat̄. aliū ſeniorē iohānē quē poſt ariſtonē numerat. q̄ certe doctiſſimꝰ eſt habitus quē q̄ꝫ etiā multi ſecuti ob doctrinā ſunt vt hereneus: appollinaris: tertullianus: victorinus pictauienſis: lactancius: firmianus: quadratus quoq̄ꝫ predictus.

Ariſtides aūt athenieñſis pb̄s ſub p̄ltino habitu xp̄i diſcipulꝰ volumē nr̄i dogmatꝭ rōnē cōtinēs eodē tp̄e q̄ ꝛ quadratus adriano p̄icipi obtulit. his aūt apolegeticis libris factū eſt vt adrianꝰ iniuſtū fore exiſtimās xp̄ianos indicta cauſa vbiq̄ꝫ occidi. Minucio fundano aſie ꝓcōſuli ſcripſerit: neminē occidendum: niſi de accuſatore ꝛ crimine conſtaret.

Secundus ph̄s



SEcundus athenienſis ph̄s hoc tp̄e in p̄cio fuit qui ſemꝑ ſilentiū ſeruās pythagoricā vitā duxit: cuius taciturnitatꝭ cā hec fuit. Q̄ȯ cū matrē ꝑetā de illicito cōcubitu tēptaſſet: ⁊ illa (incognito filio) aſſentiſſet: vt cū cognouit eſſe filiū p̄e pudore ſpm̄ exhalauit: qȯ aīaduertens ſecundus id matri propter ſuā loquelā accidiſſe: hanc a ſe in poſterū exegit penā: vt de cetero vnq̄ꝫ nemini loqueretur: quod cū hadriano qui apud athenās eſſet nunciatū fuiſſet: ipſum illico accerſiri fecit. quē cū nec ſalutatione nec exhortatione aut minis a taciturnitatis ꝓpoſito retrahere potuiſſet: admiratus ipſius taciturnitatē atq̄ꝫ conſtanciā dixit. Cū iſta ſilentij lex a te nullo modo ſolui pōt: manu tū tua ꝓpleumatibus meis reſpōdere digneriſ. Et interrogans dixit. Quid eſt deus. Ille ꝯſeſtim reſcripſit. Deus eſt īmortalis mens incōtemplabilis celſitudo forma multiformis multiplexq̄ꝫ ſpiritus: incogitabilis inquiſitio: omnia continens lux indeficiens ⁊ optimū bonū. Fuere ⁊ alia multa hadriani propleumata philoſopho propoſita.

TIburtinā latine regionis ciuitatē que hodie vetus tibur appellaꝛ ꝑ hoc tēpus hadrianus imperator (vt helius ſparcianus hiſtoricus teſtaꝛ) miro ſumptu edificauit. ⁊ ex villa oppidum fecit. Hec quippe ciuitas. 16. paſſuū milibus a roma diſtare videꝛ. ⁊ iuxta anienem fluuiū in cliuoſo loco cōſtituta eſt. quam tū ciuitatē longe ante romanā vrbem a grecis originem ⁊ cōdicionē habuiſſe Strabo ⁊ Virgilius volunt. aiunt eñ ꝙ ipſius primus cōditor fuit quidā tiburtus coracis ⁊ catilli frater. Hi nāq̄ꝫ fratres thebani fuere: qui poſt thebanoꝝ interitū a patre in italia ꝓgeniti: ſinguli poſtea oppidū ex ſuo nomine ꝯſtruxere ꝙ teſtis eſt quidā mons ꝓpinquus qui catillus adhuc dicꝛ. Et corax aliud oppidum famoſum inter volſcos erexit. Fuit itaq̄ꝫ tiburtina hec quondā nobilis ciuitas cui etiā teſtimonia ꝑhibēt ꝓpinque adhuc extantes ipſius antique ciuitatis ingentes ⁊ magnifice edificioꝝ ruine: que dignitatē vetuſtatis p̄e ſe ferunt. eo ſiquidē loco tiburtinus lapis fortiſſimus fodiꝛ: qui ad cōſtruēdam conſeruandāq̄ꝫ romanā vrbē multū adiumēto fuit. Hanc eñ vrbē Fridericus cognomēto barbaroſſa imꝑator: ab alijs theotonicis ſuperioribꝰ annis dirutā reedificauit. ⁊ deinde multi ſūmi pōtifices multiq̄ꝫ cardinales auxere ⁊ multis edificijs illuſtrauē. ex hac ſimplicius roman9 pōtifex ⁊ alij viri ſcia ⁊ dignitate clariſſimi ortū habuere

Tiburtina ciuitas



Galienus medicus



Galienus medicus doctiſſimꝰ vir fuit natione grecus: patria ſibi ꝑgamū ciuitas aſie: ſtatura magnus: ſpatulas ⁊ humeros latos ⁊ groſſos hñs: colore brunus: delectatus ī cantu ⁊ alkimia. natus ex patre diuite ⁊ largo: ſciētificus ī aſtrologia ariſmetrica ⁊ alijs hmōi. Magiſtrū habuit taliū: ad medicinam diuinitus inductus. circuiēs mūdū ꝓ acquirēda ſciā: prādebat parū: ſcȝ tm̄ ficubus ⁊ pane ↄtētus cena erat ei copioſa. a paruulo deditus ſtudio medicine. decimonono em̄ etatis anno cū diſcipulis athanei de medicina diſputauit. ab eis reputatus litigioſuſ: qꝛ logicus erat. hi em̄ ſibi obijciētes dicebāt. hic q̄dē nutritꝰ in dialetica multa inde repletus cōtagione. Claruit aūt tpibꝰ diui antonini pij. Nūq̄ȝ in curis erubuit: nūq̄ȝ in ꝓnoſtico errauit. Aſſerit aūt cōſtantinus eū. C. ⁊ L. libros edidiſſe. annos tandē vixit. lxxxvij. Et vt quidā ferunt in mari mortuus eſt cū ad vidēda miracula olī xp̄i accederet ⁊ mundinus dicit. Merito ḡ medicorū princeps dici debet: qui ea in arte oēs preter hippocratē ſupaſſe credit. ⁊ hippocratis ſcripta miro explanauit ingenio.

Juſtinus pħs



Aquila



Juſtinus pħs ex neapoli vrbe paleſtine his tpibꝰ ꝓ fide xp̄i multū elaborauit: q̄ ⁊ antonino pio ꝑncipi ac filijs eius librū dedit ꝯ gentes ſcriptū: ⁊ dialogū ꝯ triphonē pīcipē iudeoꝝ habuit. Inuectus eſt ⁊ ī marcionē q̄ cerdonis dogma ſecutus: alteꝝ bonū alterū iuſtū dm asſerit: tāq̄ȝ duo ꝯ̄ria ꝑncipia creationis ⁊ bonitatis. Impugnauit ⁊ creſcentē cynicū vt guloſum: cuius inſidijs ad extremū circūuentus ꝓ dignitate chriſtiani noīs ſanguinem fudit.

Aquila q̄ȝ iudeus natiōe pōticus cū ꝑſcillia vxore edicto claudij diſcedēs vſq̄ȝ ad hec tpa (vt nōnulli aiūt) ſupuixit. ſecūdus moſaice legis interpres poſt illos ſeptuginta q̄ philadelphi tpibus fuere. ⁊ libros veteris teſtamēti ex hebreo ī grecū optīe trāſtulit ⁊ ꝓphe verba de v̄gine maria ꝓlata ad iudeoꝝ īuidiā q̄ndam aſcripſit.

Cerdo hereticus



Marcion hereticus



Cerdo q̄dā hereticꝰ a quo cerdoniani heretici nomē acceperūt: ꝑ hoc tēpus inſaniēdo vaticinare ſimulat. Aſſerebat nāq̄ȝ duo fuiſſe ꝑncipia ꝯ̄ria.

Marcion item hereticus eiꝰ diſcipulus ſtoicꝰ pħs cū mḡro ſuo delirare cepit: dicēs xp̄i patrē nō fuiſſe deū creatorē: q̄ ꝑ filiū mūdū fecerat. ⁊ cū aliq̄n policarpo rome obuiā factus fuiſſet. interrogaretq̄ȝ an ſe agnoſceret. cognoſco (rn̄dit policarpꝰ) ꝑmogenitū diaboli.

Valentinianꝰ hereticus



Theophilus eps



Valētinianus aliꝰ hereticus platonicus pħs a q̄ valētiniana hereſis noīata eſt: eodē q̄ȝ tpe inualuit. hi aūt valētiniani cuiuſdā platonici ſectatores dicebāt xp̄m de corpore virgīs nil ſumpſiſſe: ſed per eā tāq̄ȝ per fiſtulā quendā purum tranſiſſe.

Theophilꝰ anthiocēſis eccl'ie eps ⁊ ipſe his diebus floruit: ⁊ ꝯ marcionē ꝑdictū hereticū librū edidit impante. M. antonio. Scripſit ⁊ libꝝ ꝯ hermogenis hereſiȝ q̄ mām nō nām introducēs: deo aūt nō nature eādē cōpauit: mām elemētoꝝ ⁊ deū appellās. Tria q̄ȝ volumina cōtra etholū cōpoſuit ⁊ plura alia.

Melito epiſcopus



Appolinaris eps



Melito ſeu miletus aſianus natione ſordēſis eps frontoniſq̄ȝ oratoris diſcipulus multo in precio his tpibus fuit: ⁊ librū de doctrina chriſtiana. M. antonino tradidit. huius ingeniū tertullianus (vt ſcribit hieronymus) mirūin modū laudat: dicitq̄ȝ a pleriſq̄ȝ noſtroꝝ prophetaȝ habitū eſſe. eo q̄ multa ꝓphetica ſcripſerit teſtimonia: ⁊ alia multa.

Appollinaris aſie hieropolitanus eps huius tpe in precio eſt habitꝰ qui inſigne volumen de fide xp̄i. M. antonio ſecūdo tradidit. Scripſit ⁊ in cathaphrigas qui tunc etiā cum priſca ⁊ maximilla inſaniebant vaticinantes. Incipiente tamen montano. ſed ⁊ alios aduerſus gentes quinq̄ȝ libros ſcripſit. Extant ⁊ alij duo de veritate.

Policarpus



Policarpus iohānis apli diſcipulus. ſmirneus epūs ab eo creatus. ac totius aſie religione ⁊ doctrina tuꝫ facile princeps: hoc anno pio preſulante romā veniēs: plurimos fideliū marcianis ⁊ valentiniani falſa pſuaſione deceptos ad fidē reduxit. Cū aūt marcion obuiā habuiſſet eū primogenitū diaboli dixit. Ne gabat eñ patrē xpī deū eſſe creatorē: qui p filiū mundū fecerat. Poſtea vo impe rante. M. antonino ⁊. L. aurelio cōmodo quarta poſt neronē pſecutione ſmirne ſedente a pconſule igni crematus eſt. Cū quo etiā. xij. ex philadelphia veniētes martyriū cōſumauere. hic cū eſſet doctiſſimus ac ſanctiſſim⁹ viuā ad philippēſes purilē ſcripſit epłam. paſſus eſt aūt ſeptimo kal̃. februarij.

Praxedis



Praxedis virgo ſanctiſſima: beatiſſimi pudentis romani filia: ⁊ glorioſiſſime pudētiane vginis ſoror. virgo ſiquidē i diuina lege eruditiſſima p hoc temp⁹ vſqꝫ ad aniceti fuit poſtqꝫ patrimoniū ſuū vna cū ſorore pdiera in ſuſtentatione pauperū erogaſſet: ⁊ totū vite ſue temp⁹ ipſi⁹ vigilijs ⁊ orōnibus atqꝫ ieiunijs aſſiduis cōtriuiſſet: ⁊ vniuerſam familiā numero. 90. manumiſiſſet. At poſtqꝫ multoꝝ martyrū corpa ſepeliſſet. ⁊ ipa beatiſſima. xij. kal̃. auguſti migrauit ad dñm coronā iuſticie ſuſceptura. Et via ſalaria iuxta ſororem ſuā pudēti anā i cimiterio priſcille ſepelit. q̃ etiā die ei⁹ natale a cūctis fidelibus celebrat.

Felicitas cū ſeptē filijs



Felicitas romana femina matrona ſiquidē ſctiſſima p hoc temp⁹ vna cū ſeptē filijs ſuis ſcꝫ ianuario: felice: philippo: ſylano: alexandro: vitale atqꝫ marciale: rome martyriū ſuſcepit. Hec eñ pijſſima mulier mēte ⁊ corpe felicitas. hos ſeptē filios deū colere docuit: vt coronā martyrij acciperēt. Et primo quidē ianuarius primogenit⁹ poſt virgarū verbera: plūbatis occiſus eſt. felix vo ⁊ philipp⁹ fuſtibus mactati. Syllan⁹ pcipitio truci dat⁹ interemptus. Alexander deniqꝫ ⁊ vitalis atqꝫ marcialis capitali ſnīa ſunt puniti. Nouiſſime aūt ⁊ mater ipſa felicitas preter marū cōſuetudinē: ⁊ ipſa gladio necata eſt. A quib⁹ magnū ſpectaculū fidei noſtre ante oculos poſitū eſt. Eoꝝ dies celebrat. vj. ydus Julij.

Ptholomeus aſtronomus



Ptolome⁹ natione alexandrin⁹ phs ac inſignis aſtrologus: qui poſt tpa adriani imperatoris claruit hoc tēpore agnoſcit. qui vir pſtantiſſimus plus aſtronomie addidit qꝫ id totum quod ante ſcriptum inuenit. Nam ⁊ almageſtum opus diuinum ⁊ perſpectiuā edidit. De iudicijs etiaꝫ quadripartitū opus. ⁊ centiloquiū ac alios multos cōſcripſit libros. Vixitqꝫ annis. 88. Ex eius aūt puerbijs hec duo notāda inſerimus. Inter hoīes qui nō curāt in cuius manu ſit mūdus: hic mūdo altioꝝ eſt Et illud. Qui p alios nō corrigit: nec alij per eum corrigent. Quanto magis fini appropinquaueris tanto bonū cum augmento operare.

Aulus gellius



Aulus gellius romanus orator ⁊ inſignis quidē grāmaticus hoc tpe clarus exiſtēs agnoſcit. Qui inter cetera ſue virtutis opa: cum e roma p hiemē in atticam proficiſceret terrā. cōmētarios celebres edidit quos in libros. xix. diuidens de nocticis atticis titulo pnotauit. ideo de eo ſcribit. Si quē cecropia clarus latiaqꝫ camena eſſe iuuat: gelli ſcripta pbanda legat. Attica nox luci nūqꝫ ceſſura diurne. Ad varias artes qꝫ bene mōſtrat iter.

Montanus hereticus



Cathaphrigarum hereſis exordiū

Cathaphrigarū hereſim non deſunt qui dicant hoc tempore ortam auctore montano. Is eñ mōtanus hereſiarcha peſſimus natione phrygius nominauit ſe pachitum in phrygia ⁊ multos ſeduxit ⁊ eandē regionē cū vicinis regionibus ac multis erroribus infecit. Ibiqꝫ ⁊ priſcam ⁊ maximillā clariſſimas mulieres adeo ſeduxit: vt relictis viris ſuis ſecum publice incederent: ⁊ ſe ei⁹ inſpiratione propheciſſas dicerent. hi capadhrige donum ſpūſancti non in apoſtolis: ſed in ſe tantum traditum fuiſſe affirmabant.

Apelles hereticus



Apelles alius hereticus in grecia fuit. Is dicebat xpm non deum in veritate ſed hoim fantaſia hoibus appariuiſſe. hunc theodocion vir eruditiſſim⁹ hereticiſſimū appellat: ⁊ ſuis ſcriptis percōmode irridere conat. Tacianus quoqꝫ hereticus primo xpianus noiatus; deinde ſeueriani heretici ab eo proceſſerūt hi oēm coitū ſpurcū putabant

Anno mundi.5363. Anno chriſti.164.

Anicetus papa natione ſyrus patre iohāne de vico marco vel (vt Damaſo placet) de humiſia vir moribus inſignis: eccl'ie romane ꝯſulens ne moribus petulantiū quorūdā labefactaret. Inſtituit ne clericus vllo modo comam nutriret ſm apl'i pceptū. Neue eps conſecrari poſſet a paucioribus q̄ꝫ a tribus eiuſdē ordinis viris. ꝛ plura alia ordinauit. At vbi ex ordinationibus quinqꝫ q̄s decēbri habuit pſb'ros .xix. diaconos quatuor. epōs nouē creaſſet. martirio coronatus ac ſepult⁹ eſt ī calixti cimiterio via appia .xv. kal'. maij. Sedit ānos vndecim: mēſes q̄tuor: dies tres. Sedes vo dies .xvij. poſt eius mortē vacat.

Anno mundi.5373. Anno chriſti.174.

Sother papa natione cāpanus ex fundano oppido p̄re concordio tpibus .L. cōmodi fuit. Is ſʒ in multis piculis ꝯſtitutus: animū tñ in tātis malis ad reꝫ diuinā cōuertēs. Inſtituit ne monacha vlla pallā attrectaret. neue thus in acerrā poneret duꝫ ſacrificia fierēt. Eius extabat ep'la hac de re ſcripta ad epōs italie. Inſtituit itē ne legittima haberet vxor: niſi cui ſacerdos ex inſtituto benedixiſſet. ꝛ quā parentes ſolēni pōpa more xp̄iano marito collocaſſent: reiciēs multa picula ex preſtigijs ꝛ magicis artibus improboꝝ: q̄ ī nouas nuptias cadere ſolēt. At vbi p ordinationes q̄nqꝫ mēſe decēbris habitas pſb'ros octo. epiſcopos vndecī creaſſet: morit ac ſepelit via appia ī cimiterio calixti. ſedit ānos nouē: mēſes tres: dies vnū ꝛ viginti. vacat tuꝫ ſedes dies totidē.

Anno mundi.5383. Anno chriſti.184.

Eleutherius papa natione grecus patria nicopolitanus p̄re abundio. L. antonino cōmodo impante fuit. Is ſtatuit ne quis ob ſupſtitionē cibi genus vllū reſpueret: quo humana cōſuetudo veſceret. Noluit p̄terea quēpiā de gradu ſuo deijci: niſi accuſatus reus criminis cōuinceret. huius q̄ꝫ pontificatu ꝛ eccleſijs pax data eſt ꝛ quies: ꝛ nomē xp̄ianū p oēm terrā mirūmmodū auctū rome potiſſimū vbi multi ex nobilitate romana cū cōiugibus ꝛ liberis in fideꝫ recepti baptiſmi charactere notati ſunt. A lucio rege brittāno ep'lam accepit: vt ſe ac ſuos in xp̄ianoꝝ numerū ſuſcipet. Tandē vbi ex tribus ordinatiōibus mēſe decēbri habitis preſb'ros ac epōs ordinaſſet. Morit ꝛ apud btī petri corpus ſepelit. vij. kal'. Iunij. Sedit aūt annos .xv. mēſes tres: dies duos. Vacat tuꝫ ſedes dies quinqꝫ.

Anno mundi.5393. Anno chriſti.194.

Victor papa natione apher patre felice qui rei publice xp̄iane vt par erat curā gerens: cōſtituit vt paſca dn̄ica die a .xiiij. luna primi mēſis vſqꝫ ī .xxi. celebraret: cū prius cū iudeis .14. luna celebrabat. Cuius decretū poſtea ī cōcilio niceno cōfirmatū fuit: ne iudeos imitari videremur. hic cū doctiſſimus eēt pōtifex quedā de regionib⁹ cōpoſuit volumina: deinde martyrio morit ꝛ apud beatū petrū ī vaticano ſepelit. cuius diē feſtū q̄nto kal'. auguſti celebramus. ſedit aūt annis .x. mēſibus tribus: diebus .x. At ſedes dies .xij. tum vacat.

Anno mundi.5403. Anno chriſti.204.

Sepherinus papa natione romanus ex patre abundo: ſeueri tpib⁹ fuit vir ſanctiſſimus rei diuine magis q̄ꝫ humane intētus. Vnde ꝛ ꝯſtituit vt aſtātibus clericis ꝛ laicis fidelibus ꝛ leuita ꝛ ſacerdos ordinaret qd̄ poſtea ī calcedonēſi cōcilio ꝯfirmatū eſt. Statuit vt cōſecratio diuini ſanguinis in vitreo vaſe nō aūt in ligneo vt antea fieret. hec aūt inſtitutio poſtea īmutata fuit. Vetituꝫ eñi eſt ne in ligneo fieret ꝑpter raritatē qua imbibit: neqꝫ in vitro ꝑpter fragilitatē. ſed ex auro argentoue aut ex ſtagno vt in tiburenſi ꝛ remenſi cōcilio ſcriptū apparet. Ideꝫ preterea inſtituit vt oēs xp̄iani annos pubertatis attingētes ſingulis annis ī ſolēni die paſce publice cōicarent. qd̄ Innocētius terci⁹ poſtea etiā ad cōfeſſionē delictoꝝ traduxit. Tandē cum ex ordinationib⁹ quatuor preſbyteros ꝛ epōs creaſſet: morit ſeueri tpibus. ac ī via appia nō longe a cimiterio calixti ſepelit ſeptīo kal'. ſeptēbris. Sedit aūt ānos octo mēſes .vij. dies .x.

Anno mundi.5413. Anno chriſti.214.

Calixtus papa natione romanus patre domicio ex regione vrbis rauennatium vir diuinus ac prudētiſſim⁹ q̄ in magna rerū ꝑturbatione cū ſceleratis impatoribus nequaq̄ꝫ ab inſtituto ſuo diſcedēs: Cōſtituit ieiuniū q̄ter in anno q̄bus tpib⁹ deinceps ratio ſacroꝝ ordinū habita eſt: cū antea decēbri mēſe fieri ꝯſu euiſſet. Cimiteriū q̄ꝫ de ſuo noīe cōdidit via appia: vbi multoꝝ martyꝝ corpora repoſita fuerāt. Verū cū palmachiū virū ꝯſularē ꝛ ſimpliciū ſenatorē atqꝫ felicē nobilē virū cū eoꝝ domib⁹ baptiſaſſet. ꝛ m'ltos pſb'ros ꝛ epōs ordinaſſet ſecūdo idus octobris ab alexandro impatore martyrio coronat: deinde ſepultus in cimiterio calopodij via aurelia tercio ab vrbe miliario. Sedit annis ſex menſibus decem: dies decem. Vacat tum ſedes dies ſex.

Linea ſummoꝝ pontificum



Commodus luci⁹ antonin⁹ dictus decim⁹ octau⁹ romanoꝝ ĩpator: poſt
M. antoninũ verũ patrẽ ſuũ impauit. q̃ natus eſt apud lanubiũ: fauſtia
ei⁹ mater pregnãs viſa ⁊ in ſomnis ſerpẽtes parere: ſed ex his vnũ fero
ciorẽ: pepit aũt comodũ ⁊ antoninũ eo mortuo. marcus p̃cepꝗ optimoꝝ cõmo
dũ erudire conat⁹ eſt. habuit litteratorẽ grecũ oneſicratẽ: latinuz capellã. orator
ei atteius. hi tñ mgr̃i nihil ei ꝓfucrũt. Verũ a prima ſtatim puericia turpis im
prob⁹ crudelis libidinoſus: auſpiciũ crudelitatis dedit anno etatis duodecimo
ꝓfect⁹ deinde cũ patre ad germanicũ bellũ neq͂ pudori: neq͂ ſumptui pepercit.
Tandẽq͂ nil cõmune cũ patre habuit: ſed oĩb⁹ incõmod⁹: niſi qꝺ ⁊ ipſe ꝯtra ger
manos adiuuãtib⁹ xp̄ianis militib⁹ feliciter pugnauit. In eo bello cũ exercit⁹ cõ
modi penuria aque laboraret: ferunt p̃cib⁹ xp̄ianoꝝ militũ aquã diuitus e celo
miſſaꝫ: pluraq͂ fulmina ĩ germanos ⁊ ſarmatos cecidiſſe. Ceteꝝ ad vrbẽ rediẽs
in oĩa luxurie ⁊ obſcenitatis dedecora ꝓlabit̃. Gladiatorijs q̃s armis ĩ ludo ne
ronẽ imitat⁹ depugnauit. plurimos q̃s ſenatores interfecit: ⁊ eos maxie q̃s nobi
litate induſtriaq͂ excellere aiaduertit: quoſdã ꝓſcripſit: vendidit etiã ꝓuincias
⁊ admiſtrationes. fuit forma quidẽ corpis iuſta: vultu inſubido vt ebrioſi ſolẽt
⁊ ſermone incõdito capillo ſp̄ fucato: adurẽs comã ⁊ barbã timore tõſoris. Tẽ
porib⁹ ei⁹ flagicioſe vite vrbs penã tulit. Capitoliũ fulmine ictũ cũ egregia bi
bliotheca maioꝝ cura parata cõcremat̃: mẽſeꝫ decẽbrẽ ad imitationẽ auguſti cõ
modũ appellari voluerit. Idq͂ poſt mortẽ abrogatũ fuit. Tandẽ mortuus hu
mani generis hoſtis adiudicatus eſt. Strãgulatus in domo veſcaliũ duodeci
mo imperij ſui anno ⁊ menſe ſeptimo e medio ſublat⁹ eſt. Corpus eius vt vnco
traheret̃ atq͂ in tiberim mitteret̃ ſenat⁹ ⁊ populus poſtulauit. Sed poſtea iuſſu
ptinacis in monumẽtũ adriani tranſlatum eſt.

Helius ptinax decim⁹ octau⁹ ro. impator nat⁹ in appẽnino ĩ villa martꝗ quẽ
poſtea marcus pretorẽ fecerat prime legionis regẽde: ſtatiq͂ rhetias ⁊ no
ricũ ab hoſtib⁹ vindicauit. deinde prefecto vrbis cũ mitiſſim⁹ fuit. cõmodo pluri
mũ placuit. fact⁹ ſexagenario maioꝛ impator rogat⁹ vt vxorẽ auguſtã faceret ⁊ fi
liũ ceſarẽ appellaret: id facere recuſauit: teſtatus ſufficere ꝙ ipſe imparet inuit⁹.
Et cũ ĩ impatore auaricia nihil turpi⁹ eſt: cũ illiberalis ⁊ ſordid⁹ haberet̃ q̃b⁹ di
midiatas lactucas ⁊ cardos cõuiuis apponeret: faſianũ nũq͂ p̃uato cõuiuio cõ
medit aut alicui miſit. Fuit aũt ſenex venerabilis ĩmiſſa barba: reflexo capillo:
habitudine corpis pinguiore: ſtatura imperatoria: eloquẽcia mediocri ⁊ magis
blãdus q̃ benign⁹. Tandẽ nemie ꝯdicẽte a iuliano iuriſperito in pallacio occi
dit̃. Imperij ſui mẽſe ſexto. Cũ tauſius quidã vn⁹ e tungris in irã ⁊ timorẽ mili
tes loquẽdo adduxiſſet: haſtã in pect⁹ ptinacis obiecit. Tũc ille p̃cat⁹ iouẽ vltorẽ
toga caput operuit atq͂ a ceteris ꝯfoſſus eſt. Milites eñ cũ ⁊ aulici odio habue
rũt. pplus mortẽ eius indigniſſime tulit: iõ p̄ ſenatũ in deos relatus eſt.

Iulian⁹ didius ſucceſſoꝛ ptinacis cũ caput ei⁹ conto fixũ milites q̃ eũ occide
rãt p̄ vrbẽ in caſtra ptulerũt. Ipſe corp⁹ ei⁹ quãto potuit honore funeratus
eſt. Cũ id ĩ pallatio repiſſet: hũc aliqui iuriſperitũ ⁊ interemptorẽ imperiũ occu
paſſe aiũt: q̃ ppetuũ edictũ cõpoſuit. Ceteri iulianũ nepotẽ magni iuliani iuriſ
ꝯſulti fuiſſe ſcribũt. cui⁹ p̄genitores de mediolano fuerũt. Fuit aũt hõ peſſimus
miſerrime viuẽs: vñ odioſus pp̄lo deſertus ab oĩb⁹: quiq͂ ſeptimo mẽſe poſtea
q̃ im pare ceperat apud pontẽ miluiũ victus: a ſeuero ciuili bello ⁊ interfect⁹ eſt.

Seuerus ro. impator iuliano didio interfecto affrica oriũdus imperiũ obti
nuit eui ciuitas lepti pater geta maiores equites romani mater fuluia ĩ p̄
ma puericia cũ lr̃is grecis ⁊ latinis imbuit̃ q̃b⁹ eruditiſſim⁹ inter pueros ludẽs
vt iudex ſedit circũſtãte pueroꝝ ordine ac iudicaret: deinde ſtudioꝝ cã romã ve
nit: deinde fiſci p̄curatoꝛ: mox tribun⁹ militaris p̄ gradus alios vſq͂ ad im̃dium
p̄uenit: parc⁹ admodũ: natura ſeuus: multis bellis laceſſit⁹: fortiſſime quidẽ rẽ
publicã lꝫ laborioſiſſime gubernauit: phie tñ admodũ ſtudioſus fuit: foris par
thos ⁊ adiabenos ſupat. Arabes aũt interiores ita deuicit: vt regionẽ eoꝝ ꝓui
ciã romanã faceret. Hãc obrẽ triũphãs vt in ei⁹ arcu ſub capitolio poſito adhuc
app̄et parthic⁹ arabicus adiabenic⁹ cognoĩat̃. Edificijs p̃terea publicis vrbem
exornauit. nã ⁊ thermas ſeuerianas ⁊ ſeptizoniũ extruxit. Cibi fuit parciſſim⁹:
exiguis veſtib⁹ vſus: leguminis patrij auidus: vini aliqũ cupidus: carnis fre
quẽter ignar⁹: ipſe decorus: ipſe ingẽs ꝓmiſſa barba: cano capite ⁊ criſpo: vul
tu reuerẽdus: canorus voce. ſ3 affrũ quiddã vſq͂ ad ſenectutẽ ſonans. Cõtinuo
tandẽ varijs ⁊ piculis diſtrahit̃. hinc a peſcennio nigro q̃ magnos in ſyria mo
tus cõcitauerat: hinc a clodio albino quẽ tñ in gallia nõ incrueto p̄lio ſupauit.
Inde in brittãniã ꝓfect⁹ deficiẽtib⁹ vere ſocijs oĩb⁹ varijs caſib⁹ afflictatus: apud eburacũ gallie morit̃ an
no impij ſui. xvij. duob⁹ filijs relictꝗ baſſiano ⁊ geta. olei tñ reliq̃t vt p̄ q̃nquẽniũ nõ ſolũ vſib⁹ ſed ⁊ totius
italie q̃ oleo egeret ſufficeret. vltima verba eius dicũt hec fuiſſe turbatã rẽpublicã vbiq͂ accepi: pacatã etiã
brittãnis relinq̃ ſenex ⁊ pedib⁹ eger: firmũ imperiũ antoninis meis reliquẽs ſi boni erũt: imbecillũ ſi mali.

Linea Imperatorum

Lucius antoninus Comodus



Helius pertinax



Didius Julianus



Seuerus



S. Lucius rex  Emerita ſoror eius



Lucius angloꝝ rex: coilli regis fuſti fili⁹ apd̃ anglos ſeu brittãnos regnũ accipiens a dño vocat': epl̃am eleutherio põtifici maxĩo miſit. qua rogabat' vt ſe ac ſuos in xp̃ianoꝝ numerũ reciper. quare fugaciũ ⁊ damianũ viros optimos eo miſit. qui regẽ ipſũ ac pp̃lm baptizarẽt. Erant tum in brittãnia pontifices quinq3 ⁊ viginti: quos flãmines vocabãt. Inter hos aũt tres archiflãmines habebant'; quoꝝ ĩ loco tres archiep̃i ꝯſtituti ſunt. p̃thoflaminũ v̾o loco p̃mitiua eccl̃ia patriarchas inſtituit. Verũ luci⁹ baptiſmo ſuſcepto: mox imobilia cũcta p̾dez gentiliũ templis collocata xp̃i eccleſijs ampliata contulit. Relicta patria regnoq3 galliã ingreſſus: deinde rhetiã petijt p̾ auguſtã ciuitatẽ ad curienſem vrbem proficiſcebat'. hos populos dño ſubiugauit virtute ac miraculis clarus ibi in pace quieuit. Emerita aũt ſoror eius in caſtello finitimo trimus appellato igne martyrio coronã eternã meruit. Eius feſtiuitas tercio nonas decembris celebris habet'. Totãq3 bauariã ⁊ rhetiã inter alpes xp̃o acquiſiuit.

Trogus pompeius



Trogũ pompeiũ hiſpanũ hiſtoricũ floruiſſe cõſtat: eo q̾ toti⁹ orbis hiſtoriã a belo Nini regis aſſirioꝝ patre vſq3 ad monarchiã ceſaris latino ꝯſcripſit ſermone. ⁊ in q̃tuor ⁊ quadraginta eã diſtinxit libros. quoꝝ epithoma id eſt abbreuiationẽ iuſtinus hiſtoricus fecit.

Dionyſius corinthioꝝ epiſcopus



Dionyſiũ chorinthioꝝ ep̃m ſotheris tp̃ib⁹ fuiſſe euſebi⁹ ſcribit qui tãte eloquẽtie ⁊ induſtrie fuit vt nõ oliũ ſue ciuitatis ⁊ ꝓuincie populos. verũ etiã aliarũ vrbiũ ac ꝓuinciarũ ep̃os ſuis epl̃is erudiret. Inſtructus eñ pauli ap̃li doctrina facilime potuit ſanctitate ⁊ eruditione alios in officio ꝯtinere. ſuiſq3 erudiuit epl̃is ex q̃b⁹ vnã ad lacedemonios aliã ad athenieſes; terciã ad nicomedieſes: quartã v̾o ad cretẽſes: q̃ntã ad eccl̃ias põticas: ⁊ ſextã ad romanos ſcripſit p̾utilẽ. Fuere ⁊ alij cõplurimi viri doctiſſimi h̾ tp̾e.

Theodocion



Theodocion genere aſianus. patria epheſin⁹ vir doctiſſim⁹ ac lr̃aꝝ ſciẽtiſſim⁹; terci⁹ diuinaꝝ ſcripturarũ interpres cũ ſuperiorib⁹ floruit; qui preter interpretationẽ ⁊ tranſlationẽ etiã alia multa de religionis xp̃iane laudib⁹ reliq̃t monumẽta. hic taciani viri eruditiſſimi p̄dicti anq̃3 ĩ hereſim incideret diſcipul⁹ fuit.

Clemens preſbyter



Maxime v̾o appellem hereticũ ſcriptis ſuis p̾cõmode irridet. qḋ deũ quẽ coleret ignorare ſe diceret. Affirmabat eñ xp̃m nõ deũ in veritate; ſed hoiem in fantaſia apparuiſſe.

Clementẽ p̄ſbꝛm alexãdrinũ virũ egregiũ ⁊ eruditiſſimũ cũ his floruiſſe diu⁹ hieronym⁹ ſcribit qui multa cõſcripſit e quib⁹ illa ſunt ſtromatũ id eſt varietatũ libri octo. Hypotipoſeon id eſt informationũ libri totidẽ. cõtra gẽtes vn⁹. hui⁹ aũt diſcipulũ origenẽ fuiſſe conſtat. extant ⁊ eius epl̃e.

Appolonius



Tertullianus



Apolloni⁹ ſenator roman⁹ vir eruditiſſim⁹ cum põtificatu eleutherij pax eccl̃ie data fuit; ſol⁹ appoloni⁹ orator inſignis martyriũ tũ paſſus eſt; habita p̾i⁹ oꝛõne de laudib⁹ xp̃iane fidei: qḋ illis tp̃ib⁹ capitale habebat'. inſigne etiã volumẽ cõmodo obtulit qḋ quidẽ p̾iocũde i ſenatu legẽ fecit. poſtea a ſuo ꝓditus q̾ xp̃ian⁹ eẽt. i 4. kal' maij ꝑ xp̃i cõfeſſione capite trũcat⁹ eſt. Mortuo appolonio mlte hereſes inualuere. Marcionis q̃ppe ſecta varie diuiſa eſt. Alij eñ vnũ principiũ fatebant'; alij duo. alij tria; fidẽ ꝓphetis abrogabãt.

Tertullianũ affricanũ patria carthaginenſem centurionis cuiuſdã p̃cõſularis filiũ: virũ ingenio ⁊ doctrina clariſſimũ. his tp̃ib⁹ floruiſſe diu⁹ hieronim⁹ tradidit. Is ad mediã etatẽ clericoꝝ noiatiſſim⁹ romane vrbis inuidia adeo ꝯtumelijs ⁊ iniurijs clicoꝝ attrit⁹ fuit. vt ad mõtani heretici doctrinã labi cõpulſus ſit. Quãobrem ⁊ multa volumina ꝯ orthodoxã ⁊ catholicã fidẽ cõponere cepit. Vixit vſq3 ad decrepitã etatẽ. vidi ego inquit hieronym⁹ paulũ quendã cõcordie qḋ oppidũ italie eſt; qui ſe beati cipriani notariũ: cũ ipſe admodũ adoleſcẽs eſſet rome vidiſſe diceret; referretq3 ciprianũ nũq3 abſq3 tertulliani lectione vnam diem preterijſſe.

Perſecutio xp̄ianoꝝ q̄nta his annis ira ac iuſſu Seueri imꝑatoris inicīū ſūpſit: cū q̄ntus a nerone pſecutionē ī xp̄ianos mouet. ꝯtinuo tñ varijs piculis ꝛ bellis diſtrahit: diuinacꝫ vltio in romanos nō defuit. qꝛ mox ciuilia bella mirūmodū eos attriuere. In qua q̄dē pſecutione hi precipue paſſi inueniunt.

Hyreneus eps



Hyreneus Lugdunēſis epiſcop⁹: vir doctiſſim⁹ tam grandeuus apud candē vrbē ꝑ chriſti noīe martyr efficit. floruerat eñ ꝙ maxime ſub cōmodo pricipe: ꝛ policarpi martyris (vt diuus ſcribit hieronym⁹) diſcipulus fuit. a quo cum eruditiſſim⁹ euaſiſſet. q̄cꝫ libros aduerſus hereſeos ſcripſit. ꝛ cōtra gētes aliud breue volumen: ꝛ de diſciplina aliud: ꝛ alia plura. Demū vo ſeuiente hac pſecutione a ſeuero poſitis in duos colles: cū ī vno crucē: ī alio ydolū poſuiſſet vt morte p crucē vel vitā p ydolū eligeret: cū populo tñ ad crucem veniēs: oēs martyrio coronati ſunt. 4. kal. Julij.

Leonides pater origenis



Leonidē etiā alexandrinū magni origenis patrem virū quidē optimū ſub hac pſecutione paſſuꝫ fuiſſe Euſebius ceſarienſis ſcribit. Cui⁹ quidē martyrium origenes decimo ſeueri ꝑtinacis anno paruulus ſubſeq̄ decreuerat: niſi diuina diſpenſatione ad multoꝝ vtilitatem reſeruatus p maternā ſolitudinē impeditus fuiſſet. Nam mater ei⁹ cū in craſtinū in publicū ꝓdire: ꝛ chriſtū cōfiteri decreuiſſet: nocte latenter veſtimenta ipſius ſurripuit. ꝛ ſic puerū a tyrannoꝝ cede reſeruauit. Ipſe aūt adoleſcens patrē ad martyriū adhortatus eſt cū ſex fratribus ꝛ matre vidua paup relinquit: redactis in fiſcuꝫ paternis bonis: q̄ꝺ chriſtū verū deū ꝓfiterent: vnde grāmatica ſibi ac ſuis victū queſiuit. Leonides aūt apud alexandriā vrbē martyrij palmā conſtantiſſime in kalendis Marcij adeptus eſt.

Eugenia virgo



Eugenia filia prefecti philippi illuſtriſſimi romani: qui miſſus fuit a cōmodo impatore in egyptū: virgo pulchra liberalib⁹ artib⁹ erudita. cuꝫ ꝓtho ꝛ iacintho eunuchis relictis parētib⁹ p helenū epiſcopū baptiſata deinde virili habitu ī monaſterio degebat: p melanciā feminā de oppreſſione accuſata: ꝛ ad prefectū adducta paratis eculeis ꝛ flāmis: cū tunicā qua induta erat ſcidiſſet femia apparuit oſtēdēs ſe filiā ei⁹. factū eſt gaudiū populi cū timore. Melancia eñ cū tota domo diuino igne cōſūpta eſt. Genitores baptizant cū tota familia. Poſtea cū matre ꝛ fratrib⁹: ꝓtho ꝛ iacintho romā reuerſi ſunt plures exemplo virtutū ad fidē ꝓuocarūt: precipue baſillā ad caſtitatē ꝑpetuā animauit: quāobreꝫ cū dia ne ſacrificare nollet cū ſaxo alligata in tyberim ꝓijcit. ſaxo rupto illeſa ꝑmanſit. Tandē poſt varia tormēta die natalis dñi miſſus eſt ſpiculator qui eā in carcere peuſſit. cui⁹ corpus nō longe ab vrbe in ꝓprio predio ſepultū eſt.

Perpetua ꝛ Felicitas



Perpetua q̄ꝫ ꝛ felicitas matrone q̄dē ſanctiſſime. ꝛ ipſe ī mauritania tiburbitanoꝝ ciuitate cū reuocato ſaturnino ꝛ ſecūdolo nonis marcij paſſe ſunt. Nā cū ſecūdolus ī carcē ꝺeceſſiſſet ipſe ſctiſſime mulieres cuꝫ reliq̄s beſtijs tradite ꝛ dilacerate martyriū ꝯſūmauē.

Narciſſus patriarcha



Narciſſus ı̄rlimoꝝ pt̄iarcha fuit circa tp̄a victoris pape ꝛ ſeueri impatoris: cū luminarib⁹ in die ſolēni oleū deeſſet: aquā infūdi luminarib⁹ ꝑcepit ꝛ nō aque in pinguedinē verſa ſplēdore luminū reddidit damorē a teſtib⁹ falſis accuſat⁹ q̄ diuina pena moleſtati deſertū locū petijt. Tandē cū ī ſenio preeſſe nō poſſet. alexander capadotie eps cū deſiderio locoꝝ ſacroꝝ ı̄rlimā ꝑrexiſſet: audita eſt vox. Suſcipite epm̄ qui vobis adeo deſtinat⁹ eſt: admittēte narciſſo hieroſolimitane eccl'ie gubernaculū ſuſcepit: deinde martyrio coronat⁹ eſt ſub decio ardente perſecutione

Julius ꝛ euſebius martyres



Euſebius potēcian⁹



Euſebi⁹ potentian⁹ vincenti⁹ ac pegrin⁹ viri nobiliſſimi romani añ hec tp̄a ſb̄ cōmodo auguſto ꝓ fide xp̄i necant. hi p̄mo in eculeo poſiti ꝛ neruis acerrime diſtēti: deinde fuſtib⁹ crudeliſſime ceſi. Sed cū in dei laude adhuc ꝑmanerēt fideliſſimi vſqꝫ ad emiſſionē ſpūs macrati fuerūt. 8. kal. octobris.

Julius ſenator ad horū doctrinā cōpunct⁹ credidit ī xp̄m cū domo ſua ꝛ baptiſmū p ruffinū pſbyterū ſuſcepit audiēs ceſar iuſſit tādiu fuſtib⁹ cedi q̄uſq; ſpm̄ exalaret. Euſebi⁹ deinde corp⁹ rapiēs ſepeliuit. io vitelli⁹ iudex ꝑcepit ei linguā abſcīdi q̄ abſciſſa laudes decātūt iō antoni⁹ credidit q̄ ī via aurelia decollatus eſt. euſebius deinde tādiu plūbatis ceſus quieuit in dn̄o.

Anno mundi.5423. Anno chriſti.224.

Linea ſūmoꝝ pontificum

Urbanus



Pontianus



Antherus



Urbanꝰ primꝰ papa: natione romanꝰ: pře ponciano. M. aurelio antonio imperatore fuit. anno xpi.ccxxiiij. ab vrbe vo cōdita nongenteſimo ⁊ .lxx. Uir ſiquidē doctrina ⁊ ſctītate vite eminētiſſimꝰ multos ſua doctrina ſingulari ad fidē traduxit. inter hos aūt valerianū virū pſtantiſſimū beate cecilie ſpōſum: ⁊ tiburciū eiꝰ frēm q̄ poſtea martyriū ꝯſtāti aīo tulere. hic multa cōſtituit mādauitq̧ ne q̄s decetero in epm̄ eligeref niſi priꝰ aut ſacerdos aut diaconus cōſecratꝰ fuiſſet. Eiuſdē q̄z inſtitutū fuit: vt eccia p̄dia ac fundos a fidelibꝰ oblatos reciperet: pariterq̧ ꝓuentꝰ clericis oībꝰ viritim: nihilq̧ cuiuſpiā ꝓuatū eēt ſed in cōe bonū qđ hodie aboleuit: tāta eſt hoīm rapacitas ⁊ libido. at vbi ex ordinatiōibꝰ q̄nquies mēſe decēbri habitꝭ p̄ſbros nouē: diaconos q̄nq̧: epos nouē creaſſet. ipſe nono kal. iunij martyrio coronatꝰ eſt. ⁊ ſepultꝰ in cimiterio p̄textati via tiburtina. ſedit annos quatuor: mēſes decē: dies.xij. Sedes aūt dies.xxx. tum vacat.

Pontianꝰ papa natione romanꝰ patre calphurnio: tꝑibꝰ alexandri imperatoris fuit. anno ab vrbe cōdita. deccclxxiiij. anno vo xpi.cc.⁊.xlviij. Uir q̄dē optimꝰ atq̧ ſctiſſimꝰ. inſtigantibꝰ ſacrificulis idoloꝝ mādato pricipis ab vrbe roma in ſardiniā inſulā cū philippo p̄ſbro deportat. vbi mltas calamitates ⁊ grauia tormēta ꝓ fide xpi in ſardinia paſſus tandē morit. Cuiꝰ corpꝰ poſtea a fabiano pōtifice romā cū magna veneratione ac totiꝰ cleri ſupplicationibꝰ reportatū eſt: ac ſepultū in via appia in caliſti cimiterio. vixit aūt ī pōtificatu annis nouē: mēſibꝰ q̄nq̧: diebꝰ duobꝰ. vacat tūc ſedes martyrio eius dies decē.

Nota ꝙ in q̄buſdā hiſtorijs habef ꝙ cyriacus ſucceſſit pōciano imediate ⁊ papatū dimiſit vt cū virginibꝰ martyrio coronaref: ſ rō tꝑis hoc nō ꝑmittit: vt pꝫ in legēda vndecim miliū v̄ginū: hūc tn̄ anno vno ⁊ tribꝰ mēſibus ſediſſe ſcribūt. In cathalogo tn̄ pōtificū poſitꝰ nō eſt cū ꝯ volūtatē patrū papatū ceſſit. Anno mundi.5433. Anno chriſti.234.

Antherus papa natiōe grecꝰ pře romulo pontifex creaf. vir optimꝰ. ſtatuit vt res geſte martyrū diligēter exq̄ſite a notarijs ſcriberent. Cōſcriptas recōdi in erario eccle mādauit: ne vna cū vita bene agentiū mēoria aboleref. Cenſuit itē epm̄ omiſſo p̄mo epatu ad aliū neceſſitatis cā ⁊ vtilitatis: non ſuiipſiꝰ ſed creditarū ouiū poſſe trāſferri. Interpoſita ſūmi pōtificis auctoritate: qđ hodie a pleriſq̧ ꝯ fit ad vtilitatē ꝓpriā reſpiciētes imo voluptatē vt habeant vnde expilēt ad vberiorē ſemꝑ reſpiciūt. nō quot oues ⁊ q̄ rōne paſcende ſint q̄rentes: qđ eſt officiū boni paſtoris: ſ ſciſcitātes quātū ſingulis ānis inde excerpi poſſit. de cura aīarū nulla fit mētio. de augēdis ꝓuētibꝰ magna quo multa iumēta ⁊ plures ſeruos ⁊ eos q̄dē ignauos ⁊ ſtolidos domi alāt. Antherus vo cū vno tm̄mō epo creato: martiriū ſubiēs ī cimiterio caliſti via appia ſepelit. iij. nōs ianuarij. ſedit ānis.xj. mēſe vno: diebꝰ xij. vacat tū ſedes dies.xiij

Tiburciꝰ ⁊ valerianꝰ



Tiburcius ⁊ valerianꝰ ciues romani p̄clariſſimi frēs quos eo tꝑe auxilio cecilie vrbanꝰ papa ad fidē traduxit latitās inter ſepulchra martyꝝ: poſt hec almachiꝰ p̄fectꝰ vrbis audiēs eos xpianos ⁊ elemoſynas diſtribuētes cōprehendēs: poſt longā cōcertationē ꝓ xpo martyriū cōſtanti aīo paſſi ſunt: quos p̄mo fuſtibꝰ cedi duriſſime fecit: ⁊ tandez gladio interfici p̄cepit. Maximꝰ vir illuſtris q̄ eos in carcē detinuit xpianꝰ effectꝰ tā diu plūbatꝭ ceſus eſt donec ſpm̄ exalaret. Cuiꝰ corpꝰ cecilia cū valeriano ⁊ tiburcio iuſſit ſepeliri.18. kalendas Maij.

Cecilia virgo



Cecilia v̄go romana corporeo decore moribus ac ſctītate ⁊ laudabili caſtitate ſplēdida: quā parētes eiꝰ vnicā habuerūt cū regijs diuicijs. valeriano iā dicto nobiliſſimo patricio iuueni mr̄imonio copularūt. quem cū vna cū fratre tiburcio ad credendū in xpm̄ ꝑdocuiſſet eos in tolerāda paſſione ſua ſuauiſſima doctrina ⁊ admonitione induxit ad ꝯſtātiā. Quā cōditionē etiā virgo ipſa ſubijt ī domo paterna. iā antea ſuo rogatu ab vrbano deo dedicata. Cū poſt mortē amboꝝ almachius amboꝝ facultates ingredi cepit. Ceciliā vt cōiugē aſtare iuſſit: mandās vt ydolis ſacrificaret. Sed cuz ad hoc a parētibꝰ vrgef: dato p̄claro r̄nſo ꝙ nollet: cū ſe ꝯfiteref eſſe xpianā. Juſſit eā almachiꝰ ī domo ſua bulienti aq̄ diu noctuq̧ cōcremari vbi illeſa māſit: q̄ audito iuſſit eā ī balneo decolari: quā ſpiculator tribꝰ ictibꝰ ꝑcutiēs neq̄q̧ caput amputare potuit. Et q2 decretū erat ne quartā ꝑcuſſionē decollādus reciperet: eā ſemiuiuente reliquit. deinde ꝑ triduū oīa ſua paupibꝰ diſtribuēs ⁊ q̄s ad fidē ꝯuerterat vrbano pape cōmēdauit. dicēs triduanas a dn̄o poſtulaui inducias vt hāc domū meā eccliam cōſecrares. his dictis ſpm̄ emiſit. Cuius corpus vrbanus inter duos epos ſepeliuit. Paſſa eſt aūt beatiſſima virgo circa annos dn̄i.cc.xx. tꝑe Alexandri imperatoris .x. kalendas decembris.

Baſſianus predicti ſeueri filiꝰ cui aurelius antoninus caracalla cognomen fuit: romanoꝝ imperator. ſeuerus em̄ cū eboraci admodū ſenex diſceſſit: filios duos ſucceſſores reliquit baſſianū ⁊ getā: ſed baſſiano nomē antonini a ſenatu voluit imponi. Itaqꝫ dictus eſt. M. aureliꝰ antoninꝰ pꝛīcꝫ ſucceſſit. nã geta hoſtis publicus iudicatꝰ eſt ac interfectꝰ. cū ad vitā eiꝰ oībus ꝓbris cōtaminatā: tum vel maxīe qꝛ papinianū iuris ciuilis alterū aſilū ſua manu necauerat. At baſſianꝰ ſumpto a ſenatu antonini noīe imperij potitus eſt ac caracalle cognomētū accepit a genere veſtis: quā pꝑlo dono dedit. Is aūt patre aſpꝛioꝛ ⁊ oī libidine intempatioꝛ: nullū genꝰ facinoꝛis ī vita pretermiſit ⁊ nouercā ſuā ī vxorē duxit. Nihil egregiū de ſe reliqt preter thermas antonianas q̄s ipſe īchoauit ⁊ alexander pfecit eos preterea capitali pena affecit q̄ remedia quartanis ⁊ tercianis collo geſtarēt. Dānati pterea ab eo ſūt q̄ ad ſtatuas minxiſſent Hic poſtremo duꝫ bellū in parthos mouet apud edeſſam ⁊ coras circūuentus occidit. vj. imperij ſui āno mēſe ſecūdo: vir egreſſus etatē q̄dragesimūtercium ānū alij eū a macrino pꝛefecto occiſū fuiſſe ſcribūt. corpꝰ eiꝰ ātoninoꝝ ſepulchro illatū ē



Baſſianus antoninus Caracalla



Opiliꝰ macrinus interfecto caracalla impīuꝫ obtinuit. q̄ pꝛefectꝰ pꝛētoꝛ erat. cū filio ⁊ albino facti imperatores nihil mēoꝛabile ex tpis breuitate geſſerūt. nã impīuꝫ eoꝝ duoꝝ menſiū ⁊ vniꝰ anni fuit. ſeditiōe militari deinde occiſi ſunt. Macrinꝰ em̄ ab heliogabolo apō anthiochiā interfectus eſt. Diadumenꝰ aūt a pꝛe antoninus dictus: ad eū pueꝝ exercitū ꝑ conatione inclinauit ꝓ impio. fuit aūt puer oīm ſpecioſiſſimꝰ ſtatura lōgiuſcula: crine flauo: nigris oculis: naſo deducto ad oēs decoꝛē: mēto cōpoſito: oꝛe ad oſcula parato hic vbi pꝛimū indumēta coccea ⁊ purpurea ⁊ caſtrēſia imperij ſigna accepit quaſi ſyderꝰ emicuit vt amaref ab oībꝰ

Diadumenus



Clodius qꝫ albinus ī gallia imperatoꝛ dictus de nobili familia. hi aūt cū parū imparūt tn̄ vꝫ maxīe qꝛ nihil mēoꝛia dignū geſſere: quidā noīa eoꝝ pꝛetermittūt. Solus tn̄ albinus ob edacitatē nomē aliqd apud paſtores ꝯſecutus eſt: vt ait cornelius. q̄ centū perſica cāpana. decē melones hoſtienſes q̄ngētas ficus paſſarias: q̄dragīta oſtrea vna cena comedebat.

Macrinus opilius Albinus



Marcus aurelius antoninus q̄ varius etiā dictus eſt imperiū ſuſcepit: hic vt putabaf caracalle filius ex ſemiamira cōcubina foꝛmoſiſſima: erant q̄ dicerent eū vulgo cōceptū. romā veniēs magna oīm expectatione imperiū adeptus. Heliogabali nomē ſumpſit a ſole cuius ſacerdos erat: edito templo: phenices em̄ heliogabalū ſolem vocant. Is matrē ſuā in ſenatum rogari iuſſit ſolaſqꝫ oīm imperatoꝝ fuit ſub q̄ mulier loco viri ſenatū ingreſſa eſt: fecit ⁊ ī colle ſenatulū id eſt mulierū ſenatū. Sed ſymiamire ſenatus ꝯſulto ſunt facta ridicula de legibus matronalibus: q̄ quo veſtitu incederēt: q̄ cui cedē aut aſſurgere deberet ⁊c. Vez ⁊ pꝛeter expectationē heliogabalus vixit vt nullā de ſe niſi flagitioꝝ totiuſqꝫ obſcenitatis mēoꝛiā reliq̄rit. Nā ⁊ ī virgines veſtales inceſtū cōmiſit: ⁊ ꝓbꝛoſas mulieres ſemꝑ domi habuit: ⁊ iracūdia incitatus ſabinū cōſolarē virū (ad quē vulpianꝰ ſcripſit) e medio tolli iuſſit. Dignitates aūt ⁊ honores malis ac flagicioſis cōmittebat. pꝛimus romanoꝝ mēſas ⁊ capſas argēteas habuit. admonētibus amicis: caueret ne ad inopiā rediger ef. Rñdit q̄d melius eē vt ipſe mihi heres ſim ⁊ vxori mee. Oppꝛeſſit ī triclinijs verſatilibꝰ paraſitos ſuos violis ⁊ floꝛibus vt aīam aliqui efflauerint libidinū genera q̄dā inuenit: hac vero inſania adeo cōtemni ceptus eſt vt tumultu militari exoꝛto: ipſe cū matre necaref. Aūt cū ei a ſacerdotibꝰ ſiris dictū eſſet vi moriturus eū paraſſe funē ſerico ⁊ cocco intoꝛtū quo vitā laqueo finiret: parauerat ⁊ gladios aureos q̄bus ſe occideret. Sed nihil valuerūt occiſus eſt ꝑ ſcurras: ⁊ per plateas tractus ſoꝛdidiſſime: ꝑ cloacas ductus ⁊ in tiberim ſubmiſſus eſt q̄rto imperij ſui anno. hic finis antoninoꝝ nomini in republica fuit.

M. Aurelius antoninus Heliogabalus



Alexander



Alexander interfecto vario heliogabalo accepit imperiū. nā aureliꝰ alexāder ſeuerus vrbe arcena genitus: cū antea ceſar a ſenatu eſſet appellatus inde auguſti nomē recepit: cui mãmea mater fuit xpiana. fuit aūt vnicū virtutis exemplar ad cōponēdā rempu. vicio ſuperioꝝ pꝛīcipū labefactatā animū adiecit. adiutores ad hanc rem habuit iuliū frontinū virū doctiſſimū. vulpianū ⁊ paulū viros ī iure ciuili pꝛeſtātiſſimos: pcul oī pompa ⁊ ambitione vixit: erat tāte prudētie vt a nemine decipi poſſet: pecunias ⁊ adulationes ꝯtēpſit: gemas reiecit: ſtatuas ſūmoꝝ viroꝝ vndiqꝫ cōquiſitas in foꝛo trāſitoꝛio locauit. thermas q̄ hodie antonine vocanf pꝛfecit ⁊ oꝛnauit. teplū xpo edificare voluit eūqꝫ inter deos recipe habuit pꝛterea xpm ipſuꝫ ⁊ abꝛahā ī lario ſuo. Alexāder igif tot virtutibꝰ inſignis iuuenis admodū imperatoꝛ erat bellū ſtatī ꝯ perſas ſuſcepit: ac xerſem eoꝝ rege ꝯſtātiſſime vicit: Diſcipline vo militaris adeo ſeuerꝰ emēdatoꝛ fuit: vt q̄ſdā etiā integras legiones exauctoꝛauerit: q̄ ſeueritate factū eſt vt militari tumultu apud magūciā in gallia occideref. tercio decimo imperij anno inſtigatione maximi. Is princeps alexāder inclamabat ſepius q̄ a quibuſdā xpianis audiuerat ⁊ tenebat: Idqꝫ ꝑ pꝛeconē ſignificauit cū aliquā emendaret. qd̄ tibi fieri non vis alteri ne feceris. quā ſn̄iam adeo dilexit vt in plateis ⁊ in publicis operibus perſcribi iuberet.

Origenes



ORigenes alexandrinus vere martyris filiꝰ: ⁊ eccłie alexandrine preſbyter pħoꝝ ac theologoꝝ oīm ſui tp̄is princeps his tp̄ibus alexandrie floruit. hic cū ab ipſis cunabulis xp̄ianiſſimꝰ eſſet: ⁊ eminētiſſimi īgenij adoleſcēs eua ſiſſet. qui decimo ſeueri ꝑtinacis anno (ꝑſecutione ī xp̄ianos mota) leonida pr̄e interempto quē adoleſcēs ad martyriū adhortatus eſt: poſt patris obitū xp̄i fideles a tyrannis ꝑ tormēta oppreſſos ꝓ poſſe fouit ⁊ ad mortē perductos intrepide animauit. Totus deinde ad religionem cōuerſus predicandi officium habuit. Tanti aūt ingenij fuit vt nulla eū lingua: nulla litteratura latuerit. Mira vtebaꝛ continētia in cibo ⁊ potu abſtinentia in rebꝰ alienis. Nā ⁊ pauptatē xp̄i imitatus eſt: ⁊ multis annis nudis ambulauit pedibus. Huiꝰ virtutem plerīqꝫ imitati martyriū ꝓ fide xp̄i equo aīo paſſi ſunt. Indeqꝫ hebianit arū hereſim impugnauit: qui ⁊ xp̄m ex ioſeph ⁊ maria natū purum hoīem dicebāt: ⁊ legē iudaico ritu ſeruandam predicabāt: hoc idē ⁊ ſymachus ſentiebat. Super lectū preterea plumis ſtratū nūqꝫ dormiuit ⁊ a carnibꝰ ſe oīno abſtinuit. Et in tm̄ caſtitatis amator fuit vt zelo fidei: licet nō ſc̄m ſciaꝫ ſe caſtrauerit. Secutꝰ illō qd̄ in euāgelio dicitꝛ ⁊ ſi pueri le habeꝛ: qꝛ ſunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerūt ꝓpter regnū dei. Ob eius doctrinā ⁊ eloquentiā ⁊ artam vitā a māmea alexandri imperatoris mater de antiochia accerſitus apud eam in ꝑcio habitus: mulierē xp̄ianā fide edoctā relinquēs: in quē alexander filiꝰ vnice pius fuit. Tanti aūt ingenij fuit origines ⁊ doctrine vt ſeptē notarij ſibi inuicē ſuccedētes homini vix ſufficerēt. Librarios habuit totidem ⁊ puellas apprime eruditas quos oēs ingenij copiā ⁊ vbertatē effundendo defatigabat: hūc quidē ⁊ ſi hoſtē ſibi porphirius deſumpſerit xp̄iani noīs acerrimꝰ perſecutor. Ita tm̄ interdū laudat vt nūc doctiſſimū pħm principē vocet. Et dicat eū oīa platonis ſecreta conſecutū. Scripſiſſe origenē ad ſex milia volumina libroꝝ hieronymꝰ ipſe refert. Errauit tn̄ (vt auguſtio ⁊ hieronymo placet) in pleriſqꝫ: maxīe do ī libro de principatu quē periarchon appellauit inde origeniana hereſis ꝓceſſit: qui dicit xp̄m qn̄qꝫ ex maxima miſericordia nō ſolū hoīes ſꝫ ⁊ apoſtatas angelos fore redēpturū. Juxta pſalmiſtā nō in ꝑpetuū ira ſceꝛ deꝰ neqꝫ ineternū cōminabitꝛ. Verū ipſe origenes vt quidā aiunt in ſcripto ad fabianū papā pn̄iam de male ꝓlatis agere videꝛ. Cauſam ſui erroris refundūt certi in ambroſiū ſuū emulū quendā qui nō emendata in publicū ꝓtulit. Ideo a nōnullis vt ab euſebio ⁊ ruffino ⁊ alijs cūmaxīe laudaꝛ. Eccłia qꝫ nōnulla eiꝰ ſcripta recipit. Deniqꝫ anno ſalutis nr̄e. 2 3 6. Et etatꝫ ſue ſexageſimo primo deficiēs apud tyrū ſepelitꝛ.

Vulpianus



Paulus patauus.



VVlpianꝰ iuriſcōſultus vir ꝑſtātiſſimꝰ alexādriqꝫ predicti aſſeſſor: hiſdē tēporibꝰ, teſte euſebio ꝓpter eximiā eiꝰ ſciam atqꝫ doctrinā apud eundē imꝑatorē maxio ī precio habitus eſt. Et ꝑ ceteris doctoribꝰ vocabula ⁊ leges antiquas explanauit. Atqꝫ alia multa monimēta ſcripto poſt ſe reliquit.

PAulus patauinꝰ ſiłr in pħia ⁊ iure ciuili celebratiſſimꝰ ꝑ hec tꝑa floruit ⁊ ad cōponendā rempublicā romanā ſuperiorū imꝑatoꝝ vicio ⁊ ſordibꝰ labefactatā alexādro predicto imperatori plurimū auxilio fuit: ⁊ nōnulla ea in facultate cōpoſuit q̄ adhuc extare videnꝛ: quē nōnulli alio tempore fuiſſe ſcribūt tanta eſt diuerſitas temporꝝ.

Julius frontinus



Tripho



IVliū quoqꝫ frōtinū pħm ⁊ in omni doctrina ſcientiſſimū cū ſuperioribus floruiſſe ⁊ alexandro auxilio fuiſſe cōſtat. Nā ⁊ ipſe multa cōpoſuit ⁊ alexandro ipſi ad res cōponēdas adiumēto fuit.

TRiphonē origenis auditorē his tp̄ibꝰ fuiſſe conſtat ad quē nōnulle extāt ep̄le: q̄ librū ꝑcipue cōpoſuit de vacca ruffa ī deutronomio: ⁊ coeq̄libꝰ etate ānalibꝰ q̄ offerebanꝛ ī lege ⁊ de diuiſiōibꝰ q̄ cū colūba ⁊ turture ab abraham poniꝛ ī geneſi vir eni eruditiſſimus fuit.

Minutius felix



Ambroſius



MInutius item felix inſignis tuꝫ rome cauſidicus dialogū ſcripſit: quo chriſtianū ⁊ ethnicū diſputantes induxit: qui octauius inſcribiꝛ. Scripſit ⁊ de fato ⁊ contra mathematicos quāqꝫ ſtilus ſuperiori nō cōueniat cuius etiā Lactancius meminit.

AMbroſius grecꝰ diaconus ꝑ hoc tēpus cōfeſſionis gloriā plurimū inſignis fuit: hic primo marcionites exiſtens ab origene correptus dn̄ice glorie inſignis fuit: huiꝰ induſtria ⁊ ſumptu etiā ad hunc infinita origenes dictauit volumina. Sed ⁊ ipſe vir nobilis ⁊ nō inelegantis ingenij obijt parū an̄ morteꝫ origenis. Reprehēſus a pleriſqꝫ ꝙ vir locuples amici ſui ſenis ⁊ pauperis moriēs nō recordatus ſit

Agapitus



AGapitus illuſtris adoleſcẽtulus ꝑ hoc tempꝰ apud preneſtinã ſabinoꝝ vrbẽ quidem eius iuſſu alexãdri imperatoris martyrio coronat᷑. Ipſe ei cũ qn decim eẽt annoꝝ ⁊ amore xp̄i martyrio flagraret: ab imperatore cõprehendit᷑. ⁊ primo neruis crudis cedit᷑: deinde vrbis preſidi vt ſacrificare cõpelleretur tradit᷑ q̄ eũ duriſſimo ⁊ ſqualido carceri ſtatiꝫ recluſit vbi ꝑ q̄tuor dies eidẽ cibũ oẽm negauit: inde eidẽ preſidi exhibitꝰ prunas ardẽtes eidẽ ſup caput eiꝰ apponi iuſſit. ⁊ cũ grãs deo ageret flagellis iterũ cedit᷑ ⁊ nudus capite deorſuꝫ verſo ſuſpẽdit᷑: ⁊ bulienti aq̄ corpꝰ eiꝰ pſundit᷑. ⁊ adhuc martyris xp̄i maxillas fregiſſent preſes ex tribunali corruẽs triſtẽ emiſit aĩam. Quo audito impator eũ leonibus obijci precepit. Sed fere mãſuete facte pedibꝰ martyris ſe inclinauerũt. videtes ſceleris miniſtri tulerũt ſanctũ martyrẽ ⁊ inter duas colũnas gladio pcuſſerunt ſub die. xv. kal. ſeptẽbris. Corpꝰ vo eius a xp̄ianis nocte ſublatũ: ibidẽ miliario ab vrbe primo poſitum eſt in ſarchophago nouo nutu diuino inuẽto.

Martina virgo.



Quirinus martyr



MArtina romana virgo ⁊ q̄dẽ ſctiſſima ꝑ hoc tẽpꝰ cũ eximie chriſtiane veritatis virtutiſqꝫ eſſet mulier ab alexandro principe cõprehenſa cũ xp̄m negare oĩno recuſaret diuerſis tormẽtoꝝ generibꝰ cruciat᷑ cũ eni pulcherrima erat i eiꝰ amore exarſit. exhortat᷑ qꝫ ad culturã ydoloꝝ vt eã ſociã impij haberet. Apollo aũt in eiꝰ aduentu cõminutꝰ eſt: deo eni ſe vouit mẽte ⁊ corpe caſtã. Iuſſa deinde cedi ⁊ i carcere poſita in q̄ i menſo lũie pfuſa i manu hñs tabulã ſcriptã. quã magnificata ſunt opa tua dñe oĩa i ſapia feciſti. iuſſit poſtea eã extendi ⁊ mẽbra eiꝰ ſpatis incidi: in oibꝰ deum glorificãs. inmiſſus leo ad eã in cunctis illeſa cũ i fide imobilis pmaneret gladio tandẽ ceſa martyrij palmã primo die Ianuarij ꝓmeruit.

Berillus eps



Porphirius pb̄s



QVirici pręterea romanꝰ patricꝰ ⁊ ipſe vna cum Iulitta matre hac tẽpeſtate apõ romanã ciuitateꝫ alijs inũerabilibꝰ ſecũ iũctis martyriũ ydibꝰ Iulij cõpleuerũt: lꝫ hiſtoria eoꝝ inter apocriphos reperiat᷑

BErillus arabs boſtrenꝰ eps vir doctiſſimꝰ cũ aliquãto tpe glorioſe rexiſſet eccliam ad extremuꝫ lapſus i hereſim q̄ xp̄m ante incarnationẽ fuiſſe negat origenis tñ ope ad veritatẽ reductꝰ varia poſtmoduꝫ ſcripſit opuſcula: maxie vo eplãs aliq̄t: qbꝰ origeni ꝓ ſana doctrina grãs agit. Extat ⁊ dialogus origenis ⁊ berilli in quo berilluꝫ hereſeos arguit.

POrphiriꝰ athenienſis pb̄s ⁊ quidẽ excellẽtiſſimꝰ ꝑ hec tpa maxio i precio fuit. q̄ ⁊ ſi origenis preſbyteri precipuꝰ amator ⁊ laudator fuiſſet: chriſtiani tñ noĩs acerrimꝰ pſecutor fuit: ⁊ ꝓpterea multas obtrectationes ⁊ blacterationes ꝯ orthodoxã fidẽ igeſſit q̄s diuꝰ auguſtinꝰ refellit: lꝫ trinitatẽ pſectã ponat: hic qꝫ inter cetera yſagogas. i. itroductiões ad areſtotel' cathegorias. i. p̄dicamẽta adiecit ⁊ ꝯſcripſit alia mlta.

Hipolitus eps



Iulius aphricanꝰ.



HIpolitꝰ cuiuſdã eccle eps: q̄ rõnẽ paſce ⁊ tpoꝝ canones ſcripſit vſqꝫ ad primũ annũ alexandri imperatoris. xvj. annoꝝ circulũ reperit ⁊ euſebio q̄ ſup eodẽ paſca. xix. annoꝝ circulũ cõpoſuit occaſione dedit clarꝰ habet᷑. Scripſit etiã nõnullos in ſcripturas cõmentarios precipue exameron ⁊ in ꝓphet.

IVlium qꝫ affricanũ inter ſcriptores ſui tpis nobiliſſimũ his tpibus fuiſſe ⁊ floruiſſe (diuꝰ hieronymus refert) Cuius quinqꝫ de temporibus extant volumina: ⁊ de trinitate pergrãde volumen perſcripſit. ⁊ ad magnũ origenẽ eplam in qua oſtendit ſuſanne fabulã apud hebreos nõ haberi contra queꝫ doctã eplaꝫ ſcripſit origenes. hic cũ lraꝝ cultor ⁊ amator exiſteret ⁊ multis diuicijs floreret apud ceſareã paleſtine vrbem bibliothecã inſignem ſuo noĩ cõdidit. ⁊ cũ honorabilis plurimũ haberet᷑ ſub. M. aurelio antonino ceſare legationeꝫ ꝓ reſtauratione caſtelli emaus ſuſcepit qõ poſtea reedificãs Nichopolim appellauit.

## Linea ſummoruȝ pontificum

Fabianus



FAbianus papa natione romanꝰ ex patre fabio poſt antherū pōtificē diuȝ in via de futuro pontifice deligēdo colloqueret̄: cōfeſtim diuinitꝰ quedā colūba ſuper caput eius aſtitit ꝛ ſic diuinitꝰ electus: ſtatim ꝑ ſeptē diaconos regiones diuiſit: qui a notarijs martyrū res geſtas colligerēt; ad ceteroꝝ exemplū: qui xp̄i fidē ꝓfitebant̄. Idē q̄ȝ cimiterū ꝓ dignitate martyrū edificauit. Statuit preterea vt ſingulis q̄buſq̄ȝ annis ī cena dn̄i criſma renouaret̄: ac vetus i ecclia cōbureret̄. huiꝰ tpe exorta eſt nouaciana hereſis: tandē martyrio coronat̄ vbi ex q̄nq̄ȝ ordinationibꝰ menſe decēbri habitis. preſbros duos ꝛ. xx. diaconos ſeptē. ep̄os vndecim creaſſet. Sepultus eſt aūt i cimiterio calixti via appia. xiiij. kal̄. februarij. quo die natalicū eius: vna cū diuo ſebaſtiano celebrat̄. Uacat aūt dies ſex. Ad hūc magnꝰ ille origenes (mltis ſublatis hereſibꝰ) de ordine fidei ſeruādo multa ꝯſcripſit. ſedit annis. xiiij. men. xj. dies. xj.

Conciliū rome. 60. epiſcopꝝ



SCiſma primū cuȝ nouatiꝰ vrbis rome presbyter his tpibꝰ eccliaȝ dei ſcindere ꝛ pturbare curauit. iſq̄ȝ ob cupiditatē ep̄atꝰ oīa diuina atq̄ȝ hūana miſcebat: ꝛ ne pōtificatꝰ i manus cornelij q̄ fabiano ſucceſſit deueniret. ab eccleſia ei ſepatꝰ: ſemet ac ſuos id eſt mūdos appellabat. Negabat apoſtatas etiam penitētes recipiēdos eē. Hāc ob reȝ cōciliū ſexaginta ep̄oꝝ: totidē p̄ſbiteroꝝ cū diaconis pluribus habitū eſt. quo nouacij opinio vt falſa improbat̄. qd̄ ſaluatoris exemplo nemini penitēti denegāda ſit venia. ꝛ ſic primū romane ecclie ſciſma finitū fuit. Alie etiā hereſes huiꝰ tpibꝰ pullulare cepere. Origenes eīn hereſim quorūdā ſuſtulit: affirmantiū aīos hoīm vna cū corporibꝰ interire. Rurſūq̄ȝ ī anaſtaſi (quā nr̄i reſurrectionē vocāt) vna cū corporibꝰ ſuſcitari. Suſtulit ꝛ hereſim helcheſatarū qui paulū apl̄m oīno reſpuūt quiq̄ȝ aſſerunt negātem in tormētis chriſtū nihil criminis habiturū: modo integri ꝛ recti ſit cordis.

Cornelius



COrneliꝰ papa natione romanꝰ patre caſtino: vir certe eruditiſſimꝰ q̄ multas ſcripſit epl̄as. vnā ad fabiū anthiocenū ep̄m de ſynodo romano ꝛ italica atq̄ȝ aphricana. aliā de nouatiano heretico. terciā de ſynodi geſtis. At vo ſub epiſcopatu eius qui apoſtatas recipiendos cenſebat penitentes preſertim nouatus nouacianū extra eccleſiā ordinauit ꝛ i aphrica nicoſtratū. quāobrem ꝯfeſſores qui a cornelio ſeceſſerāt: cū maxio presbytero ac moyſe ſentiētes ad eccleſiā reuerſi veri confeſſoris nomen adepti ſunt. verū poſtea inſtantibus hereticis cornelius centūcellas in exiliū mittit̄. ad quē cyprianus carthaginenſis ep̄s in carcerem cōiectus l̄ras mittit. quibꝰ intellexit ꝛ amici calamitatē ꝛ exilij ſui cōfirmationē. Extant ꝛ alie cypriani ad corneliū epl̄e plene religionis ꝛ fidei. Priuſq̄ȝ in exiliū mittit̄ inſtāte lucina matrona ſanctiſſima corpora petri ꝛ pauli e cathecūbis vbi minus tuta eſſe videbant̄ noctu leuat. Paulū lucina i predio ſuo via hoſtieſi collocat vbi interfectus fuit. corneliꝰ petrū vbi crucis martyriū ſubijt. in templo apollis ad radices aurei montis. iij. kal̄. Julij. Cū aūt menſe decembri ſacroꝝ iniciādoꝝ ptātez bis fecit. Decius iratus ſanctiſſimū virū plūbatis cedi atq̄ȝ deinceps ad templuȝ martis duci iubet: vt ſimulacrū eius adoraret. At vir ſanctus dum ad ſuppliciuȝ ducit̄: oīa bona ſtephano archidiacono cōmiſit. poſt hec tercio nōs maij obtrūcat̄. huiꝰ corpus beata lucina cū quibuſdā clericis noctu ſepeliuit in arenario predij ſui. Sedit annis duobꝰ diebus tribus. Sedes. xxxv. vacat.

Dionyſiꝰ alexādrie ep̄s



DIonyſius alexandrine eccleſie epiſcopus vir doctiſſimꝰ origenis magni auditor his temporibus epiſcopus deſignatus. ſedit annis. 17. hic in cypriani ꝛ affricani ſynodi dogma conſentiens de hereticis rebaptizādis plurimas miſit epl̄as: ſed ꝛ ad fabianū papam de penitentia vnam ſcripſit epl̄aȝ: ꝛ ad varios alios de exilio: de mortalitate: de ſabatho: de perſecutione decij. atq̄ȝ duos libros aduerſus nepotē ep̄m ꝛ ad origenē magiſtrū ſuū de martyrio ꝛ alia multa.

Maximinus impatoꝛ anno ab vrbe cōdita. dcccclxxxviij. post alexādrū ex corpore militari: posteaq̄ bellū in germania ꝓſpere geſſerat ſine vlla ſenatus auctoritate impatoꝛ electꝰ eſt. hic de vico tracie vicino barbaris: barbaro etiā patre ⁊ matre genitus: quoꝝ alter e gothia: alter ex alanis genitus eſſe ꝑhibet̄. Et in prima quidē puericia fuit paſtoꝛ nōnūq̄ procer q̄ latronibꝰ inſidiaret̄ ⁊ ſuos ab incurſibꝰ vindicaret. militare aūt ſub ſeuero cepit. Erat em̄ magnitudine corporis ↄſpicuus: virtute inter oēs milites clarus forma virili decorus ſerus moribꝰ. fuit aūt ingentis ſtature vir adeo vt pedes octo excederet. Pedē habuit tāte magnitudinis vt poſtea in ꝓuerbiū locū ceſſerat: cū de longis ⁊ ineptis hoībꝰ diceret̄. maximini caligā requirit. Tāte vero bibacitatis erat vt vini amphorā vna cena biberet. Verū cū ſextus a nerone xp̄ianos ꝑſequeret̄ anno tercio poſteaq̄ regnare cepat: a pupieno aqlegie quā obſidebat vna cū filio maximino interfectus eſt. tanta aūt fide aqlegienſes ↄ maximinū ꝓ ſenatu fuerūt vt funes de capillis mulieꝝ facerēt cū deeſſent nerui ad ſagittas emittēdas. Ideo rome in honore matronaꝝ templū veneri calue ſenatus dicauit. Greci ſcriptores maximū ⁊ balbinū impatores ↄ maximinū factos. maximū aūt cū exercitu miſſuꝫ ⁊ apud rauennā bellū paraſſe. aqlegiā aūt niſi victorē nō vidiſſe: latini ſcriptores nō maximū ſed pupienū ↄ maximinū pugnaſſe apud aqlegiā ⁊ viciſſe. forte idē pupienus q̄ eſt maximus.

Gordianꝰ filius



Gordianus poſt maximinū tyrānuꝫ imperiū adeptus cū parthos iā erūpētes ingēti clade ſupaſſet: ⁊ nobiliſſimus vir ꝓcōſul cuꝫ filio ↄſulari legato impatoꝛ dictus erat aūt iā octogenarꝰ ⁊ plurimis ꝓuincijs ꝑfuit que affricanū appellauerunt. Gordiani igit̄ duo pater ⁊ filiꝰ ambo ex ↄſulibus magno affroꝝ ↄſilio impatores ſunt appellati. Gordianus vero adoleſcēs auguſtus declaratꝰ ſex annis imperiū tenuit. cuꝫ maximinus ꝑter ſenatus auctem imperium vſurpaſſet ad deturbāduꝫ cuꝫ tres declarauit impatores e q̄bus pupienꝰ ⁊ albinꝰ ī palatio interfecti. ſoli gordiano imperiū reſeruatū fuit. Huius pricipis hec fuit precipua laus q̄ ad ſexagītaduo milia libroꝝ ī bibliotheca habuiſſe dr̄. demq̄ duꝫ ad triumphū rome rediret: nō lōge a romanis finibus philippi fraude occiſus eſt. Gordiano ſepulchꝝ milites apō circeū caſtꝝ fecerunt tituluꝫ hm̄oi ardētes ⁊ grecis ⁊ latinis ⁊ perſicis ⁊ iudaicis lrīs: diuo gordiano victori ꝑſaꝝ: victori gothoꝝ: victori ſarmathaꝝ depulſori rōanoꝝ ſeditionū: victori germanoꝝ ſed nō victori philipporum.

Philippus anno ab vrbe cōdita nōgēteſimo nonageſimoſeptio reductis militū copijs e ſyria ī italiā vna cuꝫ filio philippo ānos q̄nq̄ impat. hūc aūt p̄mū imperatorē xp̄ianū habuere: q̄ q̄dē miſteria adire nunq̄ eſt auſus niſi ↄfeſſus. poſt terciuꝫ vero imperij ſui annū milleſimus ab vrbe ↄdita annus impletus eſt. vn̄ ⁊ ſeculares ludi celebrati ſunt. q̄ centeſimo q̄q̄ anno repetebant̄. inſtituti a valerio publicola poſt exactos reges a ſeculo nomē ducētes: qḋ eſt humane vite ſpaciū. Ambo deinde fraude decij ab exercitu interfecti ſunt. lꝫ diuerſis ī locis. Nā philippus pr̄ verone: filius rome occidit̄. annis q̄nq̄ imparunt. Inter diuos tn̄ relati ſunt. ex q̄bus iunioꝛ philippus adeo ſeueri aī fuit: vt nullo cuiuſq̄ cōmēto ad ridēdum ſolui potuerit: patrēq̄ ſecularibus ludis petulātius cachināte: vultu auerſato notauerit. hic philippus q̄rto imperij ſui anno vrbē ex ſuo noīe ī thracia ↄſtruxit. ⁊ cū deciū infenſuꝫ haberēt thezauros ſuos fabiano pōtifici ↄtulerūt: ob id odiuꝫ maximū decius in xp̄ianos ↄcepit.

Decius romanoꝝ imperatoꝛ q̄ e pānonia inferiori bubalie natus. interfectis philippis imperiuꝫ ſumpſit: odio in xp̄ianos exardēs: ꝓpter philippos eiuſdē ſecte imitatores. Belluꝫ ciuile qḋ in gallia motuꝫ fuerat oppreſſit: filiuꝫ ſuuꝫ ceſarē fecit: romel lauacrū edificauit. cum biēnio poſtea cuꝫ filio ceſare imperaſſet. in barbarico bello opprimit̄ e q̄bus ſenioꝛ gurgite paludis immerſus eſt. Ita vt nec cadauer eius nuſq̄ repertuꝫ ſit. Digno certe dānatus iudicio: q̄ ſeptimā poſt neronē perſecutionē in xp̄ianos mouens. multos ſctiſſimos viros interemit. Hic inter hiſtoricos varietas orit̄: cuꝫ eutropius ſcribit q̄ inter ceteros beatiſſimū laurentiū leuitā ⁊ martyrē igne excoxit q̄ ſub ſixto floruit. Ideo imperiū decij nōnulli ꝓlōgāt. Quidā hunc deciū ſeniore ſub quo paſſus fabianus ⁊ corneliꝰ ponunt. deinde deciū iuniorē ceſarē. ⁊ inter iſtos duos gallū voluſianū ⁊ alios impatores fuiſſe aiunt. Et poſtea valerianū cū galieno ſub quibꝰ paſſi lucius ſtephanꝰ ⁊ ſixtus ſūmi pōtifices ac laurētius archidiaconus ⁊ hypolitꝰ. Ideo galienꝰ binomius aſſerit̄ dictus decius galienus. Vel aliq̄ deciū ceſarē a philippo cōſtitutum cum in vita laurētij legit̄ decius ceſar ⁊ nō impatoꝛ ſub eo paſſum fuiſſe laurentiū. Cuꝫ antiquitus aliqui ceſares ⁊ aliqui auguſti: poſtremo imperatores fuerunt.

Linea Imperatorum

Maximinus



Gordianus pater



Philippꝰ pater

Philippꝰ filius



Decius



PErſecutionē ſextā poſt neronē. maximinꝰ impator mouit in xp̄ianos quā precipue exercebat in clericos ⁊ ſacerdotes. verum cum cunctos cedibus perſequeret; tercio anno a pupieno aquilegie vna cū filio interfectus: perſecutioni ſimul ⁊ vite finem impoſuit.

Pontion martyr



POntiū beatiſſimū martyrē philippos impatores ad fidē xp̄i ꝯuertiſſe tradunt hiſtorici. Iſte pontius fuit filꝰ cuiuſdā ſenatoris vrbis. cuius pater marcus: mater iulia. que pregnās templū iouis intrās in quo ſacerdos ſacrificans velamē ⁊ inſulā ſcindens voce terribili ait. Hec mulier in vtero geſtat: qui hoc templū funditus euertet. Ideo triſta domū rediēs: vētrē moleſtauit vt fetus periret: peperit tn̄ puerū ſine omni macula. quē cū niteba̅t interficere: pater ait. Sinas eū viuere: ſi ioui placebit de inimico vindictā ſumet. deinde cū in varijs doctrinis eruditiſſimꝰ euaſiſſet. Cū audiſſet xp̄ianos: cui ſanctꝰ pontianus p̄erat cantātes: deus noſter in celo oīa quecūqꝫ voluit fecit. Simulachra gentiū argentū ⁊ aurū ⁊c̄. Relictis ydolis cū patre a pōtiano baptiſma ſuſcepit: patre deinde defuncto ⁊ pontiano: fabiano ſummo aplīco oēs facultates dedit: qui pauperibus diſtribuit. duobꝰ aūt philippis impatoribꝰ cum eſſet amicus ⁊ cum inſtaret milleſimꝰ ab vrbe annus: eis verū ac magnū deū in celo colendū oſtendēs. effecit vt a fabiano baptiſma ſuſceperūt: ⁊ templū deſtruxerunt. a ſequētibꝰ deinde impatoribꝰ poſt varia tormenta cum a ſeuientibus vrſis ⁊ ab igne in arena illeſus māſiſſet. demum capite ceſo martyriū cōſumauit.

Martyres que per varias perſecutiones paſſi ſunt deinceps nomina famoſorum annotantur.

Leontius martyr
Flocellus puer
Feliciſſimus martyr
Romanus martyr
Habundius martyr
Cirilla virgo filia decij ⁊ martyr
Abacuck martyr
Audeccius diſcipulus policarpi
Siminius martyr
Donatus cum. xx.
Victor miles ⁊ terrena vxor eiꝰ
Concordius ſubdiaconus
Valerius martyr
Gaius martyr
Attalus martyr
Philippus prefectus alexādrie
Triphonia
Ceſarius
Simphorianus
Caſtorius
Columba
Geminianus
Philemon
Janurius
Feſtus
Deſiderius
Sabinus
Baſilijs cum alijs ſeptem
Adrianus
Simplicianus

Patroclus
Simphorianus
Lviij. martyres
Leonilla
Priſcus
542. martyres
Quirinus
Theodorꝰ baſilides
Maurus
Victorius
Victor martyr
Nicoforus
Claudianus
Alexander
Carpoferus
Criſandus
Gedeon
Daria
Marcellianus
Marcus
Nicoſtratꝰ ⁊ Zoe vxor eius
Tranquilla
Cromacius
Creſcentia
Theodora
Albinus
Felicianus
Primus
Fauſtinus
Beatrix

Septem dormientes



TEmporibꝰ decij cū poſt varias pſecutiones epheſū decꝰ veniſſet. In medio ciuitatis templū cōſtruēs: oēs ſub pena mortis ydolis ſacrificare cōpulit. Tantuſqꝫ penarū terror cunctos inuaſerat vt filꝰ patrē ⁊ amicus ſodalem abnegarat: In ea vrbe ſeptē nobiles primi in palatio. maximinus: marcus: martinianꝰ: dionyſius: ſeraphion: iohānes ⁊ cōſtantinus ydola ſpernentes ieiunijs ⁊ orōnibꝰ in domo celātes vacabāt. apud decium accuſati patrimoniū paupibꝰ diſtribuētes. Inito cōſilio in montē celion ſeceſſerunt: ⁊ vſqꝫ ad tempꝰ pſecutionis finiēde latere decreuerūt: quibꝰ vnus admīſtrabat qui furore decij ceteris detexit: ⁊ panes allatos obtulit. quo cibo ꝯfortati colloquētes in luctu vt deꝰ voluit obdormiuerūt. Decꝰ os ſpelunce obſtrui p̄cepit vt fame ⁊ ſiti dies clauderent. Scriptura ſignato martyriū cū tempore; quomodo temporibus theodoſij poſtea manifeſtati viui ſunt. infra deſcribitur.

SEptima ꝑsecutio poſt nero͞ne facta eſt a decio imꝑatore. qua quidē multi diuerſis in locis ꝓ fidei co͞ſtātia paſſi fuere. q̄ cū philippo imꝑatori reuertēti de bello verone occurrit cū victoria: ad ipſum honorādum: doloſe eū occidit. ⁊ vſurpās ſibi imperiū ad vrbē veniēs: vt videref zelo cultus deoꝝ illoꝝ occidiſſe dn̄m ſuū q꞉ xp̄ianus erat: mouit ꝑſecutionē dirā ꝯ xp̄ianos plurimos interficiens. ⁊ inter illos filiū prefati philippi imꝑatoris. Martyres aūt varij ſub decio paſſi ſunt: quoꝝ martyriū iā patebit:

Abdon ⁊ Senen



ABdon ⁊ ſenen ſubreguli romani viri clariſſimi ex corduba ꝑſarū vrbe oriūdi his tumultib⁹ p⁹ multos carceris ſqualores romā cathenis obligati ꝑducūf vbi cū diu diuerſis penaꝝ generib⁹ diu fuiſſent macerati. Cū eīn deci⁹ imꝑator babiloniā ⁊ alias ꝓuincias ſuperaſſet xp̄ianos in diuerſis locis cordubā adduxit: ⁊ diuerſis ſupplicijs eos īterfecit. Eoꝝ aūt corpa abdon ⁊ ſenen xp̄ianiſſimi ſepeliebāt. Tandē tercio kalēdas Auguſti gladio ꝑcuſſi martyrium compleuerunt.

Agatha



AGatha ſicula virgo genere nobilis ꝑclariſſima: ꝑ hoc temp⁹ in cathania ciuitate ſicilie ꝓ xp̄o martyrio coronaf. Nā quintian⁹ ꝑfect⁹ audita ei⁹ fama nobilitatis formoſitatis ⁊ diuiciaꝝ: ⁊ ꝙ xp̄i ancilla eſſet: illā cōprehendēs affrodiſie turpiſſime mulieri tradidit: que ſepte filias habebat turpitudini deditas: que ꝑ dies triginta varijs ꝑſuaſionib⁹ ac minis eā adhortabācur: vt preſidi aſſentiret: qui poſta cū idolis ſacrificare nollet: poſt alapas ⁊ carceres poſtq̄ eculeū: poſt etiā mamullarū abſciſionē: ⁊ in teſtis fractis ⁊ carbonibus ignitis volutationē eo iudicāte ī carcere martyrio ꝯſūmata eſt nonis februarij. corpus fideles aromatib⁹ ſepelierunt. angelus appoſuit tabulā vbi ſculptum erat. mentē ſanctā ſpontaneā honorē deo ⁊ patrie liberationem. Cortina quoq̄ eius ignem montis prope ciuitatē repreſſit.

Appolonia



APpolonia virgo ſanctiſſima memoratu digniſſima alexandrina longeue etatis. ⁊ ipſa ꝑ hoc temp⁹ martyriū ꝓ xp̄i noīe ꝑtulit acerbiſſimū. Nā ꝑſecutores (cū idolis ſacrificare nolebat) primū dentes oēs ex eius ore excuſſerūt ⁊ multis plagis affecerūt. deinde cū minarenf eam viuā ſe incenſuros niſi cū eis verba impia ꝓferret ⁊ deū blaſphemaret. at illa vidēs rogum paululū quid intra ſemetipſam deliberās: repēte de manib⁹ impioꝝ ſe ꝓ ripuit ⁊ in ignē paratū ꝓſiliuit: vt ꝑterrerenf crudelitatis actores: q꞉ ꝓmptior eſt inuenta femina ad mortem: q̄ ꝑſecutor ad penaꝫ. ac ſic martyrij palmā quinto ydus februarij ꝓmeruit. Ei⁹ ſanctū corpus poſtea in italiā delatū: apud derdonaꝫ lombardie ciuitatem in cathedrali eccleſia ſeruaf.

Serapion



SErapion patria alexandrin⁹ ⁊ ipſe vir ſanctiſſim⁹ eodē anno apud alexandriā a ꝑſecutorib⁹ capt⁹ crudelib⁹ ſupplicib⁹ afficif in tm̄ vt oēs eius corporis iuncture pri⁹ ſoluerenf: ſed adhuc viuēs a miniſtris diaboli de ſuꝑiorib⁹ ſuc dom⁹ partib⁹ ꝑcipitatus xp̄i martyr efficif. ⁊ ei⁹ natale. 18. kal. decēbris celebraf. Iuſtinus quoq̄ preſbyter cū victoria martyrū pro chriſto conſtantiſſime ſuſtinuit.

Meniacus martyr



MEniacus ethruſcus vir celeberrim⁹: ⁊ ipſe apud florētiā ethrurie vrbē octauo kal. nouēbris martyriū ꝑtulit. cuius reliquie adhuc ⁊ templo ⁊ populoꝝ frequentatione a cōciuib⁹ ſuis plurimū veneranf. Valentin⁹ quoq̄ ⁊ laurentin⁹ patria ethruſci: ⁊ ipſi apud aretium eoꝝ vrbem vna cum nicoſtrato diacono: ⁊ alij multi in hoc tumultu pro chriſto paſſi ſunt.

Victoria virgo



VIctoria virgo inclita cū eſſet deſpōſata cuidā pagano rome ſub deciana ꝑſecutione: cū nec nubere nec ſacrificare vellet: poſt multa miracula ⁊ opa ſancta cū plures virgines deo adiūxiſſet: gladio ꝑcuſſa eſt rogatu ſui ſponſi. Pluri mi q̄ alij martyrio coronati ſunt quoꝝ vitā euoluere nō poſſum⁹. qui hac perſecutione furente in deſertis ⁊ in montibus latitantes fame ſiti frigore; languore latronibus beſtijſq̄ conſumpti ſunt in diuerſis mundi regionibus.

Anno mundi.5455. Anno chriſti 254.

LUcius papa natione romanꝰ patre porphino poſt corneliū īmperante gallo boſtiliano pontifex eligitᷣ. hunc voluſianꝰ imperator primo exilij pena dānauerat: ſed eo extincto ab exilio liberatus romā veniēs. Cōſtituit vt duo presbyteri: diaconi tres vbiqꝫ locoꝝ epm̄ comitarentᷣ: cuiꝰ vite ⁊ actiōis teſtes qui etiā añqꝫ ad martyriū iubēte valeriano duceretᷣ: oēm ptātem eccľie ſtephano archidiacono ſuo pmiſit. Ter aūt dandis ordinibꝰ ſacris vacauit. Et poſtqꝫ martyrio vitā finiuit ſepultꝰ eſt in cimiterio calixti via appia octauo kaľ. ſeptēbris. ſedit ānis tribꝰ: men. iij. diebꝰ. iij. Dies qnqꝫ ⁊ trigita ſedes tūc vacat.

Anno mundi.5458. Anno chriſti.257.

STephanus primus papa natione romanus patre iulio pontifex eligitᷣ eo potiſſimū tpe quo poſtumꝰ in gallia tyrannidē occupat: cum maximo reipublice emolumēto: vir ſane optimus ad ordinādā eccľiaꝫ cōuerſus. Inſtituit ne ſacerdotes ⁊ leuite veſtibꝰ ſacris alibi qꝫ in eccľia ⁊ peragendis ſacris vterentᷣ: ne ſi ſecus facerent penam balthaſar regis babylonis ſubirēt: qui vaſa ſacra ꝓphanis manibꝰ attigerat. De rebaptiſandis aūt his qui ad fidem rediſſent eadē ſenſit que corneliꝰ pōtifex: neqꝫ vllo modo his recōmunicandū eē qui rebaptizarent. Tandē cū ope ⁊ verbis multos gentiles ad fidē xpi cōuertiſſet: cōquiſitus a galieno vt quidam volunt vel ab his qui ex deciano edicto chriſtianos pſequebantᷣ: vna cū pleriſqꝫ ſuoꝝ ad martiriū rapitᷣ. capite mulctatus ī calixti cimiterio via appia ſepelitᷣ. 4. nōs auguſti. ſedit annis ſeptē: mēſibꝰ quinqꝫ diebꝰ duobꝰ. Sedes aūt ad dies duos ⁊ viginti tum vacat.

SIxtus ſecūdus papa natione grecus: patria athenieſis ex philoſopho xpi diſcipulus factus eſt: durāte adhuc deciana ⁊ valeriana pſecutione vir ſane doctiſſimꝰ: q̄ ſūmope hereſes exortas videlꝫ ſabellianoꝝ ⁊ nepocianoꝝ cōfutare ⁊ extinguere meditabatᷣ. verū accuſatꝰ qđ xpi fidē cōtra imperatoꝝ decreta predicaret. captus ad martis templū ducitᷣ vt aut marti ſacrificet aut ſi id facere noluerit penā capitis ſubeat. Euntē ad ſuppliciū laurēnꝰ archidiaconus alloquitᷣ. Quo ꝓgrederis ſine filio pater: ⁊ ſine miniſtro ꝓperas. Cui ſixtus. Ego te nō deſero fili. maiora tibi ꝑ fide xpi ſuperſunt certamina. poſt triduū me ſequeris ſacerdotē leuita. Interim aūt ſi quid in theſauris habes id pauperibꝰ diſtribue. Eodē vero die vna cū ſixto diaconi ſex interficiuntᷣ. feliciſſimus: agapitus ianuarius: magnꝰ: innocentius: ſtephanus: ſexto ydus auguſti. In ſuo aūt pōtificatu ſacroꝝ ordinū ptātem bis fecit menſe decēbri. Sixti corpꝰ ī cimiterio calixti via appia ſepelitᷣ. Reliq̄ vō martyres iacēt in cimiterio pretextati ī agro verano via tiburtina. Sedit aūt ānos duos mēſes decē dies tres ⁊ viginti. Uacat tum ſedes dies quinqꝫ ⁊ triginta

DIonyſius papa cuiꝰ originē damaſus ſe inueniri potuiſſe negat ex monacho pōtifex creatus: pſbyteris eccľias ⁊ cimiteria ī vrbe roma ſtatim diuiſit: parrochias ⁊ dioceſes ſoris diſtribuit que quiſqꝫ finibus ſuis liminibuſue ꝯtentus eēt. Mādauit itē iudicibꝰ tam ſecularibꝰ qꝫ eccľiaſticis: vt neminē dānarēt anteqꝫ ꝑ teſtes ydoneos ꝯuinceretᷣ. hic licet decrepite eſſet etatis: cōciliū in anthiochia ciuitate ꝯ pauliū eiuſdē vrbis epm̄ celebrari mādauit: cum ꝓpter ſeniū intereſſe dionyſius nō potuit. Ea tū de re ad eum per maximū alexandrinū epm̄ late perſcriptū eſt. Mortuus aūt dionyſius ſepelitᷣ in cimiterio calixti vbi ex inſtitutionibus duabus mēſe decēbri habitis: presbyteros duodecim: diaconos ſex: epōs ſeptē creaſſet. Sedit annis ſex: menſibus duobus: diebus quatuor. Uacat tum ſedes dies ſex.

Anno mundi.5463. Anno chriſti.264.

FElix papa natione romanus patre cōſtātino: aureliani tpe fuit: vir vtiqꝫ iuſtus ⁊ omni laude dignus: qui ⁊ martyrū deuotioni conſulēs mandauit vt ſingulis annis ſacrificia martyrū a xpi ſacerdotibꝰ decetero celebrarentᷣ vtqꝫ nullibi qꝫ in loco ſacro ⁊ a viris eccleſiaſticis miſſa celebraretᷣ. Dedicationes quoqꝫ temploꝝ etiā ſolēniter celebrari mādauit. Qđ ſi de cōſecratione alicuius eccľie ignoratū fuerit vtpote vetuſtate ⁊ abolitione muroꝝ cōſecrari denuo mādauit. Qui deniqꝫ repetitis ſacris ordinibus menſe decembri presbyteros nouem: diaconos quinqꝫ: epiſcopos quinqꝫ creaſſet. martyr via aurelia ſepelitᷣ tercio kaľ. Iunij in baſilica quā antea in honorem dei condiderat ſecūdo ab vrbe miliario. Sedit annis quatuor men. ij. dies. xv. Uacat tum ſedes in vrbe dies quinqꝫ.



Gallus hoſtilianꝰ ꝛ galli filꝰ voluſianus mox imperatores creati ſunt: quoꝝ tꝑibꝰ in vltionē xp̄iani noīs tanta peſtis exorta eſt: vt pauce domꝰ nedū ciuitates ꝛ ꝓuincie extiterint: que nō tantā calamitates ſenſerint. Nihilꝗꝫ oīno clarū geſſerūt. Sola hec peſtilentia morbis atꝗꝫ egritudinibꝰ: notꝰ coꝝ principatꝰ fuit. Verū gallus ꝛ voluſianꝰ dūꝫ ꝯ emilianū res nouas agitantē bellū ciuile moliunt̄ interamne necant̄. Emilianus aūt obſcuriſſime natꝰ: obſcurius imꝑauit cū manꝰ fuerat. ꝛ tercio mēſe extinctꝰ eſt. hec aūt peſtis ac calamitas maxīe apud egyptū ꝛ alexandriā ſeuiebat: de q̄ cypriani martyris extat liber. hi duo nondū cōpleto imꝑij ſui bīēnio vt premiſſuꝫ eſt interierūt

Valerianꝰ imperiū ſuſcipiēs cū galieno eius filio imꝑauit annis .15. Valerianꝰ em̄ in rhetia ꝛ norico ſe agens ab exercitu. Galienꝰ rome a ſenatu imꝑatores eligunt̄. hoꝝ imperiū pernicioſuꝫ romano noī ꝛ pene exiciabile fuit: pꝛīcipū ignauia ꝛ ī xp̄ianos ſeuicia. Nā germani rauēnā vſꝗꝫ ꝑuenere ferro ꝛ flāma oīa vaſtātes. Valerianꝰ aūt in meſopotamia bellū gerens a ſapore perſarū rege captꝰ in ſuitute turpiter vixit: ꝛ apud parthos ignobili ſeruitute ꝯſenuit: eo em̄ vt ſcabello perſaꝝ rex equū cōſcenſurꝰ vtebat̄: pedes eiꝰ ceruicibꝰ imponēs. ꝛ id merito cū ſtatī vbi imꝑiū arripuit octauā ꝑſecutionē ī xp̄ianos mouit. Territꝰ aūt claro dei iudicio galienꝰ pacē eccl'ie tribuit. Cum aūt adoleſcēs factꝰ eſſet auguſtus imperiū primo feliciter mox cōmode ad vltimū pernicioſe geſſit. erat em̄ ī galieno ſubite virtutis audacia. Barbari tn̄ oēs in fines romanos eruperāt. Et tyrāni q̄dā pernicioſi exorti ſunt: qui qđ domi relictū erat ab externo hoſte peſſundarēt. Galienꝰ vo cū rēpublicā deſeruiſſet ac mediolani libidinibꝰ operā daret miſſis ꝑcuſſoribꝰ interēptus eſt imꝑij anno nono. Et vt q̄dā ferūt auxilio cecropij dalmatarū ducis vbi ꝛ frater eiꝰ valerianꝰ quē multi auguſtū multi ceſarē dicūt occidit̄. Alamāni em̄ exhauſtis gallis ſuo tꝑe in italiā penetrauerūt. Dacia q̄ a traiano vltra danubiū fuerat adiecta amiſſa eſt. Germani vſꝗꝫ ad hiſpanias penetrauerūt. Cum iā deſperatis rebus ꝛ deleto imꝑio romano poſthumꝰ ī gallia obſcuriſſime natꝰ purpurā ſumpſit: ꝛ per tyrānidem annis .x. imꝑauit: vſus ingenti moderatione: pulſis hoſtibꝰ ꝓuinciā in priſtinā formā redegit: deinde militari tumultu apud magūciā cū interfectꝰ. Victorinꝰ poſtea galliarū accepit imperiū vir ſtrēnuiſſimꝰ ſ; dum nimie libidīs eſſet ꝛ aliena mrīmonia corrūperet. agrippine occidit̄ ſui imꝑij anno ſcđo. Huic ſucceſſit tetricus ſenator: q̄ aquitaniā honore preſidis adminiſtrās abſens a militibꝰ imperator electꝰ eſt. dūꝫ hec ī gallia agerent̄ ꝑ odenatū perſe victi defenſa ſyria meſopotamia vſꝗꝫ ad theſiphontē recepta eſt.

Claudius huiꝰ noīs ſecūdus romanoꝝ imperator a militibꝰ electus: a ſenatu appellatꝰ auguſtus: imperiū ſuſcepit: hic gothos illiricū macedoniāꝗꝫ vaſtātes bello adortꝰ incredibili clade ſuperauit. hāc obrē in curia aureꝰ clipeꝰ: in capitolio aurea ſtatua eidē a ſenatu decreta eſt. parcus vir atꝗꝫ modeſtus ꝛ iuſti tenax atꝗꝫ reipu. gerende idoneus. aduerſus ducenta milia alamanoꝝ haud ꝓcul a lacu benaco ī ſilua que lugana dicit̄ dimicās: tantā multitudinē fudit vt egre pars dimidia ſuperfuerit. qui tn̄ morbo correptus apđ ſyrmiū morit̄. nōdūꝫ expleto biennio in imperio. Quo mortuo ſtatim quintilꝰ frater ab exercitu imperator eligit̄. vir q̄dem vnice moderationis ꝛ qui ſolus fratri preferri poſſet. Is quoꝗꝫ decimoſeptimo imperij die interficit̄.

Aurelianus anno ab vrbe cōdita milleſimo ac vigeſimo ſeptimo imperiū adeptus. Dacia ripenſi oriundus vir militari diſciplina clarus: in bello potens: animi tn̄ modici: ꝛ ad crudelitatē ꝓpenſioris. Gothos apud danubiū graui ꝑlio ſuperat. Romanā orbem triennio ab inuaſoribꝰ receptauit. hic primus apud romanos diadema capiti innexuit: gēmiſꝗꝫ ꝛ aurata veſte (qđ vere romanis incognitū moribꝰ) vſus eſt. hic muris validioribꝰ ꝛ latioribꝰ vrbē ſepſit. Tēplū appollini edificauit in aſiā traijciens zenobiā que occiſo odenacho marito oriētis tenebat imperiū haud longe ab anthiochia vicit: eamꝗꝫ in triūphū vina cū tetrico ducit. ad gallias ꝓfectus vindelicos obſidione barbarica liberauit. deinde ad illiricū redijt. Sꝫ cū iter faceret apud zenophoriū māſionē que eſt inter heracliā ꝛ bizantiū: malicia notarij ſui interemptus eſt: qui nonā perſecutionē mouit in xp̄ianos: populus aūt romanus amauit: ſenatus timuit. Imperauit annos quinꝗꝫ menſes ſex. Triūphū eius glorioſum flauius vopiſcus deſcribit.

Voluſianus filꝰ



Galienus



Linea Imperatoꝝ

Gallus hoſtilianꝰ



Valerianus



Claudiꝰ Quītilꝰ frater



Aurelianus



Octaua ꝑſecutio eccleſie facta fuit iuſſu valeriani imꝑatoris: q̄ vbi imperiū arripuit octauus a nerone adigi tormentis xp̄ianos idola colere: abnegantesq̃ interfici. vbicq̃ iuſſerit: hic tn̄ a pn̄cipio ſanctos dei ita veneratus eſt vt domus eius eccleſia dei putaret̄. Sed poſtea per quēdā magū ſeu hereticum corruptus ⁊ deprauatus: catholicā ſidem adeo deteſtari cepit: vt hanc perſecutionem faceret cuius crudelitas atq̃ ſeuicia dei iudicio orbi nō modicū pernicioſa fuit. nam paulopoſt germani e ꝓuincia erūpētes cū magno impetu hoſtili aīo rauennā vſq̃ peruenere: ⁊ oīa igni ⁊ ferro vaſtauere

Cyprianus



Cyprianꝰ doctor eccl'ie eruditiſſimꝰ ⁊ cartaginēſis ep̄s iubēte valeriano pn̄cipe poſt longū exiliū octauo kal'. octobris a galerio maximo ꝓconſule duriſſimo viro detrūcatione capitis martyriū cōſūmauit. Referunt̄ ⁊ cū eo apud eandē vrbem paſſi Creſcentiꝰ victor: roſula ac generalis. Fuit aūt in primis Cyprianus gentilis ⁊ excellentiſſimi ingenij vir ac bonarū artiū ſtudijs ornatiſſimꝰ qui primo rhetoricā docuit: deinde ſuadēte p̄ſbro cecilio (vt hieronymꝰ ait) a quo ⁊ cognomē ſortitꝰ eſt: ad xp̄ianos trāſiēs oēs facultates ſuas paupibꝰ erogauit. preſbyter primo deinde carthaginēſis ep̄s creatꝰ. vbi tum docendo monēdo ac ſcribendo xp̄i eccleſie prodeſſe curauit. Eius aūt clariſſimā vitā ⁊ martyriū pontius eiuſdē cipriani p̄ſbyter ⁊ exilij comes: egregio volumie cōpoſuit. huius cypriani caput Nuremberge in baſilica ſcti Laurentij cū oī gloria obſeruat̄. Scripſit aūt plura opa precipue de vnitate eccl'ie: Anteq̃ eīn moreret̄ cyprianꝰ venerat in ſniam eccl'ie romane. Nō eſſe rebaptizandos hereticos: ſed ſola manꝰ impoſitione grām recipiēdos hac de re inter cyprianū ⁊ corneliū magna fuerat olim cōtentio

Laurentius



Laurentiꝰ hiſpanꝰ: ſixti pōtificis archidiaconus ⁊ filiꝰ adoptiuus rome via tyburtina preſente decio ſeu galieno poſt multū virtutū inſignia ⁊ plurima tormētorū genera videlz carceris: in quo cecū illuminauit ⁊ hypolitū baptizauit: ac verberibꝰ (vt thezauros eccleſie oſtēderet) plūbatis ac ſcorpionibꝰ ceſus. ad vltimū nocte a valeriano ⁊ decio vt dijs ſacrificaret: cōpulſus ait. Mea nox obſcurū nō habet ſed oīa ī luce clareſcūt. poſt dirā oīs ꝑcuſſionē: quarto ydus auguſti in craticula ferrea (ſub qua carbones ignite) crudeliſſime igni laurentiū exuſtū ferūt. grāſq̃ deo agens: ſpm̄ deo reddidit ⁊ martyriū ꝯſtantiſſime cōpleuit Hypolitus aūt cū iuſtino corpus exuſtū ſepelierūt. Hunc nōnulli cuiuſdā hiſpanarū ducis filiū fuiſſe dicunt. Quē demon infantulū e cuna in nemus aſportauerat: ſed beatꝰ ſixtus p̄dictus cū in eadē ꝓuincia p̄dicaret: eū ſub quadā arbore lauro diuinitus inueniēs laurentiū appellauit: ⁊ diligenti cura ipſum enutriri ⁊ edoceri fecit. Quo adulto illū ſecū vna cū vincentio romā perduxit. Ubi poſtea factus pontifex cōſtituit eū ſuū archidiaconū poſt ſixtū aūt triduo poſt: vna cū claudio ſubdiacono ⁊ ſeuero p̄ſbytero ⁊ creſcentio lectore ⁊ romano hoſtiario varijs cruciatibus necat̄ vt p̄miſſum eſt.

Sabellius hereticus



Hypolitus



Sabellꝰ hereticus: a quo ſabelliani heretici tāq̃ ab auctore ꝑuerſe ſecte īuētore vocati ſūt: ea aūt tēpeſtate exorta eſt ea doctrina apud ptolomaidē que olim barce vocabat̄ pentapoleos ciuitatē plena blaſphemijs in deū patrē ⁊ in xp̄m: quē ſimul dei filiū eſſe negabat: primogenitūq̃ oīs creature: ſimul etiā ſpūs ſcti intellectū auferebāt. Dicebat eīn ⁊ p̄dicabat vnā tm̄ p̄ris ⁊ filij ⁊ ſpūſſcti eſſe ꝑſonā. Quas ob res magne diſſenſiones ⁊ ſcādala in eccl'ijs tā occidētalibꝰ q̄ orientalibus exorte ſunt. Nec ipſe tandem diuinū iudiciū euaſit: cum turpiter occubuit.

Hipolitꝰ romanꝰ patricius eo anno ⁊ mēſe poſtq̃ beatū laurentiū ſepeliuit cōprehēſus eo q̄ xp̄ianus eſſet diu acriter cedit̄: cū nollet idolis ſacrificare fuſtibꝰ ceſus donec cedētes deficerēt. Deciꝰ ira plenus valeriano p̄fecto p̄cepit: vt eū crudeli examiatione interficeret. q̄ iuſſa cōplēs oēm familiā in ꝯſpectu eiꝰ decollari fecit. deinde ipſū ligans pedibꝰ ad colla indomitorū equorū ꝑ cardos ⁊ tribulos crudeliter trahi tam diu fecit donec emitteret ſpm̄. quo defuncto iuſtinꝰ corpus ſepeliuit ī agro verano ydibus auguſti.

Concordia



Romanus



Concordia p̄dicti hypoliti nutrix. cui p̄ſes dixit cōſiderate vitā v̄rām: ne cū dn̄o v̄ro peatis: aīt nos cū dn̄o deſideramꝰ magis mori q̄ īpudice viuere Juſſit eā tā diu plūbatis cedi, donec emitteret ſpm̄.

Romanꝰ q̄z miles ⁊ ipſe ſequēti die eo ī loco paſſus eſt. Is ī ꝯfeſſiōe bti laurētij diuitꝰ ex viſiōe angeli cōpunctus ſe baptizari fecit. quo audito mox iudex iuſſit eū fuſtigatū exhiberi: ⁊ viſa eiꝰ ꝯſtātia decollatꝰ eſt. 5. Idus auguſti. Cuiꝰ corpꝰ poſtea lucā ethrurie vrbem delatū honorifice ſepultū eſt.

Quirinus



Valentinus



Quirinus roman⁹ tribun⁹ ſub hac pſecutione p⁹ lingue abſciſionẽ: ⁊ manuũ ac pedũ ꝓ xp̄o detrũcatione: in via rome que nuncupat̃ appia agonẽ martyrij. iij. kal̃. aprilis gladio cõſummauit.

Theodora q̄ʒ v̄go hermetꝫ martyris ſoror his tp̄ib⁹ ab aureliano capta martyriũ itrepide ſuſtinuit.

Ualentin⁹ roman⁹ p̄ſbr̃ hiſdẽ tp̄ib⁹ multa ſanitatũ ac doctrine inſignia a claudio imperatore capit̃. Interrogat⁹ de dijs coꝝ ait iouẽ mercuriũ ⁊ alios miſerrios hoĩes fuiſſe: deinde aſterij filiã illumiauit quaʒ cũ oĩ domo ſua nũero. xlvj: xp̄ianos effecit. Tandẽ iubente imperatore diutiſſime fuſtib⁹ cedit̃. ad vltimum v̄o capite trũcat̃ ⁊. 16. kal̃. marcij ſepelit̃. Ceciliã q̄ʒ decij imperatoris filiã xp̄ianiſſimã rome gladio iugulatã hiſtorie tradũt q̄nto kal̃. nouembris.

Nonã perſecutionẽ eccl̃ie Aurelian⁹ imperator mouit ĩ xp̄ianos nonus a nerone. Is eñi malis ꝯſilijs ſubordinat⁹ cũ de ea re ad ꝓuinciarũ p̄ſides lr̃as miſiſſet: diuino iudicio de celo tact⁹ turpit̃ occubuit.

Gebennarũ clariſſimã allobrogũ ſeu ſabaudienſiũ ciuitatẽ aurelian⁹ auguſtus ĩ gallijs hoc anno ꝯdere fecit. Et ex ſuo noĩe ipſam aurelianã appellari voluit. Cũ eñi gallia ꝓuincia per annos. xx. ⁊ eo amplí⁹ ob ſeuiciã ⁊ ignauiã valeriani ⁊ galieni imperatoꝝ a fide populi romani ſe ſubtraxiſſet. virtute aureliani ceſaris recuperat̃. Hec quippe ciuitas heluecioꝝ finibus ꝓxima eſt ⁊ lacu lemãno ſiue luſitano abluit̃. Ex quo quidẽ lacu rhodanus fluuius ꝓfluit. ſuper quẽ pons ligneus celeberrimus ſitus eſt. hec itaqꝫ ciuitas nunc p̄re magnitudine pulchritudineqꝫ ac ciuiũ frequentia totius allobrogũ ſiue ſabaudienſiũ ꝓuincie emporium eſſe videt̃. Ad quã ꝓpter frequentes nundinas innumerabiles deferunt̃ diuicie: hec quippe ſabaudie duci diu paruit: ⁊ nũc ſubeſt. In qua plurimi claruere viri: de quoꝝ numero maximinus quidã ꝓfeſſor fuit. Anianus vrbis ep̄s viri ſctitate ⁊ doctrina precipuꝰ: ac let⁹ p̄ſbyter in diuinis ſcripturis nobiliter erudit⁹ ⁊ alij multi. Hec aũt vrbs ab imo ſurgit ad collum ꝓtenſa: habetqꝫ vineta vberrima. Eſt q̄ʒ ĩ ea ſedes ep̄alis apud eandẽ vrbem amodeus primus ſabaudie dux eius gentis ducatũ p̄mogenito ſuo tradidit eccl̃iaſticas cerimonias ⁊ orandi morẽ didicit ad baſileã p̄rexit. vbi generale fuit ꝯciliũ inter duos filios: alterũ ſabaudie ducem. alterũ gebennarũ comitẽ adoleſcẽtes egregia facie. ſolẽnibus ꝓ more ſeruatis: romane eccl̃ie preſul coronatus eſt: de quo inferius patebit.



Anno mundi. 5473. Anno chriſti. 274.

**Linea Summorum pontificum**

Euticianus



Caius



EUticianus papa natione thuſcus patre maximo ex ciuitate lunenſi poſt felicē pōtificē ſedit rome vir ſanctiſſimus ⁊ eruditus. Inſtituit vt ī altari noue fruges bñdicerent᷑: maxīe vo fabe ⁊ vue. Cōſtituit itē ne q̄ martyres ſepelire vellēt ſine dalmatica collobio ve purpureo id facere auderēt ſe neſciēte preſerti. Trecētos em̄ hic martyres ſe ꝓpria manu ſepeliſſe fert᷑. Verū vbi ex ſacris ordinibus menſe decembri habitis preſbros. xiiij: diaconos quinq̄ ep̄os nouē creaſſet martyrio coronat᷑. Et ī cimiterio calixti via appia ſepelit᷑ octauo kal᷑. auguſti. Sedit annū vnū: menſem vnū: diem vnum. Vacat tum ſedes dies octo: Sunt qui ſcribunt eū annis octo menſibus decem in pontificatu vixiſſe. Damaſus tamen prime ſententie auctor eſt.

CAius papa natione dalmateus patre caio ex genere diocletiani imꝑatoris primū ꝓbi tp̄e fuit. deinde caio ⁊ carino imꝑantibus vir vtiq̄ diuinus q̄ ordines ī eccl̄ia diſtinxit: quib⁹ tāq̄ gradibus q̄buſdā ad ep̄atū aſcenderet᷑. hi erant hoſtiarius: lector: exorciſta: acolitus: ſubdiaconus: diaconus p̄ſbyter: ep̄s. Idē q̄z (vt quondā fabianus) regiones diaconis diuiſit: q̄ res geſtas martyrū cōſcriberēt. Cōſtituit etiā ne ꝓphanus quiſpiā ſacris iniciatū ī iudiciū vocaret: neue paganus aut hereticus accuſandi xp̄ianū hoīem ꝑtātē̄ haberet. Tandē orta in xp̄ianos tp̄e diodeciani tanta ꝑſecutione quāta nūq̄ antea. in ſubterraneis locis quas criptas vocant diu latuit. Captus deinde a ꝑſecutorib⁹ vna cū gabinio f̄re eiuſq̄ filia ſuſanna martyrio coronat᷑. ⁊ via appia ī cimiterio calixti ſepelit᷑ decio kal᷑. maij. Sedit aūt caius annis. xj. mēſes q̄tuor: diebus duodecim: quo quidē tp̄e preſbros q̄nq̄ ⁊ vigīti: diaconos octo ep̄os quinq̄ creauit. Quater ordinibus ſacris menſe decembri habitis. Vacat tum ſedes dies vndecī. hunc tn̄ q̄ndecim annis ſediſſe euſebius ſcribit

Paulus ſamoſaten⁹ ep̄us



PAulū quēdā ſamoſatenū ep̄m virū vtiq̄ erudītiſſimū ꝑ hec tp̄a ab orthodoxa fide deſciſcentē arthemonis hereſim excitaſſe dicūt. que q̄dē hereſis marie virginitati ꝯdicebat: aſſerebatq̄ q̄ꝫ poſt xp̄m natū ſe viro ſuo ioſeph cōmiſcuiſſe ⁊ alios filios ꝓcreaſſe. hic itaq̄ paulus in demortui ep̄i locū anthiocenus ep̄s creatus ſuꝑbe nimiū ſeſe habebat. Interdū em̄ pre ſuꝑbia ⁊ lr̄as relegebat ⁊ dictabat ep̄l̄as: multis cōſtipato agmine precedētibus ac ſubſequentibus. vn̄ ꝓpter hoīs arrogātiā chriſtianā religionē plerīq̄ deteſtabant᷑. Sed q̄d faceret nr̄a tēpeſtate qua nil vel ſuꝑbie vel pompe ne dicā luxurie addi pōt. Si tot adoleſcētes ſericatos in eq̄s preferocibus videret. ſi ſubſequētiū preſbrorū turbā cernerent clamidibus optimi cuiuſq̄ coloris hincinde ab equis deauratis pendētibus. Execrarent᷑ eos ac dicerēt nil eis cū xp̄o preter ſilitudinē quandā religionis cōe eſſe. Is aūt predicte hereſis aſſert᷑ inflatus opiniōe ſuipſius ac tribunal alti⁹ q̄rēs: negabat dei filiū e celo deſcēdiſſe: ſ; a maria cepiſſe originē ⁊ initiū e terra habuiſſe. hāc ob rē ī ꝯcilio anthioceno oīm ep̄oꝝ q̄ aderāt ꝯſenſu publice dānat⁹ eſt. marie vo gregorij ceſarieñſis ep̄i viri ſctiſſimi ſn̄ia q̄ tāto ꝯcilio interfuit: ⁊ poſtea ꝓ fide xp̄i martyrij penā ſubijt.

Manes hereticus



MAnes q̄dā hereticus gente ꝑſa vir vtiq̄ callidus ⁊ diabolicus vita ⁊ moribus barbarus: his tp̄ibus fuit ⁊ multa dāna xp̄i eccleſijs intulit. Is eī ꝯfiteri ſe xp̄m auſus eſt: aſcitis in ſocietatē duodecī diſcipulis quo fidē rebus in oībus faceret: ⁊ ad interficiēdas deceptoꝝ aīas infandi dogmatis ſui ferale cōmentū de ſacrilegis ⁊ fabuloſis mēdacijs texuit. Et ꝑ has inſanarū opinionū ruinas ſe ſuoſq̄ ſeq̄ces decepit: vt falſi corporis fingeret xp̄m dicens (vt leo papa teſtat᷑) cū nihil in ſe ſolidū: nihil verū hoīm oculis actibuſq̄ ꝓbuiſſe ſed ſimulate carnis vacuā imaginē demōſtraſſe: hic etiā ⁊ ſeq̄cib⁹ ſuis duo principia eſſe affirmabat vnū. ſ. boni alterū mali: vnū lucis ⁊ alterū tenebrarū. Teſtamētūq̄ vet⁹ reſpuēs ⁊ nouū ſolū recipiēs. ab eo manicheoꝝ hereſis exordiū ſumpſit. vt aūt cū impugnat᷑ manes ob impietatē ⁊ ſuꝑbiā: ita maxime laudat᷑ anatolius laodicenus epiſcopus ꝓpter religionē ⁊ doctrinā.

Ceſari⁹ ⁊ alij martyres



FElix p̄ſbyter ⁊ euſebi⁹ monach⁹ his ꝑſecutionibus apud terracinā campanie vrbē ꝓ fide xp̄i interempti ſunt. nā euſebi⁹ cū ſanctos martyres iulianū ⁊ ceſariū p̄ſbros ſepeliſſet: ⁊ hui⁹ rei gr̄a m̄ltos ad fidē cōuertiſſet q̄s predict⁹ felix baptizauit: cū eodē felice papa detent⁹ ad forū iudicis ignominioſe ꝑducit᷑ cū oīno ſacrificare nollet decollat⁹ eſt nonis noueb̄. Ceſariū aūt diaconū ⁊ iulianū preſbyterū per vnā diem ante predictos in eadē vrbe interfectos fuiſſe conſtat. Ipſe em̄ ceſarius diaconus cū multis diebus ī cuſtodia ſolus maceratus fuiſſet. poſtea cum ipſo iuliano in ſaccum miſſus ⁊ in mare precipitatus kal᷑. nouembris martyrium compleuit. Andochus quoq̄ preſbyter ⁊ tyraſius diaconus ac felix ſubdiaconus olim beati policarpi epiſcopi diſcipuli apud auguſtudunū galliarū vrbē glorioſo martyrio coronant᷑ quos policarpus ex oriente in gallias docendi gratia direxerat. Tandem vectibus ꝑforati obierunt.

Tacitus romanoꝝ impatoꝛ poſt aurelianū a ſenatu ꝑploqꝫ romano impe/ riū ſuſcepit. in cuiꝰ electiōe velius cornificiꝰ gordianꝰ ꝯſul dixit. Cū exer/ citus ſine principe recte diutiꝰ ſtare nō pōt: ſimul neceſſitas cogit. Nā limites tráſrhenū germani rupiſſe dicunf occupaſſe vrbes validas nobiles diuites ⁊ potētes: q̄re agite ⁊ ꝓncipē dicite. poſt h̄ oīs ſenatꝰ acclamauit tacite auguſte dij te ſeruēt: te principē facimꝰ. vir certe idoneꝰ reipublice gubernāde ob eius virtutē ⁊ integritatē. pecuniā quā domi collegerat in ſtipendiū militū vertit. togis ⁊ tunicis idē vſus eſt ꝗ̄ bꝰ ꝓuatꝰ. Thermas oēs an̄ lucernā claudi iuſſit ne ꝗ̄d ꝑ noctē ſeditionis oꝛiref. corneliū tacitū ſcriptoꝛē auguſte ī oībꝰ bibli o tecis collocari iuſſit. Ipſe fuit vite parciſſime amariores cibos appetiuit: bal/ neis raro vſus eſt atqꝫ validioꝛ fuit ī ſenectute. vitreoꝝ diuerſitate atqꝫ ꝑoſi/ tate delectatꝰ eſt. Panē niſi ſiccū nūq̄ꝫ comedit: fabricarū peritiſſimꝰ fuit: mar/ moꝝ cupidus: venationū ſtudioſus. vxoꝛē gēmis vti nō eſt paſſus. legit ſane ſenex minutulas lr̄as ad ſtupoꝛē. Et qm̄ a meotide multi barbari eruperāt in teremptꝰ eſt inſidijs militarībꝰ mēſe ſexto poſt adeptū impiū (vel vt alij dicūt) moꝛbo interijt. Geſſit aūt ꝓpter breuitatē tpoꝝ nihil magnū: hic mēſem ſeptē/ brem tacitū appellari iuſſit: cū eo menſe natus ⁊ factus eſt impatoꝛ.

FLoꝛianꝰ qui frater taciti germanꝰ fuit: poſt frēm arripuit impiū nō ſena/ tus auctē ſed ſuo motu: q̄ſi hereditariū eſſet imperiū. cū ſciret adiuratū eſſe ī ſenatu tacitū: vt cū moꝛi cepiſſet: nō liberos ſuos: ſꝫ optimū aliquē prin/ cipē faceret. Deniqꝫ vix duobꝰ mēſibꝰ imperiū tenuit ⁊ occiſus eſt tharſi a mi/ litibꝰ ꝗ̄ probū audierāt impare: quē oīs exercitus legerat. Fuit aūt floꝛianus moꝝ frīs imitatoꝛ: nec tn̄ vſqꝫquaqꝫ. Nā effuſionē in eo frater frugi reꝓhēde/ bat. hec ipſa imperādi cupiditas alijs cū moꝛibus oñdit fuiſſe q̄ꝫ fratrē.

PRobus romanoꝝ impatoꝛ: vir domi foꝛiſqꝫ ꝯſpicuus: ꝗ̄ poſt tacitū oīm iudicio bonoꝝ impatoꝛ eſt factꝰ oꝛbē q̄ꝫ pacatiſſimū gubernauit. hic oꝛiū/ dus e pānonia ciuitate ſyrmienſi nobilioꝛe matre q̄ꝫ patre patrimonio mode/ rato: affinitate nō magna: tā priuatꝰ q̄ꝫ impatoꝛ nobiliſſimis virtutibꝰ claruit. Rei aūt militaris inſignis ſuſcepta rei publice admīſtratione. Gallias a bar/ baris occupatas ingēti felicitate reſtituit. Cōpoſitis igit̄ rebꝰ ī gallia lr̄as ad ſenatū dedit. ſublata eſt oīs ꝗ̄ tendit̄ late germania: oēs iā barbari vobis arāt Nā ⁊ q̄dragīta milia hoīm ceſa ſūt ⁊ ſeptuagīta vrbes nobiliſſime captiuitate hoſtiū vindicate. ⁊ oēs penitꝰ gallie liberate ꝓd. 1 oīs recepta eſt. ago igit̄ dijs īmoꝛtalibꝰ gr̄as ⁊c̄. Habuit q̄ꝫ nō leues tyrānicoꝝ motꝰ Nā ⁊ ſaturninū ꝗ̄ oꝛiē/ tis impiū arripuerat varijs ꝓlioꝝ generibꝰ ſupauit. deinde cū ꝓculus ⁊ bono/ ſus apud agrippinā ī gallia imperiū arripuiſſent. magna celeritate opꝑſſit. ⁊ de eis oībꝰ triūphauit. Tandē cū ſyrmiū veniſſet ac ſoliū patriū effecūdari cu/ peret ⁊ dilatari. ꝑmoti milites cōfugientē eū ī turrē ferratā quā ipſe ſpecule cā/ exedificauerat interemerūt anno impij ſui ſexto. poſtea tn̄ ingēs ei ſepulchꝛū elatis aggeribꝰ oēs pariter milites fecerūt cū titulo hmōi inciſo marmoꝛi. hic ꝓbꝰ impatoꝛ ⁊ vere ꝓbꝰ fuitꝰ eſt. victoꝛ oīm gētiū barbararū victoꝛ etiā tyrānoꝝ

CArus ro. impatoꝛ poſt probū impiū ſuſcepit: cuiꝰ patria ambigue a ple/ riſqꝫ ꝓdit̄ q̄dā ī illirico quidā narbone ī gallia natū ſcribūt. Is ꝯſeſtim duos filios numerianū ⁊ carinū ad gubernacula impij traduxit ac ceſares fe/ cit cū ꝗ̄bus regnuit duobus ānis. ſꝫ dū bellū aduerſus ſarmathas gerit. nūciato ꝑſarū tumultu ad oꝛiētē ꝓfectus ipſos ꝓlio fudit. Cochenis ⁊ theſiphonte no/ biliſſimis vrbibus captis. in caſtris ſuꝑ tigridē ictu fulminis cōcidit. Nume/ rianus vͦo ꝗ̄ cū patre erat adoleſcēs egregie indolis rediēs in lecticula ob do/ loꝛē oculoꝝ impulſoꝛe apꝛo ꝑ inſidias occiſus eſt. Is oēs poetas ſui tp̄is vice/ rat. Carinus aūt probꝛis oībus cōtaminatus adulter frequēs. a diocletiano (difficili tn̄ bello) in dalmacia victus ſcelerū ſuoꝝ penas tandē luit.

DIoclecianus de dalmacia oꝛiūdus vir obſcuriſſime natus anno ab vrbe ꝯdita. M. xlij. ab exercitu impatoꝛ electꝰ. apꝛū virū audaciſſimū: qui nu/ merianū interfecerat ipſemet gladio occidit. verū moto ī gallia tumultu potꝰ q̄ꝫ bello eo cū exercitu maximianū cognomēto herculeū miſit. ꝗ̄ agreſtes facile copeſcuit. At vͦo circūſtrepētibꝰ vndiqꝫ bellis cū ſolus diocletianꝰ reſiſtere tot ꝑiculis nō poſſet maximianū auguſtū: cōſtātiū vͦo ⁊ maximianū galeriū ceſa/ res creat. Maximianꝰ aūt herculeꝰ caruſio fraude interēpto. brittāniā poſt an/ nos decē recepit. at cōſtantiꝰ cū ꝑmo ī gallia male pugnaſſet renouata ſcđo pu/ gna ſexta milia alemānoꝝ ꝗ̄ eo venerāt mercede conducti expugnauit ⁊ occidit eos ac gallias pacatas reddidit. Diocletianꝰ interī ī egyptū vadēs captā ale/ xandriā quā achileo reſiſtēte mēſibꝰ octo obſederat: diripiēdā militibꝰ dedit. Fuit aūt diocletianꝰ moꝛigeratꝰ callide: ſagax ꝓterea ⁊ admodū ſbtilis ī genio diligētiſſimꝰ q̄ꝫ ⁊ ſolertiſſimꝰ ꝓnceps. adoꝛariqꝫ ſe iuſſit cū an̄ eū cūcti ſalutarē/ tur: oꝛnamēta gēmaꝝ veſtibꝰ calciamētiſqꝫ addidit. herculeꝰ aūt ꝓpalā ferꝰ ⁊ incultis ingenij: aſꝑitatē ſuā etiā vultꝰ hoꝛroꝛe ſignificās. Pacatis igit̄ vndiqꝫ rebꝰ diocletianꝰ ī oꝛiēte. maximianꝰ vͦo herculeꝰ ī occidēte vaſtari eccl'ias man/ dāt imperiūqꝫ diuiſit. tandē apud ſalonas ſe recipiēs: reliquū vite ſue tempꝰ ꝑclaro ocio ſenuit. ⁊ pꝰ. xx. annū veneno extinctꝰ e vixit annos. 73. queꝫ apud mediolanū maximinianꝰ ſecutꝰ fuit poſt triūphū inclitū quem rome perfecit.

Linea Imperatoꝝ

Tacitus



Floꝛianus



Probus



Nume/ rianus Carus Carinꝰ



Dioclecianꝰ Maximinianꝰ



Decima pſecutio in xp̄ianos poſt nerone a quodã veturio miliŕe mgr̄o excitata bis tp̄ib⁹ diocleciani ⁊ maximiani iuſſu p oēs orbis ptes pmittiť. Diocletianus q̄ꝫ in oriēte: maximianus v̄o herculeus in occidēte: vaſtari eccl̄ias: xp̄ianos affligi interficiq̄ꝫ mandāt: que certe oībus diuturnior ⁊ imanior eſt habita. Nā ⁊ ſcripture ſacre igni exuſte ſunt: ⁊ ſi q̄s xp̄ianus ī mgr̄atu fuiſſet eo ſublato remanebat infamis. Preterea v̄o ſerui q̄ in xp̄ianiſmo pdurabant: libertatē ꝯſequi nō poterāt. Milites itē xp̄iani cogebanť aut īmolare idolis: aut militiā pariter vitāq̄ꝫ deponere. edicto principis in foro poſito. Hoc v̄o quidā lacerare auſus pelle nudatus: ſupfuſo acero ⁊ ſale tamdiu cruciať quoad vita ſupſuit. hunc in fide cōfirmarūt dorotheus ⁊ gorgonius viri clariſſimi: hiſdē diebus ſorte ſortuna in vrbe nicomedia regia domus incēdio cōflagrare cepit. vnde impator a xp̄ianis id factū falſa ſuſpicione exiſtimās multos interfici. pleroſq̄ꝫ viuos ī igni coniici iubet. Eadē q̄ꝫ ſeuicia vſi ſunt q̄ in miletene ꝓuincia in ſyria: ī affrica: in thebaide: ī egypto cū impio erāt. In planicie v̄o paleſtine ⁊ tyri multi ſeuiſſimis beſtijs expoſiti ſūt. Nullū aūt genus tormēti xp̄ianis tuz nō adhibitū eſt. Quid plura cū Damaſus referat. xvij. milia hoīm vtriuſq̄ꝫ ſexus dieb⁹. xxx. p diuerſas ꝓuincias martyrio coronati fuiſſe. Omitto eos q̄ in inſulas relegati ſunt: vel ad metallū vel ad opus metalli vel ad fodiēdas harenas. excidēdoſq̄ꝫ lapides damnati: que multitudo ꝓpe infinita eſt habita. Tandē v̄o aperuit oculos deus (vt euſebi⁹ ait) ⁊ eo dioclenanū cōpulit: vt depoſito imperio priuatus viueret. Idem facit ⁊ maximianus eius collega: acerrimus perſecutionis chriſtiane auctor: qui poſt aliquot annos multis varijſq̄ꝫ morbis vexatus. ac poſt lōgos cruciatus inſania mētis percitus: furijſq̄ꝫ ſcelerum agitatus. ſeipſum tandem peremit.

Adaucius



Adauctus romanus patricius vir xp̄ianiſſim⁹ ac ſctiſſim⁹ apd̄ phrigiā martyriū ſuſcepit. Is cū cōuertiſſet ibi ciuitatē: ea vrbs a diocletiāo tota cōbuſta eſt. q: ciues idolis ſacrificia exhibē recuſarūt: adaucto viro ſctiſſimo eos ī fide retinēte. cū ⁊ ipſe idolis ſacrificare renuit. ad hoc venere ſeuiſſimi tortores: vt oculis effoſſis ac cauterio aduſtis. poſtremo capit̄ obtrūcatione martyr efficiť.

Alexander



Alexāder miles ſtrēnuus ex ſacra thebeoꝝ legiōe vn⁹ p hoc tēp⁹ apd̄ bergomū ciuitatē cū xp̄i dn̄i nr̄i nomē cōſtāniſſime pdicaret: poſt īnumerabiles virtutes ibidē operatas ſeptimo kal̄: ſeptēbris abſciſiōe capitis martiriū glorioſiſſime cōpleuit. cuius corpus grata vidua ſctiſſima colligēs ī ꝓprio predio ſepeliuit quo ī loco celeberrimū ī eius honore tēplū extructum fuit qd̄ nuncvſq̄ꝫ vetuſtiſſimū extare videť.

Barbara



Barbara v̄go nobiliſſima de nicomedia orta quaz ob nimiā pulchritudinē pater eius ī turri excelſa collocauit: timēs ne xp̄iana efficereť. Ipſa xp̄iana deū celi adorabat a ſp̄ūſctō edocta: cū p̄re īnotuit eā occidē voluit: q̄ ſe abſcōdit: qua īuēta ad p̄ſidē ꝺuciť: primo virgis ceſa deinde verſis pedib⁹ ſuſpēſa cū lāpadarū exuſtione ⁊ mām̄illarū abſciſiōe: poſtq̄ꝫ īnumerabiliū tormētoꝝ cruciationē ad extremū p̄r eius ꝓprijs manibus caput eius p̄ſcidit ſcd̄o nōs decēbris. Ignis aūt de celo deſcendēs patrē cōſūpſit ⁊ ī puluerē redegit.

Anaſtaſia



Anaſtaſia illuſtriſſima filia nobiliſſimi romāi publij potentiſſimi vxor xp̄iana effecta: circa apud xp̄ianos opa miſcd̄ie pfecit. his turbinib⁹ ab ipſo publio cōprehēſa poſt diuturnā cuſtodiā ī carcē ꝓ xp̄o macerata a griſogono ſcriptis ꝯfortata q̄ poſtea capit̄ detrūcatione palmā martyrij meruit. Tandē cū ducēt̄ viris ⁊ cū mult̄ mulierib⁹ ad inſulas palmarias delata: poſt varia ſupplicia xp̄ianoꝝ anaſtaſia a p̄fecto ad palos ligata: eā ignibus ꝯcremauit. 8. kal̄. ianuarij. circa ānos dn̄i. cclxxx. Fuit aūt bonaꝝ lr̄arū eruditiſſima ⁊ de ei⁹ pſecutiōe ad griſogonū extāt ep̄le eloq̄ntia plene.

Simphorianſu
Claudius ⁊c̄



Claudius ⁊ nicoſtratus ſymphorianuſq̄ꝫ ac ſimplicius viri clariſſimi: ⁊ ī arte q̄drataria pitiſſimi omē p hoc tēpus paſſi ſunt primo in carcerē truſi. deinde ſcorpionibus grauiſſimis ceſi. deinde iuſſu diocleciani per iudicem in mari precipitati ſunt. 4. kalendas Octobris.

Criſpinus ⁊
Criſpinianus



Criſpinus ⁊ criſpinianus viri celeberrimi ſub hac pſecutione apud ſueſſionē vrbē capti ⁊ iudici p̄ſētati p⁹ īmania tormēta ſibi a carniſicib⁹ illata gladio trūcati. 8. kal̄. nouēb. martyrij coronā pceperūt.

Mauricius



MAuricius et Exuperius Cādidus ac victoꝛ cū innocētio ſacre Thebeoꝝ legionis primicerij illuſtriſſimi cū predicte ꝑſecutōnis ignis exoꝛdiū inter ſolos militares parua ſcintilla conflauerat. ꝑ hoc tempꝰ iubente Maximiano in gallia ciuitate ſeduno cū ſex milibꝰ ſexcentis ſexagintaſex ꝓ xp̄o glorioſiſſime martirio coronanť. Hij nāqꝫ ex orientalibꝰ regionibꝰ ⁊ vt ex geſtis eoꝝ claret ex thebe egipti fuerūt. que eſt ciuitas nobilis prope Nilū a hieroſolimoꝝ ep̄o baptizati. in auxiliū a Maximiano accerſiti in galliā venerūt. Viri in bellicis rebꝰ ſtrēnui. virtuteqꝫ nobiles ſed fide nobiliores. Hos cū Maximianꝰ auguſtꝰ contra xp̄ianos deſtruaſſet atqꝫ iuſſiſſet vt ydolis imolarēt. Cū obtēperare noluerūt pluribꝰ in locis diuerſis cruciatibꝰ interfici iuſſit. Et decimū ſemꝑ decollari p̄cepit. Mauriciꝰ eoꝝ dux in fide cōfortās reliquos. qui arma deponētes vltra ſe obtulerūt ⁊ circūquaqꝫ trucidanť. Primiceriorꝝ corꝑa pꝰ mlťos paſſiōis annos ſctō ep̄o Theodoro reuelata. i eoꝝ honore baſilicā fabricauit. Eoꝝ natale. x. kaľ. octobꝛ celebrať.

Vincentius



VIncentius leuita vir inuictiſſimꝰ atqꝫ ſanctiſſimꝰ natione hiſpanꝰ btiſſimi pape Sixti diſcipulꝰ. diuiqꝫ laurētij martiris ſciencia ⁊ virtute germaniſſimus. qui genere nobiliſſimꝰ a puericia lr̄is traditꝰ. gemina ſciētia efficaciſſime eluit ſub beato Valerio ceſarauguſte antiſtite. Et cū eo acerbiſſimū martiriū a Daciano preſide pertulit. Ita vt cū ſumma pena carceris. famis inopia cathenaꝝ ſtridore manibus collo ceruicibus ferri pondera ſuſtinēs ꝑ oēs corꝑis artꝰ mortalia ſupplicia pateretur. Deinde Dacianus ſanctiſſimū hominē in eculeo primū leuatum toto corꝑe diſtēdi fecit. diſtētūqꝫ diuerſis vulneribꝰ cruciari. ac nimia ſeruēs inſania dū martirē dei lacerant ſe amplꝰ lacerare conať. vt ꝓfluentē a toto corꝑe ſanguinē cerneret. Hinc ex eculeo aſſumptꝰ Vincentiꝰ: iuſſerat lectū tyrannꝰ cuius ferratis coſtis ꝓferri: ⁊ addita ſubtus carbonū cōgerie ⁊ exuerūt dū martirē. q̄ intrepidus vltro cōſcendit in craticula poſitū vncinis ferreis aperiri ⁊ ardētes laminas infigi ac ſale ignito aſpergi ac laceratū teterrimo carcere fecit includi. Atqꝫ ibi teſtas acutiſſimas congeri in lignoqꝫ pedes eiꝰ affigi ⁊ ſine hūano ſolatio derelinqui. Angeli tamē ſolutis nexibꝰ. ⁊ athleta dei magno lumīe refectꝰ. que cū Daciano nūciata fuiſſent. ait victi ſumꝰ. p̄cepit vt mollibus fouereť vt cū amplꝰ cruciaret. mox aūt p̄cioſaꝫ reſolutꝰ in mortē celo ſpm̄ reddidit. pꝰ ꝑſecutiōꝫ corꝑꝰ extra muros valētie ſb altari cuiuſdā eccie xp̄iani cōdiderūt. Eius paſſionē nobileqꝫ triūphū prudentiꝰ verſibus expreſſit. Auguſtinꝰ q̄ꝫ huius ſanctiſſimi martiris preconiū vberrime demonſtrat.

Sancta Agnes



AGnes clariſſima virgo memoratu digniſſima. hac ꝑſecutiōe (teſtante Ambroſio) apud romā orta a ciuibꝰ romanis iuuēcula corꝑe tredeci annoꝝ pulcra facie. dū a ſcolis reuerteť a p̄fecto filio adamať. Agnes ait preuentam amore eiꝰ. cuiꝰ mater virgo ē: Capta igiť a p̄fecto vrbis electionē dedit vt ſacrificia dijs cū virginibus dee veſte aut cū meretricibus luxui opā daret. que ſingula rēnuit. Ideo nudā ad lupanar p̄fectus duci iuſſit. ſed tantā dēſitatē capilľ dn̄s ꝯtulit vt q̄ſi veſtibus tegereť: Qua ingreſſa angelū dn̄i inuenit p̄paratū. q̄ ſtolā cādidiſſimā p̄pauit. Oēs ingreſſi miraculo territi cōpūcti redibāt. etiā filius p̄fecti. q̄ ab angelo p̄focatus ē. Sꝫ illa poſtmodū orāte iuuenis ille reuixit. Deīn poſt minaſ et terrores ac verbera plurima i ignē ꝯiecta ſed minime leſa Tandē aſpaſius i guttur eius gladiū imergi iuſſit ſeptio kaľ. februarij martirij palmā adepta eſt. quā parētes ſepelierūt. que eis in nocte cū magno exercitu virginū veſte fulgente apparuit dicēs. Videte amātiſſimi parētes ne me q̄ſi mortuā lugeatis ſed congaudete mecum quia cum his omnibus lucidas ſedes accepi. Et illi ſum deſponſata in celis quem in terris tota cum intentione dilexi:

Ciriacus



CIriacū quoqꝫ diaconū cū largo ⁊ ſmaragdo ꝑ hoc tp̄s cū alijs viginti paſſum hiſtorie tradūt. qui artemiā filiā Diocleciani a demonio liberauit. Similiter iobiā ſaporis pſaꝝ regis filiā poſt dies q̄draginta quiqꝫ reuerſi a Diocleciano honorifice ſuſcepti. pꝰ eius morte filius eiꝰ maximianꝰ iuſſit illos tres cū alijs xp̄ianis in carcerē mitti. inde ꝑ iudicē Carpaſiū eductꝰ caput eius pice liq̄ta ꝑfundi fecit. ⁊ iterū i carcerē retrudi. Ceteꝝ poſt q̄tuoꝛ dies nolētes ſacrificare in cataſta fuſtibus cedi ⁊ neruis extēdi fecit. Inde filius diocleciani iuſſit Ciriacū cū Smaragdo ⁊ alijs viginti capite trūcari. Et ducti ſunt cū eo ꝓmiſcui ſexuſ: Rome aūt via ſalaria decapitati ſūt. Marcellꝰ papa cū Lucia corꝑa martirū in predio via hoſtienſi miliario ab vrbe. 7. ſepelierunt. ſexto ydus Auguſti.

Geruaſiꝰ ⁊ Prothaſiꝰ



GEruaſius ⁊ Prothaſius germāi natiōe Mediolanēſes p̄re vitale viro ſctō mr̄e valeria viro ptū geniti hac tumultuāte ꝓcella i ea vrbe ab aſtaſio comite ſūt paſſi. Hij nāqꝫ parētibus orbati ꝯfeſti vniuerſū p̄rimoniū vēdiderūt ⁊ pauꝑibꝰ erogarūt oroibus ⁊ lectiōibus ꝑ plres ānos vacabāt. Aſtaſio ꝓfecturo ad bellum ſacerdotes ydoloꝝ dixerūt. niſi faceret geruaſiū ⁊ ꝓthaſiū dijs ſuis imolare victoriam reportare nō poſſet. Pn̄tati corā comite cū nō acq̄eſceret idolľ ſacrificare Geruaſius plūbatiſ ceſus ē donec ſpm̄ exalaret. Prothaſiꝰ vo fuſtibus ceſus demum capite trūcatus ē. Quoꝝ corꝑa cū āmis mltis icognita fuiſſēt. diuus Ambroſius domīo reuelāte in corrupta adeo reperit. vt eo die interēpta fuiſſe videbāť. Marizati fuerunt hij beatiſſimi matires die. xiij. kaľ. Januarij.

Georgius



GEorgius capadocius tribunꝰ ⁊ verus xp̄i miles hoc tp̄e. Cũ veniſſet de capadocia ĩ perſidã ciuitatẽ dyoſpolim velut alter curcꝰ romanꝰ ⁊ codrꝰ athenienſiũ rex ꝓ patrie ſue liberatiõe ſeſe iternitiõi ad draconis occiſionẽ ⁊ martirij tollerantiã dedit. Quippe interfecto dracone pꝰ eculei extẽſionẽ tonuſq̃ corporis laceratiõẽ ⁊ viſceꝝ effuſionẽ. nec nõ ⁊ alioꝝ tormẽtoꝝ ꝑpeſſiõẽ. ad vltimũ martiriũ capitis abſciſiõe cõpleuit. Cuiꝰ geſta licet inter apocriphas ſcripturas ponãt ipiꝰ tñ illuſtriſſimũ martiriũ inter coronas martiꝝ dei eccl'ia venerabiliter honorat. qd̓ etiã Ambroſiꝰ atteſtat qui ſcribit Georius fideliſſimꝰ xp̄i miles. dũ xp̄ianitatis ꝓfeſſio tegeret. ſolus inter chriſticolas dei filiũ cõfeſſus eſt. Cui etiã tantã fidei cõſtantiã diuina gr̃a cõceſſit. vt tyrãnice poteſtatis p̄cepta cõtẽneret. Et innumerabiliũ nõ formidaret tormẽta penaꝝ. huiꝰ incliti martiris caput cũ poſtmodum venecijs delatũ fuiſſet. in eius honore monaſteriũ ⁊ eccl'ia erecta fuit qd̓ nũc vſq̃ maxĩa cũ veneratiõe ꝑſeuerat. Vexillũ q̃z eiꝰ apd̓ germanicã natiõẽ bamberge maxĩa cũ ſolẽnitate oñdit. Eiꝰ natale die. ix. kal'. maij ab oĩbꝰ xp̄icol' celebrat.

Eraſmus



Tiberius Cōſtantinus mortuo iuſtino romanoꝝ regū ſumpſit imperiū. Hic vt iaꝫ dixim⁹ iuſtino adhuc ceſare cū palaciū regeret. ꝛ eū ꝑ adoptionē in filiū ꝛ regni heredē ſuſceperat. ac merito certe cuꝫ in hoīe ea ornamēta eſſent. que in optimo principe req̄rūtur clemēcia. iuſticia. pietas. religio. ſapientia. cōſtātia. Et ꝑpetua fortitudo. Uerū inter alias eiꝰ v̄tutes benignꝰ ꝛ liberalis in oēs. potiſſimū v̄o erga paupes habitꝰ ē. Et cū multa de theſauris q̄s iuſtinꝰ aggregauerat paupibꝰ erogaret. ſophia auguſta freq̄ntius increpabat eū q̄d rem publicā redigiſſet ī paupertatē. Aiebat ille. Cōfido ī dn̄o. qꝛ nō deerit pecunia fiſco nr̄o. tantū vt paupes elemoſinā accipiāt aut captiui redimāt̄. Hoc ē magnus theſaurus. Deambulās v̄o ꝑ palatiū vidit in pauimento domus tabulā marmoreā. in q̄ erat crux dn̄ica ſculpta. Et ait. Crucē dn̄i q̄ frōtē nr̄am ꝛ pectora munire debemꝰ. Eā ſub pedibus cōculcam⁹. Et dicto citius iuſſit eandeꝫ tabulā auferri melioriqꝫ loco atqꝫ honeſtiore reponi. Poſt h̄ v̄o vna. atqꝫ altera inuenta eſt. Sub q̄ tantā vim auri ꝛ argenti repperit. q̄ntā hoīs bn̄ficiētia requirebat. Cuiꝰ q̄dem magnā ptē paupibus erogauit. Ferūt etiā narſetis theſauros ad eū ex ytalia delatos fuiſſe. Quibus cōflatis ad magnificentiam ꝛ liberalitatem vſus eſt. Et ne quid ad integrā eius felicitatē deeſſet. exercitus què in perſas miſerat. victor rediens tantā predam ad elephantis. xx. auexit. q̄ntum vllus vnq̄ꝫ antea. Hoc requirebāt eius merita erga genus humanuꝫ. Hec religio in deum ſaluatorem noſtrū. hoc poſtremo eius beneficentia erga populū romanū. que ꝛ armis quoad fieri potuit tutatus eſt. Tyberius igitur Conſtantinus poſt q̄ꝫ imperium ſeptem rexerat annis. ſentiens ſibi diem mortis imminere. vna cum conſilio ſophie auguſte Mauricium genere capadoceꝫ virum ſtrenuū ad imperium elegit. ornatamqꝫ ſuam filiam regalibus ornamentis. tradidit ei dicens. Sit tibi imperium meū cū hac puella conceſſum. vtere eo felix. memor ſemp vt equitate ꝛ iuſticia delecteris. Hec poſtq̄ꝫ dixit de hac luce ad eternam patriam migrauit. Magnū luctū ppl'is de ſua morte relinquēs fuit ei ſumme bonitatis ī elemoſinis ꝓmptꝰ. in iudicio iuſtꝰ. In vindicādo cautiſſimꝰ. nullū deſpiciēs ſ; oēs in bona volūtate complectens. oēs diligēs. ipſeqꝫ dilectus ab omnibus.

Longobardi quibus nutrita barbe longitudo patrio ydeomate dedit nomē a Scandinauia germanie inſula occeani originem habuere. Ex qua profecti Aionē ꝛ Chatonem habuerunt duces. Iiſqꝫ fato functis. Agelmūdum ſibi regem impoſuit. Eoqꝫ a populis quos dicūt bulgaros hiſtri accolis interfecto lamiſſio ſubrogatus eſt. Qui agelmundi necē vlciſci cupiens in bulgaros arma mouit. eoſqꝫ maxima afflixit clade. de ortu huius lamiſſij refert Paulus ꝙ meretrix quedaꝫ vno partu ſeptem edidit filios quos cum in piſcinam enecandos proieciſſet. Agelmundus rex videns paruulos exorruit facinus. haſta q̄ꝫ manu geſtabat eos voluere cepit. vnus ex eis iniecta manu haſtam comprehendit rex miſericordia motus illi magna prenūcians e piſcina abducandum abduxit. que eorū lingua lama dicitur lamiſſium nominauit. qui cum adoleuiſſet ſtrenuus in omnibus adoleſcēs euaſit. Et poſt eum quadraginta annis regnauit. quo defuncto tercius rex Lethu eſt ſuffectus. Qui cum ānis quadraginta regnaſſet Hildooch filiū ſibi inſtituit ſucceſſorem. Et poſt eum quintus Godooth longobardoruꝫ regno prefectus eſt. Cui ſucceſſit Claffo. Inde ſubrogatꝰ ē in ſeptimuꝫ regem filius thato. Qui profligatis herulis paulopoſt interfectus eſt. Octauus regum Unacho. Ualtarith filium habuit ſucceſſorem. Poſt quem decimus ꝛ non nonus ꝑut ſcripſit Sigiſbertus longobardorum rex fuit andoin a quo primū ea gens in pannoniam traducta fuit. Poſtq̄ꝫ ānis duo de quadraginta Rugilandam prouinciam habitauerat. In pannonia autem ſub ipſo andoino primū ꝛ poſtea ſ; Alboino eiꝰ filio. Qui vndecimus rex fuit annis quadragintaduobus lōgobardi habitauere. dignitate aucti ꝛ maximo potentatu. Longobardorum autem in ytaliam ingreſſum fuiſſe cōperimus benedicti pape pontificatus initio. Et iuſtino minore annū iam terciūdecimū apud Cōſtātinopolim imꝑante. Fecerunt iter longobardi ꝑ patentē portam que ab ipſo conditi orbis initio relicta fuiſſe videtur barbaris ad ytalie inuaſionē. Decedentes nanqꝫ pannonia ꝑ noricū q̄ prius bauaria. nunc ea in parte dicitur auſtria ꝑuenere. Liburneam que tūc ſicut ꝛ nūc dictus eſt ꝓuincia forulij. Oppidoqꝫ forulio cū ipſa (cui dat nomen) ꝓuincia ꝑ incolarū deditōeꝫ potiti ad plane fluuiū conſederunt.

## Linea Imperatorum

Iuſtinꝰ mīor vl' iunior



Tiberius ſecūdus



Alboinus Rex



ALboinus vndecimus longobardoꝝ rex. quē narſes vt p̄miſſum ē cū omībus copijs poſtqꝫ gunimundū gepidaꝝ regeꝫ occidiſſet. ꝛ gepidas vſqꝫ ad internitōem deleuiſſet: E pannonia in ytaliā ad cōpeſcendas ſedes vberiores qꝫ in pannonia occupauerāt. litteris ꝛ nūcijs accerſit. Obtemperās itaqꝫ narſetis monitis alboinus ytaliā per ſyrmiū ingreſſus. cum oīnibus longobardis tam viris qꝫ mulieribus. adiūctis etiam ſibi. xx. ſaxonū milibus. cū ipis vxoribꝰ ac liberis armētis qꝫ. ꝑ foꝝ iulij ytaliā intrauit. cū exercitu lectiſſimo. primo oēm veneciā occupat. inde in ſubriā ingreſſus mediolanū vi capit ac diripit. papiam triennio obſeſſam in ptātem ſuam tandē redegit. Hac aūt victoria letꝰ. veronaꝫ ſe cōtulit. quā regni tocius ſedē cōſtituerat. Erat tūc tercius et dimidius exactꝰ ab ingreſſu longobardoꝝ in ytaliā annus quo in tpe alboinus omni pene ethruria ꝛ arimino ac ciſalpine gallie partibꝰ a bononia papiam vſqꝫ oībus (excepto Grex illo) potitus vel vrbibus vł oppidis. veronā igitur ſe contulit. In qua vrbe vxorē diuitiaſqꝫ ꝛ omnē regiā ſuppellectilem habebat. Rebus autē vt erant tūc in ea gente letiſſimis. ludos celebrauit. Et qꝺ oīnia apud eam barbarieꝫ ſuperabat ludoꝝ leticieqꝫ genere cōmuijs ebrietatibuſqꝫ ē indultum. Bibebatqꝫ rex ea pathera quā ex Gunimūdi gepidaꝝ a ſe in pānonia interfecti craneo laminibus circūdato aureis parauiſſe. Et cuꝫ immoderatius hauſiſſet hilarioꝛ ac ꝓprie amens redditus. miſit Roſimūde vxori e regione diſcūbenti patheram mero plenam. Ipſe alta incla mitans voce vt cū p̄re gunimūdo bibēs leta eēt. Que vxoꝛ adeo alte īſedit pectoꝛi mulieris. vt ex ea hora ſtatuerit p̄ris cranei ludibꝛiū viri īteritu vindicare. Egitqꝫ tātā rem maxime in hūc modūꝫ. Helmechildis erat longobardus ꝛ nobilis ꝛ in armis feroꝛ. qui adoleſcentia floꝛens. ꝛ coꝛpoꝛe formoſiſſimus. puellā deperibat. roſimūde obſequio inſiſtentem. Qꝺ cū nō ignoꝛaret regina effecit. vt puella qꝺ ardenter cupiebat ſeſe illi in concubitum permitterer. Eum poſtea adoleſcentem his artibus ad laſciuientis animū in ſententiam trahendum vt rata erat efficaciſſimis pellectum. Roſimūda in regis caput armare tēptauit. Cuiꝰ poſtea conſuetudine roſimūda quidem delectabat̄. quēqꝫ in cubiculū ſecreto ducens. propoſita regni ſpe alboinū obtrūcare compulit. Vez cū aduerſantibus longobardis. de ſpe regni decidiſſent. Ambo ad longinū qui tum rauenne preerat confugere. Nec ita multo poſt ſeipos inuicem veneno petentes diem extremū claudunt.

Lōgiuꝰ exarchꝰ ytalie



LOnginus grecus primus ytalie exarchus. hoc anno poſt captam vniuerſam ferme ytaliam. nouū in ytaliā adduxit magiſtratus nomē exarchatus ytalie. qui interp̄tabat̄ ſummus ytalie magiſtratus. Et rauenne ſe continens nūqꝫ iuit ad vrbem romam. vel qualis eſſet inſpiciendam. In adminiſtratione vo ytalie ꝛ vrbiū que in iuſtini imꝑatoris partibus cum roma ꝛ rauenna durauerant. Hūc primus ſeruauit moꝛem. vt non prouincie aut regioni preeſſꝫ preſes ſiue quiſpiam magiſtratus: ſed ſingule vrbes ſingula oppida a ſingulis cuſtodirentur. regerēturqꝫ magiſtratibꝰ. quos appellauit duces. parem itaqꝫ faciens vrbem romā alijs ytalie vel vrbibus vel oppidis. hac vna in re illā honoꝛauit. qꝺ impoſitum tūc magiſtratum preſidem appellauit. ſed qui ſucceſſerūt ſunt appellati duces: vt poſtea per multos annos ſic romanus appellaretur ducatus. ſicut Narnienſis ſpoleranuſqꝫ eſt dictus. neqꝫ poſt baſilium qui cum Narſete conſul fuit. vel conſules roma habuit vel ſenatum legitime coactum: ſed a duce greculo homine. quem exarchus ex rauenna mittebat res romana per multa tempoꝛa adminiſtrata ē. Durauit quippe hic magiſtratus fermē centum ꝛ viginti quatuoꝛ annis. Hocqꝫ defuncto ſmaragdus ſuffectus fuit.

Leander epiſcopus



LEander tolletanus (vel vt quidam volūt) hiſpalenſis epūs. Vir plane ſanctus ꝛ doctrina precipuus. In quo eloquentia ꝛ doctrina pari lance certabant. Cuius p̄dicatione exemploqꝫ ꝛ induſtria tota veſegothoꝝ gens ꝑ Recaredum coꝛū regem ab arriana impietate cōuerſa ē. Multa em̄ cōpoſuit. tum ad cōfirmationē noſtri dogmatis: tum ad cōſutationem arriane ꝑfidie. quā (tanqꝫ teterrimā labem) Vandali ex aphrica in hiſpaniā a beliſario pulſi detulerāt. Huic aūt inſigni viro beatus Gregoꝛius papa adhuc monachus moꝛaliū ſuoꝛum libros ſcripſit. Cuiuſqꝫ vita multis ſignis ꝛ miraculis in fine claruit. Ideo inter ſanctos relatus cuius feſtū. 3. kal. Marcij celebrat̄.

IOannes Elimona ſeu elemoſinarius latine alexandrine vrbis epiſcopus. per hoc tempus oꝛientalem eccleſiam quoad fieri potuit in fide continuit legendo. diſputando. ſcribendo. monendo. docendo. licet multos aduerſarios habuerit ſigna quoqꝫ magna. nec nō elemoſinas plurimas ꝛ alia pietatis opera faciendo. Cuius celebrem ꝛ admirandā leonciꝰ qdam neapoleos ciprioꝝ inſule epūs vt in vitaſpatruꝫ hiſtoꝛiam pulcerrimam ſcripſit.

ACtum tum demū de noīe ytalico putaſſem in tanta reꝝ ꝑturbatione: niſi ſanctiſſimi viri ꝑiture ꝓuincie ſuccurriſſent. Preerat eccīe aqleienſi paulꝰ p̄triarcha vir ſctītate fama ꝯſpicuꝰ. Is vrbis aqleie paulo an̄ nouo parūqꝫ valido muro cincte mūitioni diffiſus. cū clero ſctōꝝ reliquijs ꝛ oī ſacra ſuppellectile migrauit gdū. ꝑerat eē taruiſine eccīe felix epūs rauēnā oꝛiūdꝰ vir vt ea tēpeſtate doctꝰ. ꝛ cū vita integer is lōgobardos adeſſe ītelligēs ad alboinū ire ꝯtēdit taruiſinis vt nouerat iratum ſalutem ꝛ bonoꝝ eccīe ſue conſeruationem impetrauit:

Fortunatus epiſcopus



Germanus eþus



FOrtunatus eþus tudertinus (vt ait grego. in primo dyalogorū) in effugādis ſpiritibus im menſe virtutis gratia pollebat. ita vt non nunq̄ȝ ab obſeſſis corporibus legiones demonū pelleret. Et cū multos hoīes liberaret Etiā equū cuiuſdam mili tis in rabiem verſū: vt cūctos dilaniaret: facto ſigno crucis ad manſuetudineȝ reduxit. cuidaȝ quoqȝ ceco lumen reſtituit. Et nūc corpus eius in ciuitate tuder tina demoniacos abſoluere. egros curare quotiens ex fide petitur vt viuens conſueuerat traditur.

FOrtunat⁹ alter vir ſingularis litterature ꝛ elo quentie gallos ad meliorem cultū redegit ſcriptis ꝛ exemplo. Ad ſigibertum eī̄ eoꝝ regem libellum de gubernando regno pſcripſit. ac beati Martini vitam eleganter compoſuit.

Sampſon eþus



Amandus eþus



GErmanū epiſcopum pariſienſem. ſunt qui ſcribant virum quidem ſanctiſſimū hoc tempore fuiſſe. qui francie reges ſemꝑ in officio cōtinuit. Et adeo quidem: vt inter ſe certatū religione. pietate. gr̄a. humanitate ſit. Nil eī̄ in Germano cernebant. qđ ipſi nō imitarent̄: tātū valet boni paſtoris exēpla.

SAmpſon dolenſis epiſcopus. mira claruit ſanctitate. in eius cōſecratione colūba celit⁹ emiſſa ſuꝑ caput ſedit quouſqȝ eþus ordinatus fuit. Suus quoqȝ diſcipulus Erbinus poſt ſua fata claruit.

AMandus epiſcopus Traiectenſis in vaſconia cū eo tempore populus ferociſſimus eſſet ſua ſanctitate ac predicatōne ad mitiorē vitam redegit.

Gregorius thuronēſis epiſcopus.



Radegūdis regina fracie



GRegorius turonenſis archiepiſcopus octauo Juſtini anno ordinatus in oīnbus clarus habetur. Fuit antē aluernie regionis indigena. Sexte cim deinde āniſ in eþatu exegerat. Cū gregori⁹ magn⁹ in ſede aplica ſbrogat⁹ ē. Obijt tandē. xv. kal. decembris. Hic ſcripſit hiſtoriā regū frācoꝝ. Miracula q̄qȝ beati martini poſt obitū ei⁹ in libris q̄tuor.

RAdegūdis regīa frācie de regiōe thuringie ex beregario orta. poſt deuictaȝ pr̄iam regal' p̄da abducit̄. Ea ī ſortē lothari reg' ī vero mādēſeȝ ducta ad nutriēdā cuſtodita. īde ī ſucceſſiōe nupſit terreno p̄ncipi. nō tñ ſepabat̄ a celeſti mira poſtea peregit pietatis opa. cā medard⁹ poſtremo nouiomū mutata veſte dn̄o cōſecuit. porro mōaſterū pietatis coopante dei gr̄a mōaſterū p ordinatōeȝ lotharij reg' ꝯſtruxit. vbi ī multitudine mag̃ abbatiſſa ī oī abſtinētia ꝛ miracul' vixit. morſqȝ ei⁹ glioſa fuit. ei⁹ trāſitus recolitur ydibus Auguſti.

Gregorius magnus doctor



GRegori⁹ magn⁹ (ob eius ſanctitatē. ac ſapientie p̄cipue moralis ſublimitatatē) appellatus vt pene in ea oēs doctores excellerit. Js ex ſenatoria ſtirpe ortus. patrem habuit Gordianū matrem ſiluiam nobiliſſimos romanos. At cum ſummā philoſophie apicē in ſua adoleſcentia attigiſſet. Ac rerum ꝛ diuitiarū copia abundaret. ea oīa deſeruit ꝛ religionis ſtatū p̄elegit. varijs tñ ſeculi curis ac negocijs impeditus. Tādē patre orbatus ſex monaſteria in ſicilia cōſtruxit. Septimū intra menia vrbis ſb honore ſancti andree apoſtoli ꝓprijs fabricauit. Jn quo relictis ſericis auro gēmiſqȝ: vili monaſtico habitu tegebat̄. Cui⁹ pfectio in prologo dialogi eius oſtēditur. tanta aūt in abſtinentia corpus afflixit. vt infirmato ſtomacho vix ſubſiſter e valeret. vt ſepenumero ſincopi laboraret. Monachus igitur romanus. ob probitatē ꝛ ſanctitatem maximo in p̄cio habitus fuit. Qui ꝛ multa tum cōſtantinopoli. tūqȝ rome pro xp̄iana religione ad multoꝝ eruditionē edidit opa. Moraliū ī Job libros dialogoꝝ paſtoraliū. Jtē regiſtꝝ ſuꝑ Ezechielē ꝛ omelias ꝛc̄.

Anno mundi. 5793. Anno xp̄i. 594.

GRegorius magnus papa. eius nominis primus. patria romanus pater
Gordiano. viro ſenatorio: vno oīm ꝯſenſu inuitus etiā pōtifex creatur.
Anno dn̄i ⁊c. d. ac. xviij. Is aūt cum principis ꝯſenſus requireretur. nūcios
cū litteris miſerat. Qui mauriciū obſecrarent: ne pateref electionē cleri ⁊ ppli
romani ea in re valere. intercepte ſunt littere a profecto vrbis ac diſcerpte ſcri-
pteqꝫ alie. Quibus rogabatur vt quem populus ac clerus in pontificem legiſ
ſet eundem imꝑator confirmaret. quo nihil ei nūciari iocūdius ac gratius po/
tuit. cum ſecum familiariter dum conſtantinopoli erat Gregorius vixiſſet. fi/
liumqꝫ eius fonte baptiſmatis leuaſſet. Remiſit itaqꝫ Mauricius nūcios qui
Gregoriū ꝯfirmarent: cogerentqꝫ pontificatus gubernacula ſuſcipere. Is ita
qꝫ non ſibi ꝑ ſe. ſꝫ vtilitati hoīmqꝫ ac honori diuino ꝯſulens. quem certe ob re-
ligionem ⁊ pietatē rebus oībus ſemper ante tulerat. ſpretis opibus. poſt-
habitis voluptatibus atqꝫ oīni ambitione ⁊ potentia. gubernacula reipubli-
ce xp̄iane ſuſcipiens. ita vixit. vt vſqꝫ ad tēpora noſtra. neminē ex ſucceſſoribꝰ
parem habuerit: ne dum ſuperiorem vel ſanctitate vite vel diligentia in rebus
agendis. vel doctrina ⁊ ſcriptis: doctor etiā humilimꝰ primus oīm pontificū
ſe ſeruū ſeruoꝝ dei ſcripſit. Ac omnis inſtitutio eccleſiaſtici officij veteris ꝑſer-
tim ab eo eſt inuenta ⁊ approbata. Supplicationeſqꝫ maiores ꝓpter peſtē ſe
dandam ac ſtationes inſtituit. Exornatis quoqꝫ q̄buſcūqꝫ rebus potuit baſili
cis romanis dedicataqꝫ gothoꝝ eccleſia que in ſubura eſt agathe martyris no
mine. paternā domū in cliuo ſcauri poſitam non longe a circo maximo in mo-
naſteriū redegit. Quo in loco ⁊ hoſpites ꝯtinuo accipiebat. Et pauꝑes vndi/
qꝫ confluentes cibo ⁊ potu in vita retinebat. Vir certe oīni laude dignus. Tā/
dem confirmata oīni ratione eccleſia dei. Anno. xiij. menſis. vj. die. x. pontifi
catus ſui moritur: Phoce vero imperatoris āno ſecundo. ſepeliturqꝫ collacrimā/
tibus oībus in baſilica petri ante ſecretariū. quarto ydus marcij. Eius vero in
morte menſibus quinqꝫ. diebus vnde viginti. ſedes romana tunc vacat.

SAbinianus papa cuiꝰ patria ignoraf ac merito quidem Gregorio ſucceſ/
ſit: homo cū obſcuro loco natus. obſcurioris moribus rebus geſtis Gre
gorij viri ſanctiſſimi aduerſatus eſt. Nam cum ſuo pontificatu fame laborare
tur. inſtarentqꝫ pauꝑes. vt pietatē Gregorij elemoſinis imitaref: nil aliud re/
ſpondebat. q̄ꝫ Gregoriū popularē famā aucupantē patrimoniū eccl̄ie largitio/
nibus diſſipaſſe. Paululū etiā abfuit q libri eius cōburerenf. Adeo in Gre/
goriū ira ⁊ inuidia exarſerat homo maliuolus. Dictū ſtatuit vt hore in eccle/
ſijs diſtinguerenf officij gratia. Et accenſe lampades ꝯtinuo retinerentur. po
tiſſimū vero in eccleſia beati Petri. At cū annū vnum. menſes quinqꝫ. dies. ix.
in pontificatu ſediſſet moritur. funuſqꝫ eius a ſancto Joanne per portam aſina
riā ⁊ pontem miluiū in baſilicā petri defertur. Vacat ſedes eiꝰ morte. menſes
xj. dies ſex ⁊ viginti.

BOnifacius tercius papa. patria romanus. Vir ſacerdotio dignꝰ a pho/
ca imperatore obtinuit. magna tamen contentione. vt ſedes beati Petri
apoſtoli. que caput eſt omniū eccleſiarum ita ⁊ diceretur ⁊ haberef ab oībꝰ.
Quem quidem locum eccleſia conſtantinopolitana ſibi vendicare conabatur.
fauentibus interdū malis ꝑncipibus. Merito enī ſedes romana ceteris āfer
tur. Eiꝰ integritate ⁊ ꝯſtātia cūcte hereſes ꝯfutate ſunt ⁊ exploſe: inde ſynodo
habita plura inſtituit. Tandem eius vita ⁊ decreta extincta ſunt pontificatus
ſui menſe. ix. Sepultus eſt aūt in baſilica petri: vacat tū ſedes menſe vno. die/
bus ſex

Anno mundi. 5813. Anno xp̄i. 614.

BOnifacius quartus papa natione Marſus. patria valerienſis. patre Jo
hanne medico. Hic templū ſancte marie rotūde quod veteres pantheon
Quia cybeli ⁊ oībus dijs cōmune eſſet. a phoca imperatore obtinuit: cōſe/
crauitqꝫ q̄rto ydus Maij. in honorē beate marie v̄ginis omniūqꝫ martyrum
Eiectis prius gentiū ſimulacris. luſtratoqꝫ templo vnde poſtea virgo ad mar
tyres appellata eſt. Quo facto etiam domū paternam in monaſteriū redegit:
fundoſqꝫ ſuos monaſterio aſcribit i monachorum vſum. Quibus ⁊ predican
di ac abſoluendi poteſtatem tribuit. Verū non ita multum poſt. diem extremū obiens. Sexto pontificatꝰ
ſui anno menſe octauo. die. xiij. Quo quidem tempore. peſte fame ⁊ inūdatione aquarū laboratū eſt. Se
pelitur in baſilica petri. vacat tunc ſedes eius morte menſibꝰ. vij. diebꝰ q̄nqꝫ ⁊ viginti.

Linea ſummorum pontificum

Gregorius primus



Sabinianus



Bonifacius tercius



Bonifacius quartus



Mauricius tyberij gener. quo defuncto īdutus purpura. redimitus diademate. ad curiā proceſſit. acclamatiſq; ſibi laudibus largito populo mūera. primus ex grecoꝝ genere cōfirmatus eſt. huic enī ⁊ſi cappadox erat. imperiū tamē ob v̓tutem ⁊ ſtrēnuitatē in rebus agendis ꝯmiſſum eſt. At vero longobardi cū poſt mortem alboini. xx. ānis ſub ducibus fuiſſent. Eutharim regem ſibi creant. Quē ⁊ flauiū appellarūt. quo quidem cognomento oēs lōgobardoꝝ reges deinceps vſi ſunt. Mauricius aūt pellere ytalia lōgobardos conatus. Sigebertū frācoꝝ regē mercede ad id bellū ſollicitat. Qui ſtatim cōparato galloꝝ ⁊ germanoꝝ mag̃ exercitu. cū Euthar decertās magno capto incōmodo ſupatur. Hac aūt elati victoria longobardi. vſq; ad fretum ſiculū puenere: vrbes ytalie in ptātem ſuam redigentes. Quo minus v̓o vrbe roma diu obſeſſa potirent̃. fecere hymbres. ⁊ quidē frequentes quibus hoſtes a menibus ꝓpellunt̃. Interea v̓o mauricius ſupatis ī etruria ⁊ campania Hexarcho romano duce longobardis in omnia vicia ꝓlapſis. legem tulit vt qui romane militie aſſcriptus eſſet. niſi finita militia. vt manchus ⁊ debilis ex vulnere factus. deo militare nō poſſet. Hanc ob rem motus Gregorius hoīem admonet ne eius religionē impugnet. Cui⁹ benignitate ex īfima ſorte hoīm ad ſummū gradum dignitatis puenerat. Preterea cū Joannē Conſtantinopolitanū epm̄ vniuerſalē patriarchā creaſſet. monuiſſetq; Gregoriū vt obtemparet. Reſpōdit homo conſtantis ingenij ⁊ fidei poteſtatem ligandi ⁊ ſoluendi petro traditam eiuſq; ſucceſſorib⁹. nō epis ꝯſtantinopolitanis. Nequaꝗ̄ his malis cōtentus longobardos adhortat̃. vt romanos adorirētur. Ideo agilulphus ex ciſalpina romā magnis illatis calamitatib⁹ integrū annū obſedit. Omiſſa ſpe potiūde vrbis mediolanū rediit. At mauricius nō ſponte. ſ; coacte penitentia ductus. cū Gregorio mitius agere cepit: fuit tn̄ vtilis reipublice. Nā ſepe contra hoſtes dimicans victoriam obtinuit. Hunnos q̄ auares appellant̃ ei⁹ virtute deuicti ſunt. Interim v̓o milites ſtipendijs ſuis defraudati. Phocā centurionē imperatorem creant: ⁊ Mauriciū obtrūcant. poſtq̄ vnū ⁊. xx. annis rexit.

Phoca. extincto mauricio eiuſq; filijs. Theodoſio Tyberio Conſtantino ⁊ aduocato romanoꝝ regnū inuadit. p octo annoꝝ curricula principat⁹ eſt. Veniēſq; cōſtantinopolim imperator receptus eſt: magnā de ſe ſpem prebuit. ſ; rerum exitus multoꝝ feſellit opiniones. Nam ſuo tpe pſe coſdra rege in romanas p̄uincias irrūpētes. ſupato phoce exercitu hieroſolimā occupāt. Templa xp̄ianoꝝ ꝓphanāt ⁊ diripiūt. Lignū dn̄ice crucis inde auferūt. Zachariā virū ſanctiſſimū eiuſdē ciuitatis patriarchā in captiuitatē abducūt. Hanc ob rem ab omnibus potiſſimū a ſenatu ſpretus phocas ab heraclio copiarum ⁊ affrice prouincie duce imperio ⁊ vita priuatur. Remq; publicā romanā. heraclius eiuſdē filius regendam ſuſcepit.

Linea Imperatorum

Mauricius



Phoca



Concilium ad. s. Petrum Rome



Synodum apud ſanctū Petrū Rome vir ſanctiſſimus Gregorius papa habuit (ne vlla in re eccleſie deeſſet) quatuor ⁊ viginti epiſcoporum in qua multa ſuſtulit que nocitura. multa etiā addidit que profutura ſidei noſtre videbātur. In ea quippe ſynodo primo q̄tuor ꝯcilia. ſ. Nicenū. Cōſtantinopolitanū. Epheſinū. ⁊ Calcedonenſe decreto publico approbauit. ⁊ cōfirmauit. nec non et q̄ntū venerat⁹ ē. Vetuit in eo ꝯcilio vt null⁹ bigamus ordinaret̃ p̄ſbiter. Statuit etiā vt epſ ſemel dn̄taxat ꝯſecraret̃. Mādauit p̄terea vlrimā voluntatem modis oib⁹ obſuare debere. Inſtituit p̄terea ne q̄d ornatus ⁊ ꝯcētus inter ſacrificandū deeſſet. vt aduerſu vni⁹ pſalmi introitus miſſe fieret. Et vt nonies kyrieleyſon canerent̃ ⁊ all'a. in canonē redegit. dieſq; nr̄os ī tua pace diſponas. Preterea ſupplicatōnes maiores (q̄s greci letanias vocāt) p̄mi⁹ inſtituit ſtationū q̄z magnā p̄tē marie q̄ in baſilica petri h̄n̄tur. Quid plura omnē eccl'aſtici officij īſtitutōē; ipe ſctiſſim⁹ pōtifex inſtituit ⁊ approbauit.

Synodū q̄z h̄ūt poſtea bonifaci⁹ papa. iij. epoꝝ rū duo ⁊. lxx. p̄ſbroꝝ. xxx. diaconoꝝ triū in q̄ inſtituit ne quis ſub anathematis culpa in locum de mortui pontificis aut epi ſubrogaret̃. niſi tercia ſaltē poſt obitū eius die: vt ne anathematizarent̃ q̄ largitione vl gr̄a ad pontificatū vl ep̄atū aditū ſibi q̄rerent. Voluit itē electōem epi a clero pariter ⁊ pplo fieri. eamq; ita ratam fore ſi a principe ciuitatis approbata eſſet. Conſtituitq; vt mundus pannus quod corporale dicitur ſuper altari in conſecratione ſemper a ſacerdote poneretur.





FErũt iudeũ quendã imaginẽ crucifixi telo tranſfixiſſe ꝑ hec tpa a quo illico ſanguis copioſius effluxit. quo iudeus maculã cõtraxit. xp̄iani id videntes ꝑ veſtigia ſanguinis ad imaginẽ ſanguinez emittentẽ ꝑuenerũt. quo comperto iudeũ lapidibus obruerũt.

TAnta inundatio aquaꝝ. anno ſexto Mauricij imꝑatoris fuit vt noe diluuiũ renouatũ crederet̃. fuit eñ diluuiũ in finibus venetiarũ ⁊ ligurie ſeu ceteris regionib⁹ ytalie. Deſtructa ſunt itinera diſſipate vie. facte ſunt lacune poſſeſſiones ſeu villaꝝ hoĩmqꝫ pariter et animãtiũ magnus interitus. Tantũ tunc athesis fluuius excreuit. vt circa baſilicã zenonis martyris. q̃ extra veronenſis vrbis muros ſita ẽ vſqꝫ ad ſuꝑiores feneſtras aque ꝑtingerent. facta ẽ autem hec inũdatio ſextodecimo kalendas nouembris. Sed ⁊ tante choruſcationes ⁊ tonitrua fuerũt. q̃nte fieri vix eſtiuo tp̄e ſolent. In tantũ tũc fluuius tyberis excreuit. vt aque ei⁹ ſuꝑ muros vrbis influerẽt. Et maximas in ea regiones occuparẽt. Tũc ꝑ alueũ eiuſdẽ fluminis. cũ multa ſerpentũ multitudine. draco etiã magne mireqꝫ magnitudinis per vrbẽ tranſiens vſqꝫ ad mare deſcendit. Subſecuta ẽ ſtatim hãc inundationẽ grauiſſima peſtilentia. quã inguinariã appellant. Que tante ppl̄m ſtragi deſtinauit. vt de in extimabili multitudine vix pauci remanerent. Primũqꝫ pelagiũ papã ꝑculit deinde paſtore interempto. ſeſe ꝑ ppl̄m extendit. In hac tribulatione beatiſſim⁹ gregorius papa electus ẽ q̃ dum ſeptiformẽ letaniã fieri ordinaſſet. Vni⁹ ħ ſpacio dũ hi deũ ꝑcarent̃. Octuaginta ex eis ſubito ad terrã corruentes ſpiritũ exalarunt. Septiformis aũt letania dicta ẽ. qꝛ om̄is vrbis populus a beato gregorio in ſeptẽ ꝑtibus dep̄caturus dñm diuiſus ẽ. In primo nãqꝫ choro fuit om̄is clerus. In ſecũdo om̄es abbates cũ monachis ſuis. In tercio om̄es abbatiſſe cũ cõgregationibus ſuis. In quarto om̄es infantes. In q̃nto om̄es laici. In ſexto vniuerſe vidue In ſeptimo om̄es mulieres coniugate.



MIſit hac tẽpeſtate diuus gregori⁹ magnus auguſtinũ ⁊ melitum ⁊ ioannẽ. cũqꝫ his mõchos q̃ſdã ꝓbatiſſime vite. q̃rũ monitis ⁊ p̄dicationib⁹ fidei nr̄e dogma Angli tũ ꝑmũ integre receperũt. auguſtin⁹ eĩ ⁊ melit⁹ optimi monachi ⁊ anglorũ ep̄i atqꝫ ap̄li i p̄cio habiti deo auxiliãte. ⁊ monitis ⁊ efficaciſſimis exhortationib⁹ totã illã iſulã ad fidẽ xp̄i tãdẽ ꝑduxẽ. ibidẽqꝫ demũ ſenio ꝯfecti ñ ſine mag̃ ſctitatꝭ opinione in dño q̃euere. ⁊ cũ ſcti fuerit. eoꝝ feſta ſep̄tĩo kal. iulij celebrãt̃.



Auguſti⁹ ⁊ melit⁹ mõchi



Tunica inconſutilis

TUnica incõſutilis dñi nr̄i ih̄u xp̄i a. b. ṽgĩe maria ꝯfecta. q̃ ſorte vni militũ obtigerat. his tp̄ib⁹ nõ ꝓcul ab hierl̄m apud vrbẽ Zaphat in archa marmorea eo loci repoſitã. ab ep̄is Gregorio anthioceno. thomaqꝫ hieroſolimitano. ac ioanne ꝯſtantinopolitano incorrupta ⁊ immaculata inuenta fuit. Qua ſuſcepta maxio in p̄cio habita fuit. qui ipaz ſuſcipiẽtes hieroſolimã detulerũt. ⁊ in eburnea archa collocauerũt. Ferũtqꝫ hanc tunicã poſt captõez vrbis ꝯſtãtinopolitane in man⁹ thurcorum deueniſſe.



Hermigildus Rex

HErmigildus q̃dã viſigothoꝝ rex hiſpaniaꝝ ⁊ viſigothoꝝ regis filius. per id temp⁹ a patre lemnigildo rege in carcere truditur. ⁊ paulopoſt iniquiſſime interficit̃. eo q͛ leandri hiſpalẽſis ep̄i viri ſanctiſſimi p̄dicatõib⁹ ab arriana impietate ad verã catholicãqꝫ fidẽ ꝯuerſus fuiſſet. Nã cũ leander ip̄e hermigildum cõuertiſſet. ⁊ ip̄m catholicũ declaraſſet. p̄r ira cõmot⁹ leandrũ pontificẽ multis icõmodis ⁊ iniurijs affecit. ⁊ filiũ ip̄m ꝯſtantiſſimũ tandẽ iterfecit. ad cui⁹ corp⁹ poſt modũ cãt⁹ ãgelic⁹ audit⁹ fuit. lãpadeſqꝫ ardẽtes viſe. Sꝫ ⁊ ip̄e p̄r paulopoſt i egritudinẽ ꝓlapſus leãdrũ reduxit. Et de iniuria atqꝫ p̄ctõ veniã poſtulauit. ⁊ Ricardũ ſecũdũ filiũ regẽ cõſtituens catholicũ ⁊ veꝝ xp̄ianũ effici procurauit.

Baſolus abbas
Sindolph⁹ p̄ſbiter recluſus i frãcia
Euthonicus britonicus
Similianus abbas
wungalotus p̄ſbiter
Gangeric⁹ ep̄s cameraceñ.
Furſius fili⁹ regꝭ yberniẽ

Corpus. b. ſtephani ꝓthomartyrꝭ romã tranſlatum eſt
Phara virgo nobilis fuit
walbertus fuit diſcipulus. s. colũbani
Deicola diſcipulus. s. colũbani
Cũbert⁹ ep̄s colonieñ. ſctitate claret
Bauo ꝑ. s. amãdũ ex p̄done ꝯuerſus vitã ſolitariã in artiſſima pñia ꝑagens ceterꝭ ſctitatis exẽpla p̄buit.

Arthbaris rex



ARthbaris flauius longobardoꝝ rex. poſtq̄ꝫ longobardi decem annis ſine rege ſtetiſſent ab eiſdē creat⁹ rex. regnauit annis ſeptē. Hic daphonis regiſ fili⁹ fuit. quē lōgobardi flauiū cognominauerūt. q̄ lꝫ adoleſcens rex ſublimatus fuerit. multiſ tn̄ editiſ facinorib⁹ laudes ingentes ꝓmeruit. ⁊ eas ob res oēs lōgobardoꝝ duces dimidiā pecuniaꝝ ſuarū ptē ei obtulere. Hic pharā oppidū non ignobile in abdue fluminis ripis condidit. ac Brixellū ciuitateꝫ in margine padi poſitam obſedit ⁊ debellauit. ac tandē ſolo equauit. Qua q̄dem clarus victoria ad ſiculum fretū oīa ꝯq̄ſiuit. ac multas ytalie ciuitates ī ſuā poteſtateꝫ redegit. Sꝫ ⁊ francoꝝ regē cū ingenti multitudine ipſoꝝ atqꝫ germanoꝝ deuicit ac ex italia fugauit. Indeqꝫ francilionē romanū ducem ex comio ciuitate Cumacinaqꝫ inſula. q̄ in lacu lario erat expulit. Et īgentes inde diuitias ſuſtulit. Qua ditatus ꝑdaſtatim theudelindā garibaldi bauaroꝝ regiſ filiā xp̄ianiſſimā duxit vxorem. quā obrem chilperic⁹ frācoꝝ rex q̄ huic arthari inimiciſſimus erat. in bauarum furens eum inopinate aggreditur. ⁊ ex bauaria expulit. qui relicto regno cū filia theudelinda in ytaliam ad generꝝ fugit. eo tn̄ anno quo eam duxit vxorem defunctus eſt.

Theudelinda regina



THeudelinda longobardoꝝ regina bauaroꝝ regis filia generoſitate ⁊ ſanguinis claritate inclita. Que ⁊ ſi i p̄mordio regni ſui etate iuuenis forma qꝫ ſpectabilis ac diuitijs abūdans fuerit. moribus tn̄ ⁊ caſtitate ac religione cōſpicua fuit. Cui⁹ q̄dem virtutibus ſcribūt incitatū beatū Gregoriū eidē dyalogū ſuū de moribus miſiſſe. Cui⁹ lectione p̄ferocem viri ſui animū ad religionem ⁊ mitiorē cultū redegiſſe. Erat eñ matrona īſignis: ⁊ fidei xp̄iane ſtudioſiſſima. Hec quippe preter reliqua pietatis opera. monaſteriū celeberrimum in honore ſancti Colūbāni abbatis apud bobiū ciuitatem ſuꝑbiſſimis edificijs ſua impēſa condidit. et plurimos fundos eidem aſſignauit. Et baſilicam beati Joannis baptiſte. modoecie edificauit. Qd̄ oppidum decem milib⁹ paſſuuꝫ a mediolano diſtat. Et eandem eccleſiam p̄dijs ac vaſis aureis ornauit. In qua quidem baſilica corpus ſuum ſepeliri mandauit. Et ex illo ac deinceps ꝓpter mulieris exemplū longobardi oēs Joannem baptiſtam in patronū precipuū ſuſceperūt.

Agilulphus rex



AGilulphus longobardoꝝ rex poſt arthbarim regē ſuꝑ longobardos regnauit. annis. 21. Mortuo nāqꝫ arthari rege p̄dicto. Cum longobardi de electione futuri regis diu diſcordes fuiſſent. Et habita de nouo rege creando cōſultatione. cū nequirent in aliquē cōſentire. Conuenerūt vt quemcuqꝫ theudelinda ex longobardis ducibus ſibi delegiſſet maritū. Is ī regē ab oīnibus acciperet. fuit nāqꝫ ingentis virtutis mulier: Et ꝑfecto digna. Cui⁹ iudiciū tanti facerent longobardi. Ea itaqꝫ iudicio de ſe facto vſa. agilulphū qui erat thaurineſiū dux virum bellicoſum adoleſcētia formaqꝫ florentē ſibi maritum ⁊ longobardie gētis regem apud laumeliū papienſiū oppidū declarauit. Prima vō cura quā nouus ſuſcepit rex agilulphus fuit captiuos redimere. quos Childepertus de tridentinis abduxerat. ⁊ ſimul ab ip̄o rege pacem implorare. paceqꝫ nactus ex ducibus qui arthari fuerant rebelles p̄mire ⁊ minulfum inſule ſancti iuliani ducem primū interfici curauit. Id cū reſciſcet gandulfus bergomenſis dux illi⁹ exēplo territ⁹ ſibi ꝓſpicere cepit. obſeſſus tn̄ venia petita deditionē pollicitū abire p̄miſit. Sꝫ ⁊ vlfari taruiſinus dux eodē tpe res nouas molitus captus ac in vinculis ad regem perductus eſt. inde iterū hoſtes interfici curauit. Rebuſqꝫ pacatis bellū cōtra romanos ſuſcepit ⁊ oppidis circūquaqꝫ captis. romā per annū obſedit. ⁊ multas illi clades intulit. Sed ⁊ longobardi qui beneuenti erant inducias violarunt. Zoto enim qui erat dux beneuentanus monaſterium Caſſinenſe inuaſit: ⁊ abbate monachiſqꝫ cū ſingulis veſtimentis ⁊ vnico codice ordinis regulam continente fuga ꝓlapſis. ſacrum id cenobium a barbarie illa ſpoliatum. ⁊ ſolotenus deſtructuꝫ fuit. que celeberrimi monaſterij clades illa fuiſſe videtur. quā Gregorio teſte ſanctus pater benedictus futuram predixit affirmans vix apud deum potuiſſe obtinere. vt ex eo loco ſibi anime concederentur. Bonitus autem qui tunc erat quart⁹ a beato Benedicto abbas cum monachis euolatis romā ſe contulit. Sed zotoni paulopoſt eam cōmiſſaꝫ impietatem defuncto ſubrogatus eſt ab agilulfo rege in beneuētanū ducem arrigis ad quem aliquot beati Gregorij extant epiſtole. ſed illa inſignis per quā illi caſſinenſis monaſterij venerationemqꝫ ſuaſit. Duxere deinde longobardi exercitum in patauiū. Erat tunc padua vrbs ſine menibus latericio vel lapide cōpactis. vallis planiſqꝫ tantū modica muñita. a tēporibus atile per annos circiter ſexaginta. ſine menib⁹ et frequentia ciuiū fuit. primūqꝫ ſub Theodorico rege frequentari ac vallo muniri cepit. Quare illis in ānis q̄ ꝓpe centum ad huius obſidionis tempora intercedebant omnia edificia ex materia aſſeribuſqꝫ conſtructa erant. Id cum cernerent longobardi. ventos nacti validiores faculas ignitaſqꝫ ſagittas ſcorpionibus inicecerunt. Et primo incendiū inchoauit quo ꝓpinqua illico corripiente vrbis pars maxima eſt cremata. ⁊ inde vrbē incendio vaſtauere. Monſilitis ciuitas cōem cū padua habuit ſortem. inde agilulfus ticinū eſt reuerſus. Tandem per interceſſionem religioſiſſime regine omiſſis ydolis xp̄i fidem cuꝫ longobardis cōplexas. eccleſiaſticorum bona reſtituit. ac deinde vita functo adoaldum puerulum filium cuꝫ theudolinda matre ſucceſſorem reliquit.

DEuſdedit papa. pr̄ia romanus. pr̄e ſtephano ſubdiacono. pontificatū oībus ſuffragijs adcptꝰ. Hic cū eſſet optimus pater clerū mirūmmodum dilexit ⁊ auxit. ferūt hūc tante ſanctitatis fuiſſe. vt quendam ob mū elephantie morbo laborantem. oſculo ſuo lepra ſtatim liberauerit. Conſtituit aūt ne filiꝰ patrini puellā e ſacro ſonte a patre leuatā ducē in vxorem poſſet. Deus aūt dedit eius tpa ad hec etiam notiora fecere ⁊ terremotus. ⁊ ſcabies q̄dā ita ad elephantiam tendens. vt deformitate cognoſci homines nō poſſent. morit̄ pōtificatus ſui anno. iij. die tercio ⁊ vigeſimo. ac ſepelit̄ in baſilica petri ſexto ydꝰ nouembris. Eius morte ep̄atus tum vacat mēſem vnū. dies. xvj.

Siſebutus rex



SIſebutus viſegothoꝝ rex. eo tpe Richardi regꝭ filius regnare cepit. ⁊ regnauit annis. 36. Hic cū primū gētilis eſſet xp̄ianus factus ſtatim plurimas hiſpanie ciuitates. q̄ ad romanos defecerant recepit iudeos quoq3 oīes in regno dep̄hēſos grauioribꝰ ſupplicijs ad xp̄i fidem compuliſſe. rogatu (vt aiūt) heraclij qui in fatis habuerat ſibi cauendū a circūciſis eſſe. Cū tn̄ poſtea haudq̄ſatis fati neceſſitatem circūſpiciēs a ſarracenis circūciſionē obſeruātibus oppreſſus ſit. Tandē cū eſſet ſtrēnuus vir oīes hiſpanarū ciuitates romanis abſtulit. at tum demū Conſtātinopolitani impatores ī hiſpania impare deſiert.

BOnifacius q̄ntus papa. natione cāpanus. pr̄e Joanne pontificatū inijt eo tpe quo eleutherius patricius romā ab heraclio miſſus vindicata ioannis exarchi morte. ſemetipm̄ regem ytalie creat. Vir certe ſingularis humanitatis ⁊ clemētie mag̃ in oēs benignitate ⁊ gr̄a vtens. nullū genꝰ officij (qd̄ bonū paſtorē deceret) p̄termiſit q̄ cū eſſet doctꝰ. ne qui ad ecclias ↄfugerent inde vi retraherent̄. ne ve acholiti reliquias martyrū attractarent. qd̄ eſt p̄ſbiteri aut ſubdiaconi officiū. Mandauit item vt quouis in loco ſacrilegi anathematiſarent̄. Vltīe teſtamentū iuſſu principis vbiq3 valeret. Cimiterū beati nicomedis fecit ⁊ dedicauit. in clericos v̄o integre viuentes vnice liberalis ⁊ munificus fuit. Moritur aūt bonifacius pontificatus ſui anno q̄nto. die. x. ⁊ in baſilica petri collacrimātibꝰ oībꝰ ſepelit̄. Eiꝰ aūt in morte diebꝰ. 13. ſedes tū vacat

HOnorius p̄mus papa. natione campanus. pr̄e petronio viro ↄſulari. co tpe pontificatū inijt quo theudelinda morit̄. hic rebus externis aliquātulū quietus doctrina moribus ſanctiſſimis oīem prope clerū renouauit. atq3 multas in vrbe eccleſias reſtituit. Et baſilicam beati Petri tegulis eneis ex tone capitolino ſumptis cooperuit: edem agnetis martyris via Nomentana. vt carmē in aſpide indicat. Edem pancratij via aurelia reſtituit. Templa quoq3 anaſtaſij ad aquas ſalinas. templū quatuor coronatorū. atq3 alias multas edes edificauit. Moritur aūt vir ſanctiſſimus anno pontificatus ſui. xij. mēſe. xj. die. xvij. ac in baſilica petri ſepelit̄. quarto ydus octobris. Eius morte annū vnū. menſes ſeptem. dies. 18. ſedes vacat.

Anno mūdi. 5825. Anno xp̄i. 624.

SEuerinus primꝰ papa. patria romanꝰ. pr̄e Labieno in demortui honorij locū ſubrogatus: ab ycatio totius ytalie exarcho in pōtificatu ↄfirmatur. a na tūc em̄ hēbat̄ cleri electio. niſi id impatores aut eoꝝ exarchi ↄfirmaſſent Vir ſiquidem ſingularis pietatis ⁊ religionis. amator pauperū. in calamitoſos benignus. in oīes munificus ac gratioſus. in reparandis templis ſplendidus. Qui cū in hijs ſummope verſaret̄. pontificatus ſui anno primo. mēſe ſecundo. moritur ac ſepelitur in baſilica petri. quarto nonas auguſti. vacat tū ſedes. menſes quatuor. dies vndetriginta.

IOannes quartus papa natione dalmata. pr̄e venancio pontificatū inijēs ſtatim mira pietate vſus ē. Ex reliquijs em̄ theſauris quos yſaciꝰ apud lateranū reliquerat captiuos oīes quos potuit: Yſtros ⁊ dalmatas a captiuitate redemit. Hic pontificatu ſuſcepto. ſtatim mandauit ſi quis res eccleſie aliqua temeritate inuadere preſumeret. ad quadruplū reſtituere cogeretur. Suo quoq3 tempore Rhotaris qui arioaldo in longobardoꝝ regnū ſucceſſerat. licet iuſticia ⁊ pietate inſignis habitus ſit. ad arrianos tamen declinat. paſſuſq3 ē vt eodē tpe oībus regni ſui ciuitatibus duo ep̄i pari ptāte p̄eſſent. alter ei catholicus. alter arrianus habebat̄. Joannes aūt plenus operibus bonis. pontificatus ſui anno p̄mo. menſe nono die nono moriēs: in baſilica petri ſepelit̄ quarto ydus octobris; vacat tum ſedes mēſem vnū dies tredecim.

Linea ſummoꝝ pontificum

Deus dedit



Bonifacius quintus



Honorius primus



Seuerinus



Joannes quartus



ERaclius in Auguſtū aſſumptus A ſergio p̄triarcha conſtantinopolitano coronatus. orientale accepit imperiū. Is eleutheriū gentis patricie conſtantinopolitanū imp̄ialis aule cubiculariū. ⁊ ducem rei bellice ſcientiſſimū in ytaliam miſit. deditq̨ȝ illi copias ⁊ pecunias quo res ytalie cōfirmaret. Et copias quaſcūq̨ȝ focas in p̄rimis aſie ⁊ europe p̄uincijs habuerat: quaſq̨ȝ genitor eraclianus ex affrica miſerat. Et indies mittere potuit inſtruxit. miſitq̨ȝ aduerſus coſdroem quo prouincias in fide manētes ab illius impetu cōſeruaret. Nā coſdras meſapotamia paleſtinaq̨ȝ occupatis hieroſolimā inuaſerat. Eaq̨ȝ vrbe tūc opulētiſſima potitus diruerat eccl̄ias ⁊ loca ſancta. Q̨ȝquā nō nihil venerationis videt̄ ſacratiſſime cruci dn̄ice exhibuiſſe. Cū vt ſcriptores tradūt p̄tem quē helena conſtantini magni genitrix in caluaria locauerat. inde aſportatā in patria locatā. in throno quē mirabili ope auro gēmiſq̨ȝ ornatū exedificauerat. anno imperij ſui ſexto p̄ſe om̄i i aſia q̄ in meridiē vergit potiti. ad egiptū arma verterūt. Alexandriaq̨ȝ capta pauliſper ſe continuere q̨ȝ eraclian⁹ imp̄atoris pater magnū in affrica exercitū paraſſe nūciaret̄. ſ obijt eo t̄pe eraclian⁹ qđ cū perſis renūciatū eſſet carthaginē ceperunt. Eo igit̄ t̄pe eraclius magno comp̄ato exercitu multas p̄uincias a p̄ſis occupatas in ſuā poteſtatē redigit. Ducem p̄ſa℞ ſingulari certamīe ex equo deturbat ⁊ interficit. Coſdroam regē p̄ſa℞ opp̄mit filiū eius captū ⁊ baptiſatū in regnū paternū reſtituit. perſideſq̨ȝ ingreſſus turrim Coſdroe theſauris plenā capit. quo℞ p̄teȝ militibus tribuit. partē vō reparandis templis. que p̄ſe diripuerāt deſignat. ip̄e p̄terea alia omuſtus p̄da. cū ſeptem elephantis hieroſolimā rediēs. crucē dn̄i a perſis ablataȝ ſecū deferens. eo loco reponit in quo antea fuerat. captos a p̄ſis in patriam remittit. tantiſq̨ȝ rebus ſexto expeditionis illius anno. q̄ erat imperij duodecimus feliciſſime geſtis. eraclius dn̄icam crucē reduxit. pompā inſtituit ſolēniſſimā. qua deducēte crucem dn̄i ip̄e ſic manibus vlniſq̨ȝ geſtauit. ventum eſt ad portam que in locuȝ caluarie foras ducit. ⁊ exuerat turba que p̄cedebat. ip̄ſe ad iter ceptum anhelans nullo tenente ante portā ſubſtitit. Tunc patriarcha qui lateri herebat. inquit ne dum iheſum crucem ſibi baiulantem in ceteris emulans qui purpura iaſpidibuſq̨ȝ. quibus ille paup̄tatis mgr̄ caruit oneraris. humilians ſe imp̄ator. ⁊ veſtē mutauit plebeiam. ⁊ iter nudis pedibus eſt ingreſſus. Tūc q̄ clauſa illi videbatur porta patuit. inde in caluariā detulit. Is autem imperator in ꝯſtantinopoli triūphaturus ſuā item apud romanos gloriā innoteſcere voluit. Sed infelix eraclius poſt actum triūphum ad ſtudia Matheſeos eſt conuerſus aruſpicine incantationū q̨ȝ preſagijs indulſit. poſtergans xp̄iane religionis obſeruantiam cecinere vates. cui grande illi periculum atq̨ȝ imperij euerſionem a circūciſo populo imminere. ideo hebreos baptiſari curauit. Et vt ſceleri ſcelus adderet. ad euthicianos tranſit. Et in hereſim Monothelitarum dicentium in xp̄o vnicam tantum eſſe volūtatē. Tandem Heraclius audita ſarracenorum licentia capta preſertim āthiochia veritus ne hieroſolimā occuparent. Crucem domini conſtantinopolim deferri curauit. Poſtremo morbo itercutis aque quā greci hidropiſim vocant diem obijt cum imp̄aſſet annis. xxx.

## Linea Imperatorum




FErūt hijs dieb⁹ ignē e celo cecidiſſe. Iridēq̨ȝ grādē apparuiſſe vt homines conſummationē ſeculi adeſſe putabant ob tonitrua ac fulgura ingentia. Secuta eſt peſtilentia grauiſſima. que eſtiuis menſibus plures conſumpſit. Viſiq̨ȝ fuerunt angelus bonus ⁊ malus ciuitatem pertranſeuntes. at quotiens angelus malus venabulo iuſſu boni angeli domū aliquā percuſſiſſet. Tot ex eodem domo ſequenti die morte diſſoluti ſunt.





PRodigia quoq̨ȝ multa ⁊ quidem horrenda hac tempeſtate in grecia apparuere que ſane futuras Mahometi calamitates protendere videbātur. Naȝ vno ⁊ eodem anno cometes perlucidus bizantij viſus eſt. Et puer quadrupeſ natus. Nec nō ⁊ eſt apud iſulam Delon duo maxima mōſtra omnino humanam ſpeciem habentia viſa ſunt. Et alia multa hinc inde conſimilia apparuere.





Machometus



Machometus arabs. vel vt alij volūt pſa fuit. nobili ortus parente. deos gentiū adorāte. ꝗ̄ matrem hebraice gētis habuit yſmahelitā. Is ex duabus huiuſmōi omnino ſibiinuicē aduerſantibus ſupſtitionū ſectis originē trahens nulli eorꝫ omnino adheſit. ꝗ homo acerrimi calidiſſimiqꝫ ingenij inter xp̄ianos ꝯuerſatus. pniciosiſſimū humano generi ex duarꝫ huiōi gentiū legibꝰ cōflauit incendiū. Nāqꝫ inter arabas apud quos magnum ambiret honoris locū publice ꝯcionatus ē. nō iniuria coſdroē cū omī familia deletum eſſe. ꝙ ſe ꝓ deo adorari feciſſet. homo omīū ſceleſtiſſimus. qui ⁊ ipē ydola ſculptiliaqꝫ manu facta adorare ſolitus fuiſſꝫ. Subſeq̄nter de lege hebreorū quā magna ex pte arabes ſectabant̄. xp̄ianorūqꝫ traditionibus ita diſputabat. vt vnam eandēqꝫ eſſe vtrāqꝫ affirmaret. Licꝫ magnis vtraqꝫ gens abduceret̄ erroribus. quos q̄dem errores ita ipē moderabat̄. vt hebreos reprehenderet ihm̄ xp̄m ex v̄gine natū negantes. qđ ſui maiores futurū expectandūqꝫ p̄dixerant aduenisse. xp̄ianos nō redargueret leuitatis. qbꝰ pſuaſum ſit ihm̄ dei amiciſſimū ⁊ ex v̄gine natū obprobria ⁊ demū crucis mortem a iudeis ppeti voluiſſe. Et ſuā ipē p̄dicans legem futurā affirmabat: vt ſi eā acciperēt cuſtodirentqꝫ ſarraceni. Et ſibi diuino ad id nūcio obſeq̄rentur. ſeſe in libertatē aſſerāt. ⁊ p̄ncipatu regnoqꝫ finitimos pociant̄. Auſus eſt etiam cōparato ingenti arabū exercitu fines romani imperij turbare. Eius motus heraclius cito cōpeſcuit. ſolicitatis eius ad defectōeꝫ militibꝰ pollicitationibus ⁊ p̄mijs. Tandē ſarraceni ⁊ arabes arma ſumētes a natiuitate xp̄i ſexcenteſimotercio ac vigeſimo ita heraclij duces ſuparunt vt hoīem felicem p̄mo mox infeliciſſimū reddiderint duce mahometo. qui cū magnū ſe dei ꝓphetā aſſereret. ⁊ magicꝭ artibꝰ aſianos ⁊ aphricanos deludens. Ita populos quoſdā cōcitauit noua a ſe religione imbutos. vt paulū abfuerit. quin omīno imperij nomen delerent. Capta alexandria. multiſqꝫ alijs ſirie ⁊ cilicie vrbibus. Inualeſcit eiꝰ ſecta nūc multo magis q̄ꝫ ante. Nam tota aſia et aphrica magnaqꝫ pars europe mahometanis principibus ſubiecta eſt. Inſtant nūc thurci terra ac mari. vt nos tanq̄ꝫ cuniculos ex his europe lateribus eruant. Mahometꝰ quoqꝫ (vt in alchorano legit̄) quo magis ſectatores a religione xp̄iana ſe iūgeret hereticos q̄ſdam in cōponendis legibus maxime v̄o neſtorianos ſecutus eſt. multa hinc inde ꝯ legem Moyſeos ⁊ euangelij dei aſtute colligēs. ac in vnū q̄ſi corpus redigens. Et vt ſeductos pp̄los fortius irretiret. ſtatuit ꝙ homo totvxores p̄cipue ad quaternarium numerꝫ de ꝓpria cogitatione ac cōcubinas habere poſſet. quot facultatibus ſuis alere poſſet. Empticias quot vellet. Vini tn̄ vſum interdixit. hijs q̄ p̄cepta legis ſeruarēt ꝓmiſit paradiſū videlꝫ deliciarꝫ ortū: vbi optati cibi ad vota. pulcerrimas veſtes. ⁊ virgines ad amplexū. angelos miniſtrātes eſſe aſſeruit. Qui v̄o legem ꝯtemneret infernū cōminatus ē. Cū demū ſex annos regnaſſet. Anno dn̄i 632. etatis v̄o ſue. 34. mortem obijt. Eius corpus apud mecham ſepultū a ſarracenis ⁊ thurcis maximo in p̄cio nūc vſqꝫ habitum eſt.

Iſidorus epiſcopus



ISydorus hiſpanus hiſpalenſis ep̄us. leandri ſucceſſor. btī Gregorij pape diſcipulus. hijs tpībus ꝓpter doctrinā v̄tuteſqꝫ ac crebra eius miracula maximo in p̄cio vbiqꝫ fuit. Qui multa tū ſcripſit. q̄ fidem xp̄ianam mirifice iuuant. De ſummo eīn bono. de viris illuſtribꝰ. ethimologiarꝫ libros. hiſtoriā p̄terea ab Adā vſqꝫ ad tpa heraclij. vitas q̄rūdā ſctōꝝ. hiſtoriā longobardorꝫ atqꝫ alia pene innūerabilia. Et cū cōſtet eū q̄uis laude dignū ob doctrinā ⁊ ſanctitatem. Eiꝰ natale 18. kal. februarij celebratur.

S. Goar.



GOar veniēs ex aquitania in Gallia claret ſanctitate ⁊ miraculis. qui ī ſuburbano treuerico iuxta fluuium eccleſiam fecit. multaſqꝫ ſanctorꝫ reliquias collocauit. Ibi diuqꝫ noctuqꝫ deo ſuiebat vigilijs oratōe ⁊ p̄dicatōne multos ad fidē rectā deduxit. ⁊ egrotos ſanabat. Dyabolus ſibi inuidens multas tribulationes ei ingeſſit. infantem triduo mortuum viuū ac loquētem reddidit. Epiſcopatum treuerēſem oblatum a Sigberto rege francorꝫ renuit. Demū in ſenectute bona in pace quieuit.

Gallus abbas



GAllus beati colũbani diſcipulus. Ita tũc in occidente viuebat vt etiam ĩ vita ſancti nomẽ mereref. Floruit itaq́ʒ tempibus heraclij imperatoris in germania ob cuius merita monaſteriũ ſancti galli in ꝯſtancienſi ep̃atu cõſtructũ fuit In quo ꝑ plures monachi virtutibus ac miraculis claruerũt. Et cũ nũero. 400. ſancte viuerẽt. vnus noĩe Erubanus ſuaſu hermigildis regis francie ab hac laudabili vita defecit. tandem beatus gallus poſt varia ſanctitatis miracula in dño quieuit. huius veſtigia ſecutus ẽ euſtachius abbas. ſecuta ⁊ ſancta aurea. In cuius honorẽ beatus eligius monaſteriũ virginũ edificauit. Ferũt etiam baſilium quendã yſidoro equalem vita ⁊ moribus ⁊ doctrina inſignẽ tũ habitũ fuiſſe.

Joãnes gerũdineñ ep̃s



IOannes monachus gerũdinenſis poſtea ep̃us. religionẽ xp̃i p̃dicatõne ⁊ ſcriptis vbiq́ʒ tuebatur. hic em̃ genere Gothus in luſitania natus. vbi ſepe aliquid ꝑ etatem cepiſſet. conſtantinopolim ꝓficiſcens. ita grece ⁊ latine doctus inde diſceſſit. vt in luſitanã rediens. arrianã hereſim. que tūc innaluerat faciliime confutaret. hac ob rem barchinonam ab hereticis relegatur. Verũ poſtea mortuo leuũgildo rege. qui hereticis fauebat. in p̃riam rediẽs. Et multa ſcripſit ad doctrinã nr̃am pertinẽtia. ⁊ monaſteriũ condidit. Rõnemq́ʒ viuendi monachis ſcripſit.

ADoaldus agilulphi regis ex theudolinda filius poſt p̃rem cum matre ipſa theudolinda regnauit annis. 10. huic nãq́ʒ p̃r ad acquirẽdũ p̃ſidiũ. vix dũ quadriẽnio theodoberti francoꝝ regis filiã deſpõſauit. Qui regno ſuſcepto ob matris prudentiã pacem cũ oĩbus longobardis ytalieſq́ʒ ꝑ decẽniũ quietiſſime tenuit. quo in tempore multa eccleſijs donauit.

ELeutherius nonus exarchus natione grecus patricie gentis nobilitate inſignitus heraclij imperatoris cubicularius ⁊ rei bellice ſcientiſſimus. hoc anno poſt ioannẽ ⁊ ſmaragdũ exarchus. ab heraclio in ytaliam miſſus. ſedit annis. 5. qui ſtatim vt rauennã applicuit ſeſe ytalie regem declarauit. Sed poſtea cũ romã petere vellet ob arrogãtiã a militibus ſuis in itinere interfectus ẽ. quo mortuo milites caput ſuum conſtantinopolim miſerunt.

Eligius epiſcopus



ELigius nouiomenſis ep̃us. hijs temporibus ob innumerabiles eius virtutes multo in precio fuit. Cuius admirandam vitam etiã multiplex ſignorum numerus cõmendat. Is de territorio lemouice vrbis oriũdus. patre eucherio matre vero terrigia natus: quem genitor iuuenem ab aurificibus erudiri fecit edoctus in ea arte. franciam adijt. aurifici regis ſe cõiungens. Rex optans habere ſellam auro ⁊ argento ornatam. magiſter eligio ſingula tradidit. qui eo pondere duas ſellas pulcerrimas effecit. Creuit itaq́ʒ fama eius in curia regis tantũ aũt paupes diligebat, vt q̃cq̃d poterat ad nuditatẽ ſuã eis erogabat. inde mũdo abrenũcians plura cenobia auxilio regis edificauit. Cum a tp̃e brunechildis vſq́ʒ tp̃a dagoberti ſimoniaca peſtis ĩ gallia vriguit. ꝓ q̃ auferẽda ſumme vigilabat. Ideo poſt acharijũ ep̃m ad ep̃atũ nouiomẽſem aſſumptus ẽ. Prefuit aũt eligius mandenſi metropoli tornacenſi q̃ʒ regali ciuitati quondã. nouiomẽſi q̃ʒ ⁊ flandrẽſi et gandenſi ⁊ cartuaricenſi certis tñ diebus in loco adoptato egenis ſeruiebat. corpus ſancti q̃ntini reuelauit ꝑ eũ dñs. ſueſſionis q̃ʒ inuenit ſanctos martyres. Criſpinũ ⁊ Criſpinianum. apud piſius cecũ illuminauit in ponte. Hec aũt ſepulcra auro argento ⁊ gẽmis fabricauit. Germani. Seuerini. Quintini. Luciani. Genoueſe. Colũbe. maximiani ⁊ Juliani. Et p̃cipue beati Martini Turonenſis. dagoberto rege p̃bente impenſas. Mortuꝰ ẽ anno vite ſue. 70. Anno aũt reuoluto poſt ſepulturã pulcer ac incorruptus inuentus eſt. Capilli quoq́ʒ ac barba creuiſſe in tumulo videbantur.

Rupertus epiſcopus



RUpertus ep̃s ex regia ſtirpe frãcoꝝ ortꝰ. Tp̃e hildeberti regis frãcoꝝ wormacẽſem rexit ep̃atũ poſt obitũ regis a duce berchario q̃ eccl̃as deuaſtauit. virgis ceſus a ſede wormaciẽſi cũ iniuria pulſus. quẽ theodo dux baioarioꝝ in vrbe Ratiſpona cũ gaudio ſuſcepit. q̃ eũ cũ ꝓceribus relictis ydolis cũ freq̃ntia ppl̃i baptiſans. ꝑ noricũ vſq́ʒ pãnoniã p̃dicãs xp̃m lumẽ fidei miſtrãdo ꝑuenit. Tandẽ ad iuuaꝝ fluuiũ vbi olim iuuauia ciuitas q̃ nũc Saltzburga appellat̃ ꝓficiſcens. q̃ olim iter barbaras vrbes eminebat nobiliſſima. ſ; dilapſa ⁊ virgultis opta. quẽ locũ cernẽs cũ cathedrã ep̃alem ydoneũ. ꝓprietatẽ a duce baioarioꝝ accipiens. baſilicã ĩ honore. s. petri ꝯſtruxit. ac miſſis diſcipulis loca mõtana ad fidem ꝑduxit. ideo apoſtolus baioarie auſtrie ſtirie ⁊c̃. nũcupatur. Is poſt multa ſanctitatis opera cum. 44. annis epiſcopali ſedi prefuit in die paſce ad chriſtum feliciter migrauit. Poſt obitum beatiſſimi viri Vitalis Aozologus. Sauolus. Ezzius. Joannes. abbates ⁊ monachi ſancti; Petri. Sedem epiſcopalem laudabiliter rexerunt. Deinde ſanctus Virgilius ex hybernia veniens tempore Pipini regis francorum in epiſcopum Saltzburgenſem ordinatus qui Carinthiaʒ cum ſuo populo ad fidem reduxit. Poſtremo plures ex eodem cenobio ſancti petri per germaniam in claros viros euaſerunt.

Saltzburga olim Iuuauia ⁊ petena dicta. norici vetuſtiſſima ciuitas. nūc metropolis baioarie. quā tpe Iulij ceſaris ortum habuiſſe dicunt. non longe ab alpibus que olim ad noricos attinebant. nunc confuſis omnibus. germanie attribuūtur. Norici enim vicinarum Alpium incole vt Plinius ſcribit Thauriſci olim dicti ſunt. hoc quoqꝫ tempore circa carnos in primis germanie oris. ſunt incole qui thauri dicūtur. Cimbris enī illiricū temptātibus. haud longe a norico qui in alpibus. cū cis Cn. papirius carbo cōflixit. Atqꝫ re infecta (vt Strabo ait) abſceſſit. Haud v̄o longe interiecto tempore cum tres fortiſſime gentes cimbri. theutoni. ⁊ ambrones. vno tempore in ytaliam erupiſſent. partim per noricos deſcendiſſe. plutarchus ait. vterqꝫ exercitus. C. marij auſpicijs deletus eſt. Unus non longe a Saltzburga in eo videlicꝫ loco qui alpibus proximus eſt. Alter ad athesim: trecenta quadraginta milia barbaroꝝ ceſa. ⁊ centum qnquaginta capta ſcribit liuius. Fuit mot⁹ ille vniuerſe ytalie. nō modo locis per q̄ eruptio facta eſt. formidabilis. Ideo romana arma citro vltroqꝫ per noricum aſſiduis motibus geſtata. Cuius incolis pene domeſtica facta ſunt. Cum interdum tres integras legiones in finitima loca miſſas ſuſtinuerunt. Quas ſub initio gallici belli qd vltra alpes geſtum eſt. C. ceſar duabus additis qd proximū fuit. vt ipſe ſcribit in galliam traduxit. Ubi exciſam rupē militari opere patefecit. vt ex vetuſtiſſimo epigrāmate ꝑcipite ſaxo ſculptum in monte arduo quem crucis vocant. Licet magna ex parte ob vetuſtate abolito. datur intelligi. C. Iulius ceſar. Reliqua tum loci aſperitate. tum vetuſtate legi nequeūt. Iulius enim ceſar ſocero generoqꝫ ſuffragantibus ex omnibus ꝓuincijs gallias potiſſimū elegit. Cuius emolumento ⁊ opportunitate idonea ſit materia triūphoꝝ. Et initio quidem galliam ciſalpinam illirico adiecto accepit. moxqꝫ ꝑ ſenatū comatam. Ceterum cū iſtris. pannonibus. illiricis ⁊ germanis bellū illatum eſt. hac veluti via vbi mō Saltzburga ſita romanis armis acceſſus patuit ⁊ reditus. Germanos igitur iulius ceſar aggreſſus in faucibus montiū arcem munitiſſimā eo loco extrui curauit. vt milites ad eā refugiū adiuuandū. Et ſatellites ex ea auxiliū ⁊ iuuamen haberent. Et inde caſtrum iuuauenſe vernacula lingua helffenberg appellabatur. Fluuius quoqꝫ cui adiacet Iuuarus dictus Arci nomen dedit. A quo ciuitas inde condita Iuuauia diceba-



tur. Habet aūt hec vrbs paludes. planiciē. colles ⁊ montes. paludes paſcua prebent. aucupia ⁊ venatiōnes nonnullas. Piſcationes quoqꝫ ſe diuerſis locis non incōmode exibent. colles ac montes germani trāſalpinaꝝ mercium cauſa ptranſeūt. Urbs igitur iuuauia olim ſplendida muris ⁊ aggeribus munita. turribus altis. ſedes regum fuerat. Habuitqꝫ templa deoꝝ ſub antiqua gente marmorea. Et cum multo tempore floruerit. Inde temporibus atile regis hunoꝝ incurſiones. vaſtationes. incendiaqꝫ ſuſtinuit. Et cū ingenti cede hominū immunita deſolata ac penitus diruta fuit. Poſtea diuus Rudbertus anno ſalutis octuageſimo ſupra quingenteſimū cū Theodonem baioarioꝝ ducem cum locis finitimis ad fidē xpī reduxiſſꝫ Tandem ad iuuarū fluuiū veniens. qui nūc Saltzaha vocatur: reperiens vrbem dilapſaꝫ ac virgultis coopertam inſtaurauit. que olim inter baioarie vrbes eminebat nobiliſſima. Ratus hanc pro epiſcopatu idoneam. ꝓprietatem a duce obtinens. Extirpatis arboribus ⁊ vepribus. ⁊ repertis edificiꝫs baſilicam in honore ſancti petri conſtruxit. Et cenobiū ordinis ſancti benedicti cum munificentia ducis inſtituit. Rexitqꝫ eccleſiam epiſcopalem annis. xliiij. Relinquens beatum vitalem ſucceſſoreꝫ. Poſtea virgilius ſanctus ibi epiſcopus eccleſiam cathedralem conſtruxit. Et corpus diui Rudberti ad eam tranſtulit. Gebhard⁹ deinde epiſcopus arces de nouo inſtaurauit. Et ciuitas in omni ornatu incremētuꝫ habuit. magnis nūc menib⁹ ambit. Et mōſterioꝝ tēploꝝ ediū ⁊ arcis edificiꝫs ꝑpulcris exornat. Multiſ ꝑterea ſctōꝝ reliquiꝫs excolit.

De hiꝫs ſubſcripta adduntur.

Tunc hadriana vetus que poſt iuuauia dicta
Preſidialis erat noricis. ⁊ epiſcopo digna
Rudberti ſedes qui fidem contulit illis
Chriſti: quā retinet Saltzburga ſero vocata
Is ſanctus obiꝫt eracliꝫ principis euo
Legē dū cōdidit Mahumet nephādā ſabeis
Qui ſucceſſorē ſibi fecerat ipe vitalem

Huic tres abbates hoc ordine ſedes
Auſolog⁹ ſauolus. poſt hos ex⁹ venerād⁹
Inde flobirgiſus paſtoris nomē adeptus
Joannes poſt quē ſedem poſſedit eandem
Uirgili⁹ exul poſt hūc meruit fore preſul.






Anno mūdi. 5833. Anno xp̄i. 654.

Theodorus papa natione grecus. p̄re theodoro ep̄o hieroſolimis. pontificatum iniens. omnia q̄ ad dignitatē religionis ꝑtinere arbitrabat᷑ circūſpiciebat. vt bonū paſtorem decet. In oīes maxime aūt erga paupes mira benignitate vtens. Conſtituit hic inter cetera cerei paſcalis benedictiones fieri in ſabbato ſancto. Cenſuitqꝫ neminē ſepari debere qui nupſerit poſt ſimplex votum. Hic pirrhū patriarchā cōſtantinopolitanū ꝛ fergiū ac alios hereticos exilio dānauit. Conuerſus deinde ab hoc certamine pontifex ad ornanda ſctōꝝ corpa primi ꝛ feliciani martyrū reliquias ex arenario vie nomentane ablatas in vrbem deferens in baſilica ſtephani prothomartyris in celio monte collocat multis ornamentis. Idem q̄ꝫ baſilicā edificat via flāminea non longe a ponte miluio ꝛ ſtatim dedicat. duo poſtremo oratoria cōſtruxit. Hijs ita conſtanter ꝛ ſancte peractis morit᷑ pontificatus ſui anno ſexto. menſe q̄nto. die. xviij. ſepeliturqꝫ in baſilica petri. pridie ydus maij. Ep̄atus aūt diebus duobus ꝛ quinq̄ginta tunc vacat.

Martinus primus papa. p̄ria tudertinus. p̄re fabricio in theodori locū ſuffectus. legatos ſtatim conſtantinopolim miſit q̄ Paulum adhortaret᷑ vt omiſſis erroribus ſuis aliq̄n veritatis callē ingrederet᷑: at monitis pontificis obtpare noluit. ideo cū dignitate priuauit ob qđ conſtantius impator indignatus. Olimpiū cubicularū ſuū ytalie exarchum creauit mandās ei vt Martinū captum ad ſe mitteret. hac diſcordia freti ſarraceni alexandria cū ingenti claſſe ſoluentes Rhodū ꝑuenere captaqꝫ vrbe coloſſum. fama celeberrimū demoliti ſunt. Ex cuius ere nongētos camelos onuſtos ferūt. Conſtātius ṽo tot calamitatibus nihilo melior factus theodoꝝ caliopam cū his mandatis iterū in ytaliam mittit. vt primo quoqꝫ tempe martinū pontificem ad ſe vinctum mitteret. Is a romanis perbenigne exceptus cum ſalutandi cauſa pontificem ſimularet. homini cathenas inijcit. Eūqꝫ conſtantinopolim mittit. Unde poſtea in cherſonceſum ponti exilij cauſa deportatur. vbi quondā beatus clemens romanus preſul exulauerat. Martinus autē multis calamitatibus circūuentus. ac inopia rerum omniū p̄ſſus. tandem in exilio moritur pontificatus ſui āno. vj. menſe vno. diebus. vj. ꝛ. xx. multis virtutū ſignis vſqꝫ in hodiernū diem refulgens. Et ex hoc inter ſanctos martyres relatus ē. Cuiꝰ feſtū decima die mēſis nouembris celebratur. Sedes autem rome. xiiij. menſibus tū vacat. quia nil certi de ſanctiſſimi viri morte habebatur.

Anno mundi. 5843. Anno xp̄i. 644.

Eugenius primus papa natione romanus. patre Ruffiāno e celio monte. Martino in pontificatu ſucceſſit. Eo ferme tempore quo petrus in locū pauli heretici cōſtantinopolim ſufficit᷑. Hic eñ ꝛ ſi melius aliquātulū de religione ſenſit q̄ꝫ paulus. non tñ vſqꝫ adeo fidei normā tenuit. quā ſancta romana eccleſia p̄dicat. Pontifex aūt Eugenius ſtatuit vt quilibet ep̄s carceres haberet ad delinquentiū penitentias clericoꝝ. voluit vt iuxta eccleſias ſacerdotū domicilia cōſtruerentur. Mandauit quoqꝫ monachis ne quauis ex cauſa ſine ſui ſuperioris licentia clauſtꝛ exirent: fuit aūt vir mire pietatis. religionis manſuetudinis comitatis munificentie. pontificatus ſui anno ſecūdo. menſe nono moritur. ac in baſilica petri ſepelit᷑. quarto nonas Iunij. vacat tum ſedes mēſis. j. dies. 28.

Vitalianus papa. patria Signinus ex oppido volſcoꝝ. p̄re anaſtaſio pōtificatū inijt. Vir quidē optimus ꝛ diuini cultus cupidus atqꝫ aſſiduus. Quāobrem regulam eccleſiaſticam compoſuit. ꝛ cantum ordinauit. adhibitis conſonantiā (vt quidam volunt) organis theodoꝝ archiep̄um ꝛ hadrianū abbatem viros doctiſſimos atqꝫ optimos in britannias mittit. quā angliam vocant. quo eos in fide cōtinerent. Tandem bene ex ſentētia quantum in eo fuit gubernata eccleſia. anno. xiiij. pōtificatus ſui menſe. vj. moritur. ac ſepelitur ī baſilica petri. vi. kal̄. februarij. vacat tum ep̄atus men. 4. diebus. 15.

Adeodatus papa. patria romanus. patre iouiniano ex monacho pontifex creatur. Vir religione ꝛ omni comitate preditus. in delinquentes clemens in pauperes beneficus. in hoſpites benignus. erga calamitoſos miſericors. eccleſiam beati petri via portuenſi iuxta pontem meruli tū inſtaurauit ac dedicauit. Auxit ꝛ monaſterium ſancti heraſimi in celio monte edificijs ꝛ fundis. vbi ip̄e monaſticā vitam duxerat. Et ad abolenda prodigia que ſepenūero tempore ſuo apparuerant. Supplicationes frequentes habuit. Demum ṽo pontificatus ſui anno quarto. menſibus duobus. diebus quinqꝫ. vir ſanctiſſimus moritur. collacrimātibus omnibus. ad baſilicam petri ſepelitur. ſexto kalendas Iulij. vacat tum ſedes menſes quatuor dies. xx.

CONſtantinus tercius in locũ demortui heraclij pr̄is primo ſufficit̄. Cum enĩ coſdroas rex pſaꝝ victorijs inſolcſtens vt premiſſum ē paci vt ꝯſentiret nullis p̄cibus p̄mijſue pollicitationibꝰ adduci potuit. Quãobrem imꝑator eraclius expeditõem in barbaros deſtinauit. p̄miũq; oĩm ꝯſtãtinopolis defenſioni ꝓſpecturus. Cõſtantinũ filiũ ceſarē declaratũ regni cõſortē accepit Sergio venerabili p̄triarcha ⁊ bonoſo p̄tricio ſpectate virtutis viro illi in adminiſtrationis ſocios attributis. Inde poſt obitũ eraclij iſte ꝯſtãtinꝰ q̄ p̄rc abſente cõſtantinopolim gubernabat illi ſuffectus ē. Qui q̄rto aſſumpti impij menſe veneno extinctus ē a martina nouerca ⁊ eracleane fratre. quos pyrrhus patriarcha cõſtantinopolitanus ad id flagitium inſtigarat.

HEraclion. mortuo fratre imꝑiũ occupat eo potiſſimũ tp̄e q̄ cyrrus ſergiꝰ ⁊ pyrrhus acephaloꝝ hereſim inſtaurãtes. vnã operationē in xp̄o hũanitatis. ſ. ⁊ diuinitatis. vnãq; volũtatem p̄dicabant. Ex hijs aũt pyrrhus q̄ ob hereſim in affricã relegatus fuit. quã primũ de heraclij morte cercior ē factus. Ex affrica romã venit. ꝓuolutiſq; ad theodori pontificis pedes popoſcit veniã errati. qđ apud ꝯſtantinopolim ꝑpetrauerat. Exinde oblatã a pontifice et clero romano recte fidei ⁊ religionis xp̄iane formulã reuerēter accipiēs in patriã eſt reuerſus. Ubi poſtq; flagitiũ illud martine ⁊ heracleoni ſuaſit. priꝰ vitam amiſit. q̄ȝ tanto q̄ſitũ ſcelere p̄triarchatum potuerit obtinere. Cũ igit̄ poſt mortē cõſtantini heracleon imperiũ tenuit et turpiter ⁊ iniq̄ſſime rem publicã adminiſtraret ſenatus populuſq; cõſtantinopolitanus in martinã eracleonemq; inſurgēs linguã illã. hunc naſo mutilatos relegauit. quo in furore retractꝰ de fuga pyrrhus a populo eſt occiſus.

COnſtans Conſtantinopolitanus imꝑator. q̄ fuit filius conſtantini dolo necati. poſt heraclionem p̄dictũ illico in imꝑatorē aſſumptus. Et in demortui pyrrhi locũ paulus p̄triarcha a ſenatu ⁊ pp̄lo eſt ſuffectus. q̄ a theodoro pontifice romano. vt rectã fidei normã acciperet ꝑ lr̄as requiſitus. obſtinate rēnuit obedire. quē theodorus pontifex romanus dignitate priuauit. quia orthodoxe fidei normã ⁊ rõem ſuſcipere recuſabat. adiuuãte eiꝰ ſtulticiã ꝯſtãcio in eandē hereſim ſtolide nimiũ ꝓlapſo. vñ ⁊ martinũ papã in cerſonã põti ciuitatē. apud quã alter romanus pontifex. b. clemens longe añ exulauit in exiliũ miſit. inde ꝯſtantius expeditionē in ytaliã parauit nõ q̄dem vt iuxta famam tũc a ſe accurate diſſeminatã longobardos ytalia eijceret. ſꝫ vt vrbem romã ⁊ ſubiectas illi ꝓuincias diuitijs ⁊ ornamētis ſpoliaret. Euti romam via appia cõſtantio vitalianꝰ pontifex maximꝰ clero ⁊ pp̄lo multitudine ſociatus ſexto ab vrbe miliario obuiauit. introductuſq; imꝑator btĩ Petri p̄mo ⁊ poſt alias vrbis eccl̄ias accuratiſſime inuiſit. Et poſtq; p̄mis q̄nq; aduētus ſui diebus baſilicas ⁊ publica rome loca ꝑambulauerat: direptioni operã impendit. Etem̃ q̄cunq; vidiſſet ex ere aut marmore ad ornatum poſita. ꝑ ſingulos dies aut loco abſtracta. aut vi diſcerpta nauibus imponi curauit. vt plus ip̄e ornamētoꝝ ſeptē in diebus vrbi rome detraxerit. quã barbari antea in ducentis et q̄nquaginta octo annis ꝑ quos imꝑiũ inclinauerat. vl̄ in p̄dam abſtulerãt vel confregerãt inde neapolim redijt ⁊ poſtea in ſiciliam nauigauit. Reſedit v̄o ſyracuſis vbi miſeſſus q̄dam armeniꝰ ordines in orientali eiꝰ exercitu ducens illũ in balneo interfecit. anno imꝑij ſui vigeſimooctauo. In eiuſq; locum mezentius Cuiꝰ fraude necatuȝ cõſtantiũ putant imperator a militibus creatur.

Concliũ Rome tp̄e martini pape



Synodũ rome martinꝰ põtifex cētũ ⁊ q̄nquaginta ep̄oꝝ hũit ob paulũ p̄triarchã ꝯſtãtinopolitanuȝ. cꝰ apocriſarij q̄s ad paulũ miſerat. ⁊ illũ vt reſipiſceret vrgeret. ꝯſtãcij iuſſu ĩ diuerſas ĩſulas relegati fuerĩt. qđ cũ audiſſet martinꝰ ĩ eo ſynodo rome ꝯgregata p̄mo ꝯdēnatõem cyri alexãdrini ⁊ ſergij ac pyrrhi ꝯſtãtinopolitanorũ p̄triarchaꝝ ĩnouauit. deinde paulũ p̄ntē p̄triarchã dãnauit ⁊ p̄triarchatu cēſuit ammouendũ. Interea v̄o dũ h̄ agerēt̄ pax ytalie q̄ iter rõnos ⁊ lõgobardos ãnis. xxx. durauerat turbari iã cepta ē. longobardis oĩa ad ſuã vtilitatē trahētibus. Cõtra v̄o recuſantibꝰ romanis q̄ p̄ter ius faſq; mandarētur. maxime v̄o cũ rotharis arriana labe inquinatus. nullã ferme ciuitatē haberet. cui non arrianũ ⁊ catholicũ ep̄m prepoſuiſſet.

Linea Imperatorum

Conſtãtinus tercius



Heraclion



Conſtans



Jodocus



Egiltrudis regina



JOdocus heremita ſanctus. ꝑ hoc tempus virtutibus clarus. qui cū eſſet Britonū regis filius. ſpreto regno ⁊ mundialibus pompis in heremuȝ ſeceſſit. vbi cū aliquādiu ſanctiſſime vixiſſet. Tandeȝ in pago pontico multis miraculis clarus in dn̄o q̄euit. Sunt q̄ ſcribūt eo tp̄e ⁊ vincentiū beluacenſem ep̄m ⁊ meduardū archiep̄m Remenſem ſctītate ⁊ doctrina in precio fuiſſe. hijs addūt ⁊ reginalphā gallā matronā genere ⁊ ſctītate inſignē. ⁊ renaldū traiectenſem ep̄um vita ⁊ miraculis clarum.

EGiltrudis regia anglie circa illa tp̄a claruit. que tribꝰ nupta viris v̄go ꝑmanſit. cuiꝰ mortue corporibus poſt. xi. ſepulture ſue ānos incorruptū ē inuentū.

Aurea



Forſeus



AUrea virgo ſctiſſima ipiꝰ eligij pontificis diſcipula. ꝑ ip̄m tp̄us apud pariſios diſciplina ſanctitate ⁊ p̄cipua patientia clariſſima. plurimū floruit. Cuiꝰ ſanctitate ⁊ prudentia ꝑmotus eligius ipſaȝ trecentis virginibus prefecit. fuit autem genere nobilis.

FOrſeus q̄ȝ hibernie regis filiꝰ ꝑ id tp̄s cū duobus germanis ꝯtēptis regni ſui pompis monachalē habitū ſuſceperūt. ⁊ in magno p̄cio euaſerūt. Is monaſteriū in loco quē vocāt latiniacū ꝯſtruxit. Nec mltopoſt ordinatis fr̄ibus. migrauit ad dn̄m. poſt q̄tuor auteȝ ānos ab eligio ⁊ auſberto ep̄is imaculatū corpus ſine vlla putredine trāſfert̄. huiꝰ natale celebrat̄. 4. nonas marcij.

Oſwaldus



Gerdrudis



OSwaldus rex nordhūānoꝝ anno p̄mo heraclionis impatoris a penda mercioꝝ rege perimitur. Is q̄tuor ydeomatū gentes. videlȝ pictauos. ſcotos. britones. ⁊ anglos i ſuā ſbiectōem accepit. hꝰ dextera multaꝝ elemoſinaꝝ largitrix hodie q̄ȝ cū brachio ⁊ cute ⁊ neruis incorrupta iacet. toto reliquo corpe in cineres diſſoluto. que a fr̄e Oſwino apud vrbem bembaburch cōpoſita in ſcrinio pro miraculo monſtratur.

GErdrudis ſancta niuigellenſis anno conſtantis xx. obijt. Hec fuit filia ytte relicta pipini q̄ iſtinctu ſcti amandi monaſteriū niuigellenſe fundauit. Cui filiā ſuā Gerdrudā v̄ginem deo dignā p̄fecit. q̄ die ſui obitus appuit cuidā abbatiſſe treuerēſi noīe modeſte ſibi familiaritate cōiuncta. ſuā felicē trāſmigrationem oſtentās. pluribus inde miraculis claruit.

Leodegarius ep̄s



Uigilius ep̄us



LEodegarius ep̄us tp̄ibus Cōſtantini impatoris ebroniū peſſimū virū Theodoricus rex in gr̄am recepit. q̄ leodegariū varijs tormentis afflixit poſt famē ⁊ carceris ſqualorem. poſt oculoꝝ euulſioneȝ. poſt plantaꝝ cōciſionē. poſt lingue ⁊ labioꝝ exciſionē. conſummauit tandē martyriū ꝑ capitis abſciſionē. fuit hic a nobiliſſimis parentibꝰ regi clotario cōmēdatus. Et a didone auūculo ſuo pictauēſi ep̄o eruditus. inde ob ꝓudentiā ⁊ ꝯſiliū cū in regio palacio moraret̄. tantā ſcōm deū de pietate ſollicitudinē habuit vt eduenſi eccleſie mereret̄ in pontificem ꝓmoueri. Is poſt obitum ſuum multis miraculis in reſtituēda ſanitate claruit.

UIgilius quoq̄ȝ circa idem tempus genere nobilis ⁊ ſanctitate preclarus in Antiſiodoreñ. ep̄atu ſedit annis. xxvj. vbi extra vrbē eccl̄iam beate marie cū monaſterio cōſtruxit. Et hoſpitale qd̄ domꝰ dei appellatur. Hic ꝓpter ſanctitatem ſuā inimicis iuſticie odioſus. a warachono ſeneſcallo regis francie in ſcotia ſilua occiſus eſt. Qui waracho ſucceſſit in eodem principatu ebrionio qui ſanctum Leodegariū occidi fecerat. Et ip̄e ebrionius in morte viſus eſt a demonibus in infernū deportari. Cum autem vigilius ad ꝓpriā veheretur vrbē per ciuitatem ſenonicā vincti ruptis cathenis libere de carcere exierunt. Cathenas ad preſcriptam eccleſiam ſuam deferebant.

Ceſarea regina pſaꝝ



CEſarea pſaꝝ regina. Circa hec tp̄a de pſide exiens neſciente marito cū pau cis ſuis fidelibus. priuato habitu. ꝓpter xp̄iane fidei amorē. ↄſtantinopolim venit. anno ſexcēteſimotercio ac. lxxx. Que q̄dē ab imperatore honorifice ſuſcepta. poſt aliquot dies nō multo poſt: characterē baptiſmi vt deſiderabat ſuſcepit. ⁊ ab auguſta de ſacro fonte leuata. hoc vbi intellexiſſet pſaꝝ rex. legatos ſtatim ↄſtantinopolim mittit. q̄ vxorē ab imperatore repetant. R̄ndit imperator in arbitrio regine eſſe ſtandi vl̄ diſcedēdi. ꝓinde eā ſciſcitētur. Interrogata regina reſpondet. Nūq̄ʒ redituram in p̄riam. niſi rex xp̄iani nomē ſuſciperet. Qui ſtatim re cognita cū. xl. milibus hoim̄ cōſtantinopolim pacato agmine veniēs ꝑbenigne ab imperatore ſuſcept⁹. vna cū militib⁹ ſuis baptizatus. ⁊ ab Auguſto de fonte leuatus. catholica fide ↄfirmatus ē. accepta ſua coniuge letus ⁊ gaudens multis ab auguſto honoratus munerib⁹. in regnū reuertit̄.

Rotharis



ROtharis longobardoꝝ rex poſt arioaldū regē. regnauit annis. xvi. Is licet multis p̄ditus v̄tutibus. Arriana tn̄ labe inq̄natus oēs longobardos in eandē p̄cipitant̄ traxit. vt in ciuitatib⁹ ſbiectis duos hēbat ep̄os vnū catholicū alteꝝ arrianū. In re militari p̄ſtans fuit. vt etruriā ⁊ liguriā cum locis maritimis vſq̄ʒ maſſiliā in ſuā redegit p̄tātem. Tanti inſup fuit ingenij. vt leges q̄ ſola memoria in vſu habebat. in ſeriē q̄ndā redegerit. ⁊ librū edictū appellari mādauerit. prius cū lōgobardi ſine lege fuerūt. Erat aūt (ip̄o in codē codice referēte) ann⁹ ſeptuageſimuſp̄rim⁹ quo longobardi ytaliaʒ intrauerāt. vt in ꝓlogo libri pat3. Huic cū aliq̄n theodorus exarchus bellū indixiſſet. apud Scultennā mutine vrbis amnē acriter pugnatū ē. vt exarchus ſeptē milia amiſerit. Tandē rotharis ſine filijs defunctus eſt.

ROdoaldus filius ſucceſſit q̄ regnauit ānis. v. hic theodalinde regine filiā duxit vxorē. qui tamē libidinibus immerſus in adulterio mulieris deprehenſus a viro occiſus eſt.

ARipert⁹ deinde rex regnauit ānis. 9. Is apud papiā oraculū pulcerrimū in honorē ſaluatoris condidit. moriens duos reliquit filios ꝑtharitē ⁊ gundibertū reliquit ſucceſſores. quoꝝ tp̄ibus longobardi pacē cū romanis rauēnatibuſq̄ʒ vbiq̄ʒ ſuauerūt. Sed varijs ip̄i inter ſe motibus agitati ſunt. grimoaldus namq̄ʒ beneuētanus longobardoꝝ dux ip̄os fratres diſcordes eſſe intelligens. magnas ducens copias papiā venit. qua ex vrbe cū ꝑtheritem puerū regē fugaſſet. gundibertū frēm expulit mediolano. Eas diſcordias exploratas hn̄s clodoueus rex francoꝝ. copias in ytaliā miſit. q̄ cū in tranſpadana regione magnā feciſſent p̄dā. a grimoaldo ytalia ſunt expulſe. Sunt tn̄ qui ſcribant gallos hac rōne deceptos eſſe. longobardi cū ſimulata fuga. caſtra reꝝ om̄i copia ac vini potiſſimū plena relinquentes haud longe in inſidijs conſtiterāt. galli v̄o caſtra ingredientes rati veram eſſe hoſtiū fugam. In oēm voluptatem effundūtur. epulis ⁊ vino replent̄. quare ſuꝑuenientibus hoſtibus cum ſomno etiam grauati paſſim veluti pecora ab hoſtibus ceduntur.

SArraceniq̄ʒ ꝑ id tp̄us intantū hauſerāt opes. vt poſt ſubactas ⁊ quiete poſſeſſas. q̄ romanoꝝ fuerant. prouincias aſie. europam inuadere preſumerēt nauigio itaq̄ʒ ingenti ab alexandria ſoluentes rhodum inſulam romani imperij ꝑuenerūt. eaq̄ʒ capta coloſſum fama celeberrimū a quo ciuitas inſule primaria nomen habuit. demoliti ſunt. Ex cui⁹ ere nongentos camelos fuiſſe oneratos inuenimus. rhodo vaſta ſarraceni. egrū delati pelagus multas ex cicladibus afflixerunt.

Grimoaldus



GRimmoaldus decimus longobardoꝝ rex. regnauit annis. 9. Is abeūte ex ytalia cōſtantio in ciſalpinā rediens. foꝝ popolij ſabatho ſctō aggreſſus ceſis om̄ibus diripuit. ac ſolo equauit. Fuere in hoc rege m̄te preclare corporis ⁊ anime dotes. tātū enī prudentia ⁊ cōſilio valuit. nō ſolū in rebus externis verūetiā in domeſticis vt q̄dam capitula ac q̄dam vtilia rotharis regis edicto addiderit. q̄ poſtea legis formā accepere. fuit p̄terea mediocris ſtature corpore validus. capite caluo ꝓmiſſa barba. nec animo minus in rebus agendis q̄ʒ corp̄e ꝓmptus. poſt fleubotomiā factā in brachio dū arcu colūbam ſagitaſſet erupto denuo ſine intermiſſione ſanguine diem obijt. ſepultus ē aūt papie i baſilica beati ambroſij quā ip̄e ſua impenſa edificauerat. pertaris aūt ariperti regis filius in ytaliā rediens tercio menſe poſt grimoaldi mortē regno paterno ſine cōtentiōne potitus ē.

COnſtātio īꝑatore ſblato cū oēs paſſim dilaberēt̄. ſuꝑuenientib⁹ cū mag classe ſarracenis. ⁊ ſyracuſe ⁊ tota inſula occupat̄. vnde poſtea onuſti preda alexandriam redeuntes vrbis quoq̄ʒ rome ea ornamēta ſecū detulere q̄ conſtantius aduexerat.

Dagobert⁹ rex frācoꝝ



DAgobertus francoꝝ rex eodē ferme tp̄e vir aſtuti ingenij. nec conſilio minus q̄ʒ manu promptus moritur. Cuius animā e manibus demonū liberatā ferūt Dyoniſij ac Mauricij martyris ac etiā martini cōfeſſoris auxilio. q̄s ſemp dū vixit vt patronos coluit ⁊ templis honoratiores reddidit. Hic autem oib⁹ bonis inſignit⁹. regnauit ānis. 54. Rex ab anglis infenſus ꝑpetuā cū eis ſuſcepit inimiciciā. hic īterceſſiōe heraclij oēs iudeos ī ſuo reg̃ baptiſare fecit.

ERfordia magna ac memorabilis vrbs ꝓuincie thuringie caput. a priſcis erpheſfurt appellata. mō
tem habet excelſum. qui nūc ſancti petri vocitatur. cum a temporibus Theodoſij imꝑatoris ſub ar-
chadio ⁊ honorio inclinatio imperij originem habuit. Franci romanoꝝ preſides. a rheno ytaliam verſus
abiecerūt. Et ſe regi ꝓprio ſubiecerunt. Quibus intellectis thuringi ab altera parte rheni orientem verſus
Ex conſilio regis francoꝝ merwigū eius cognatum in regem elegerūt. Is arcem cōſtruxit in eo monte. ⁊
caſtrū ꝓpe Erffordiam vbi nunc eccleſia ſancti Dyonſij extat. qd vulgares Merwiſburg nomināt. Poſt
eius obitum baſſinus in thuringia regnum ſucepit. Cuiꝰ vxorem poſtea hildericus rex francie duxit ī cō-
iugem. Per ea tempa in loco vbi nūc baſilica diui andree frequētatur. villa Schildinorde extabat. in hui
leto quoqꝫ ꝓpe fluuiū Gera (qui nūc ciuitatem illabitur. ⁊ mediam ferme ꝑterfluit. Cuius cōmoditate to-
ta ciuitas purgatur. ⁊ plurimū decoratur) Molitor ſagax ſua diuerticula habebat. cui nomē Erpff fuerat
apud eius molendinū transitus ſiue paſſagiū olim extitit. at cum temporibus clodouei regis francoꝝ ad
annū ſalutis trigeſimūoctauū ⁊ quadringēteſimū Erffordia ortum habuit. a molitore dicto atqꝫ tranſitu
Erpheſfurt denominata fuit. Regnante poſtea apud francos tagoberto inclito rege. Is poſt caſtrū in mō
te deſolatum monaſteriū celeberrimū ſancto petro dicatum ordinis diui benedicti conſtruxit. Inde mons
ſancti petri appellatus fuit. Eccleſiam quoqꝫ ſancti Gangolfi dotauit. Bonifacius poſtea archiepūs ma-
guntinus ſub pipino francoꝝ rege. cum thuringiam ad fidem cōuertiſſet eccleſiam glorioſe ſempqꝫ virgi
nis Marie edificauit. ac ibi epiſcopatum ordinauit. qui illico maguntine ſedi ceſſit. Huius vrbis ager
optimus eſt ⁊ herba fullonū que ſandix ac ſaponarīa dicitur pro tingendis pannis feraciſſimus. Per cuiꝰ
arua gera fluuius ⁊ alia flumina ꝑterfluūt. regionem vbertim irrigantes. ꝓpter quod ⁊ pecoꝝ paſcuis ha-
bundat. Poſt annū deinde ſexageſimūſextum ſupra milleſimū muro circūdata ac turribus munita fuit. Et
ciuiū edibus ac monaſterioꝝ ac eccleſiaꝝ ornamentis mirifice creuit. thuringorūqꝫ celeberrima ſedes fuit.
eo ꝙ totius regionis ferme media ſit. ⁊ bladis aliiſqꝫ neceſſarijs copioſiſſima habeatur. Et cum hec regio
ac vrbs a ſoluendis decimis libera fuerit. Eam ob rem multas calamitates a finitimis principibus paſſa
fuit. precipue temporibus henrici tercij imperatoris. Is cum a ſeueriſſimo ſuo preceptore archiepiſcopo
Colanienſi liber euaſiſſet. In oīa genera flagitioꝝ ruptis tyrannie frenis ꝑcipitem ſe dedit. Montes oēs

Eccleſia virginis Marie

Sanctus Seuerus



tolliculoſq; ſaxonie ⁊ thuringie caſtellis munitiſſimis extruxit. pſidiuq; impoſuit. quibus cum victui ne
ceſſaria minus ſufficerent pmiſit. vt ex ꝓximis villis ⁊ agris hoſtili more predas agerent. ⁊ ad ipa caſtel
la munienda circũquaq; manentes cogerent. Rex ne manifeſta tyrannide notaret̃ ſi ꝯtra innocentes atq;
in regnũ ꝓpriũ graſſaretur. vt impietatẽ ſuã q̃dam religionis ſpecie palliaret archiepm maguntinũ modis
omibus inſtigauit. vt decimationes thuringie ſicuti ante pluries inſtituerat exigeret pollicens ſe ei in exi
gendo ſumma ope affutuꝝ. Et dicto obtemperare nolentes regia maieſtate coactuꝝ. Ea tamẽ pactione vt
ipaꝝ decimaꝝ ꝑtem ſibi. q̃ ⁊ regie magnificentie ⁊ tanto labori ſuo digna forent tribueret. Ita eps vanitiſſi
ma ſpe animatꝰ. Synodũ indixit in erphesfurt. vj. ydus marcij. ſtatuto die aderat rex. archieps ⁊ hermã
nus babenbergenſis epus ⁊ alij q̃ ad diſcutiendam cauſam fuerunt euocati. Thuringoꝝ ſpes ⁊ fiducia po
tiſſimũ in abbate fuldenſi ⁊ heruelden ſi nitebatur. Cũ hij eccias decimales plurimas et pdia in thuringia
haberẽt. q̃ publica diſcuſſione interpellati ꝓ decimaꝝ redditione primo ꝑ deũ archiepm rogabant. vt anti
quitus tradita monaſterijs legitima incõuulſa manere ſineret. q̃ ⁊ ſedes aplica ⁊ veteribus ⁊ recẽtibus ſcri
ptis crebro firmaſſet. Et pdeceſſores archiepi ſui nũq; ifringere tẽptaſſent. Id atroci reſponſo archieps re
pulit: pdeceſſores ſuos rudibus in fide auditoribus. lac potiũ dediſſe nõ eſcam. q̃ nũc reſecare vellet. ⁊ pfe
ctis ſolidũ cibũ miniſtrare. Tandem thuringi improbata ſynodo ſedem apoſtolicam appellarũt ſʒ rex capi
tali ſententia prohibuit. Poſtea exortũ ſunt bellũ ſaxonicũ. Nulla deinceps exactio facta eſt decimaꝝ. Gau
dentibus Thuringis qd occaſionem inueniſſent. vt traditas ſibi a prĩbus leges manu militari tuerentur.
Et dolente rege quod dũ decimis immoderatius inhiaret pene regnũ cum vita amiſiſſet. In hac vrbe mul
ta ſanctoꝝ corpa ꝑ illuſtriſſimos delata ſunt. videlʒ Adolarij Eobani Seueri epoꝝ. ⁊ vincentie quibus ⁊
aras ⁊ baſilicas edificauerant ampliſſimas. In ea quoq; anno domini. 1392. Gymnaſiũ celeberrimũ ortũ
habuit. Ubi ſunt edes ampliſſime ſtudentiũ ⁊ legentiũ. Ex quo iuriſconſulti theologi ornatiſſimi. philoſo
phi ac medici excellentiſſimi ꝓdierũt. Perpeſſa tandem ſuit hec famoſa vrbs vaſtationes ac direptiones
ꝑ incendia varia. Neq; aliqua inſignis vrbs apud germanos memoratur. q̃ ꝑ fatalem ac aduenticiũ ignẽ
totiẽs exuſta ſit. Ultimo incendio magna ex parte concrematur. In feſto enĩ geruaſij Anno. M. cccclxxij.
hec preclara vrbs in baſilicis glorioſe virginis marie ⁊ Seueri in põte mercatoꝝ. foroq; rapaꝝ ⁊ aũ gra
dus in edibus laicoꝝ ac canonicoꝝ damnũ ſenſit. vt pene tercia vrbis pars incendio perijt.

Mons Sancti Petri



DOnus papa. pr̃ia romanus. pr̃e mauricio. eo tp̄e pontificatū iniȷt q̄ Grimoaldus longobardoꝝ rex moꝛit. quo q̄dem anno maximi imbres fuere ꝛ multi fulminibus afflati interiere. ꝛ frumēta in agris emarcuere. Unū ob hoc pontificatū in maximis turbinibus ſuſcepit. Fuit aūt ſanctitate vite ꝛ doctrina valens. vt clerū diuerſis oꝛdinibus diſtinxit. ꝛ honoꝛibus auxit. Monachos vero quoſdā ſyros cū neſtoꝛianis ſentientes in monaſterio bocciano deprehenſos ꝛ caſtigatos in varia monaſteria diuiſit. p̄terea rauēnatem eccl̄iam a romana iam pridem ſegregatā ꝛ ob eam rem aliocephalim appellatā ſedi apoſtolice obtēpantem reddiderit. Hic inſup honoꝛi ꝛ cultui diuino ↄſulens veſtibulū ſancti petri (quod paradiſum vocant) quadripartitū marmoꝛibꝰ ſtrauit. Inſtaurauit p̄terea. ꝛ reſtitutas dedicauit eccl̄iam apoſtoloꝝ via hoſtienſi. Et eccl̄iam beate euphemie via appia ſitam. At donus pontificatus ſui anno. v. mēſe. v. die. x. moꝛit ac ſepelitur ad baſilicam Petri apoſtoli tercio ydus apꝛilis. Cuiꝰ in moꝛte epiſcopatꝰ vacat menſibus duobus. dies ſedecim.

Anno mūdi. 5865. Anno xp̄i. 664.

AGatho primus papa natione ſiculus. pr̃e romano ex monacho pontifex creat. Uir certe tante ſanctitatis vt leproſum obuiū factū oſculo ſuo ſtatim liberauerit. Tante p̄terea manſuetudinis ꝛ humanitatis fuit. vt neminem ab ſe vnq̄ȝ triſtem dimiſerit. Factus itaq̄ȝ imp̄atorem moꝛibus ſuis haud quaq̄ȝ diſſimilē. monothelitaꝝ cauſa cōciliū apud cōſtantinopolim habere conſtituit. Expectauit itaq̄ȝ donec conſtantinus a bello in p̄riam rediret q̄ ſarracenos a ſe victos imperio romano vectigalēs reddidit. Inde legatos ſtatim conſtantinopolim mittit Joannē poꝛtuenſem ep̄um ꝛ Joannē romane eccl̄ie dyaconē. Hos p̄ benigne ſuſceptos mira caritate ↄſtantinus adhoꝛtatus ē. vt omiſſis cauillationibus ꝛ ſophiſticis altercationibus. ex equo ꝛ bono om̄i controuerſia ſublata duas eccl̄ias vnā tandeȝ facerent. agatho vero cuiꝰ tp̄e poſt ſolis ꝛ lune eclipſim peſte ac grauiſſima quidem laboꝛatum eſt. pontificatus ſui anno ſecūdo. menſe ſexto. die quintodecimo moꝛitur. ac ſepelit ad ſanctum petrū quarto ydus Januarij. Cuiꝰ moꝛte annū vnū. menſes. v. ſedes tum vacat.

LEo eius nomis ſecūdus papa. natione ſiculus. pr̃e paulo vir doctiſſimus fuit. latine ac grece vt eius ſcripta indicāt. Preterea v̄o adeo muſice peritꝰ eſt habitus. vt pſalmodiā cōpoſuerit. hymnoſq̄ȝ ad meliorē cōcentum redegerit. Idem quoq̄ȝ inſtituit vt in celebratione pax populo daretur. Sextā v̄o ſynodum ita ſuſcepit vt eoſdē anathematiſauerit quos ſancta ſynodus p̄ſente cōſtantino damnauerat. Conceſſitq̄ȝ neceſſitate vrgente omni die baptizari debere. Inſtituit p̄terea ne ad archiep̄atum aſſumptus pro vſu pallij alioꝝue officioꝝ quicq̄ȝ eccl̄ie ꝑſolueret. qđ vtinā hodie obſuaret. Cū ex hac largitione q̄tidie mala oꝛiantur. At leo in quo p̄ter doctrinā ꝛ eloquētiā ſingularis religio. mira pietas ꝛ clementia fuit. pontificatus ſui menſe decimo moꝛitur. ſepeliturq̄ȝ collacrimātibus om̄ibus tanq̄ȝ publico parente oꝛbati ad baſilicam Petri. quarto kal̄. Julij. poſt eius moꝛtem menſibus. xj. diebus. 21. ep̄atus vacat.

Anno mūdi. 5885. Anno xp̄i. 684.

BEnedictus iunioꝛ ſiue ſecūdus papa. patria romanus. patre Joanne. ab ineunte etate xp̄o militans. diuine ſcripture ita operā dedit. vt doctrina ꝛ exercitatione in rebus diuinis tum ſingularis haberetur. Ob eius humanitatem pietatem gratiam in omnes maxime vero erga pauperes. Quibus virtutibus hominū coꝛda ita ſibi deuinxit. vt tū vnus haberetur. qui oīm ſuffragijs in locum demoꝛtui leonis merito ſubrogaretur. Ad hunc conſtantinus imperatoꝛ hominis ſanctitate ꝑmotus. ſanctionē miſit. vt deinceps quē clerus pobulus exercituſq̄ȝ romanus in pontificem delegiſſet. eundē ſtatim veꝝ xp̄i vicariū eſſe om̄es crederent. baſilicas plures reſtituit maxime laurentij in luciam ac bt̄i Ualentini. Moꝛitur autem pontificatus ſui menſe decimo. die duodecimo. ſepeliturq̄ȝ apud beatū petrū ydibus Maij. qui vt omnibus vita carus fuit. ita poſt moꝛtem ab om̄ibus vt ſanctus. ꝛ bene de humano genere meritus celebratur. Eius in moꝛte ſedes vacat menſibus duobus. diebus quindecim.

IOannes quintus papa natione ſyrus. patria anthiocenus. patre Cyriaco pontifex creatur. eo ferme tempoꝛe. quo imp̄atoꝛ cōſtantinus moꝛitur. vir ſingularis religionis ꝛ manſuetudinis atq̄ȝ doctrine oīm conſenſu pontifex creatus in eccleſia ſaluatoꝛis que conſtantiniana appellatur ad lateranū. ea ratiōe qua leo ſecūdus cōſecratur a tribus epiſcopis hoſtienſi poꝛtuenſi ꝛ veliterno. Quē quidem moꝛem poſteri deinceps tenuere. Deniq̄ȝ valitudinarius cum libellum de pallij dignitate compoſuiſſet. pontificatus ſui anno primo moꝛitur. Sepeliturq̄ȝ ad. s. petrum. iiij. nonas auguſti. Eius in moꝛte ſedes vacat menſibus duobus. diebus. xviij.





Linea imperatorum

Conſtantin⁹ quartus

Conſtantinus conſtantij auguſti filius extincto vt premiſſuʒ ē apud ſyciliā ꝯſtante auguſto. punitoqꝫ q̄ ei ſucceſſerat meſentio ſiue miſſeſſo tyrāno. romanoꝝ regnū ſuſcepit regendū. Romaniſqꝫ principatus ē annis decem ꝛ ſeptem. Is aūt cōſtantin⁹ q̄ prius fuit a ꝯſtancio genitore in conſortē imperij aſſumptus. illo interfecto vt oſ̄dimus territus eſt. ꝛ oīa vbiqꝫ adeo trepide adminiſtrauit. vt ſi aliqua fuiſſet vis illata. viſus ſit imperiū facilime amiſſurus. Uir poſtea catholicus modeſtuſqꝫ ac omni bonitate integerrimus. qui ſuſcepto imperio heracliū atqꝫ tyberiū frēs ſuos in imperij conſortiū accepit. Licet ſint q̄ ſcribāt eoſdē frēs pueros ne ad imperiū aſpirarent naribus mutilaſſe. Inde mox eccleſias collapſas. q̄ ſub heraclio ab hereticis dirute fuerant inſtaurauit. atqꝫ alias denuo edificauit. Et cū eſſet armoꝝ vir ſtrenuus ſarracenos romano imperio infenſiſſimos bello deuicit. ac vectigalia reddidit. Decimo em̄ imperij eius anno ꝯ̄ ſarracenos celebri victoria cōſtantinū potitū inuenimus. vt ea afflicti clade ſarraceni tributū imperio pendere ꝑmiſerāt. Accidit qꝫ oportuno in tpe. pax illa. q̄ bulgari poſt paꝫ traciam inuaſerūt. Congreſſuſqꝫ illis pannoniā inter ꝛ meſiā ſuperiorē ꝯſtantinus inſignē accepit cladem. cūqꝫ potius fugeret quā pedem referret. paci ab illis oblate cupientiſſimus acqeuit. Satis nāqꝫ bulgaris feraciſſimi agri ꝓuincias danubio cōtinētes romani ꝑncipis auctoritate pacta ſecū federa habitare. inde ꝯſtātinopolim rediit. Et vt grecos romane eccie vniret ſextā ſynodū agathonis pape rogatu cōgregauit. Deniqꝫ cū eſſꝫ bonis opib⁹ plen⁹ moritᷣ filio iuſtiniano ī imperio relicto.

Synodus ſexta vniuerſalis apud conſtantinopolim



Sextam vniuerſalē ſynodū apud ꝯſtantinopolim conſtantin⁹ imperator celebrari iuſſit. interfuerūt aūt agathonis pape legati Joānes portuenſis epūs ꝛ alter Joannes romane eccie dyacon⁹. Cōuenerūtqꝫ ad imperatoris edictū ducenti octuagintanouem epi. Acta aūt eſt cā monochelitaꝝ q̄s ſupra diximus aduerſus fidē catholicā cōtendiſſe. vnicā tantūmō eē in xp̄o voluntatem. Erantqꝫ duo ꝑmarij cauſe aduerſarij Georgius Cōſtantinopolitan⁹ ꝛ machari⁹ anthiocenus epi. quoꝝ Georgi⁹ auditis rōnibus faciliter in catholicoꝝ ſentētiā adduci ē paſſus. macharius aūt ꝑtinax. ꝛ nimis diu pr̄ibus reſiſtens. nō ſolum ē dignitate ꝑuatus. ſʒ ſimul cū mortuis ſergio. pyrrho. paulo ꝛ petro eiuſdē hereſeos auctoribus ſathane traditus. ad extremūqꝫ cū aliquot ꝑfidie cōplicibus romā relegatus Et theophaniū abbatē vero ſentiētē in locū macharij anthiocenū epm̄ creant. Hac aūt re ex ſentētia feliciter geſta. vt deo gratie ageretur q̄ vtrāqꝫ ecci am vnā feciſſet. ſententia ꝛ animis Joannes ep̄s portuenſis octaua paſce corā ꝑncipe ꝛ pr̄iarcha. corāqꝫ pplo conſtātinopolitano in baſilica ſancte Sophie miſſam latine celebrat. approbantibus oīb⁹ q̄ tū aderāt. veꝝ eſſe ꝛ ſctm̄ illū ſacrificādi morē. Et q̄ aliter ſentiūt a recto ꝛ honeſto diſcedere. Hec ē aūt ſexta ſynodus. q̄ Cyrilli. Athanaſij. Baſilij. Gregorij. Dyoniſij. Hilarij. Ambroſij. Auguſtini. Hieronimi. ſnīa concluſum ē. duas naturas ꝛ opatōes in xp̄o eē. Exploſaqꝫ illoꝝ ꝑtinatia q̄ vnicā eē in duo volūtate dicerent. vn̄ monochelithe vocati ſunt. Ea reintegrāta fidei leticia agatho ꝛ romani paucos menſes ſunt gauiſi. q̄ peſtꝭ tūc q̄nta raro alias ꝑ tres meſes romani populata eſt. ꝛ ipſe agatho eſt defunctus.

Cometa



Eclipſis ſolis ꝛ lune



Stella crinita quā greci Cometē vocāt indicabat ꝑfecto tot clades q̄ trib⁹ cōtinuis mēſib⁹ appuit. Et pluuie magne ac freq̄ntia tonitrua qualia nūqꝫ āteа fuere. viſe ſunt elemēta ī vrbis rome ꝛ ytalie excidiū ꝯiuraſſe. Nāqꝫ tāti tāqꝫ ꝯtinuati imbres tonitruis fulgorib⁹ īmixti fuerē. vt maximā armētoꝝ paſſim morientiū iacturā ppl̄i ſint ꝑpeſſi. Quīqꝫ quā pl̄imos viros ea tēpeſtate fulmib⁹ afflatos īteriſſe inenim⁹ ꝛ matureſcētia pluuiaꝝ initio ī cāpis frumēta emarcuiſſe vt ſolatio fuerint populis legumina. quoꝝ fetus ꝑmi grana in terrā vēto imbreue diſcuſſa cum herbidū ceſpitem pullulaſſent ad maturitatem denuo peruenerunt in Ciſalpina potiſſimum.

Poſt ſolis quoqꝫ ac lune eclipſim peſte grauiſſima laboratū eſt que papiā depopulata ē vt ciues iuga montiū peterent ꝛ in vrbe frutecta ac herbe naſcerentur.

Conon papa. Tracia oriundus. in ſicilia educatꝰ. Inde romane eccľie militans ex pſbitero pōtifex creať. Vir ſiquidem bonus ⁊ tanto pncipatu dignus. Nā dū romam petrū archiepm̄ exercitus vo theodoꝝ pſbiterꝫ in Joannis demortui locū ſufficere conarētur. Tandē poſt longā altercationē in hanc ſententiā venere oēs: nutu diuino impulſi. vt cononē eligerent. Erat em̄ moribus. litteratura pietate religione dignitatis ſpecie inſignis. quē nōnulli angelicū ob venerandā caniciē ⁊ dignitatē forme appellarunt. animi ſimplicis ⁊ integri. modeſtie ⁊ iuſticie ſingulari. ꝯſtantie et prudentie pluſqꝫ humane ſemper ē habitus. Hāc obrem e veſtigio oēs ad quos ptinebat eū cōfirmarunt. cū maxima acclamatione laudū ſuaꝝ. idem fecit Theodorus exarchus rauennas. qui tn̄ poſt initū pontificatū ſtatim inualitudinem incidit. vn̄ paſchalis archipſbiter ac theſauri pontificis diſpenſator regnādi cupidus ioannē hexarchum pecunia ſollicitat. vt eius ſuffragijs poſt mortē cononis pontificatus ſibi decernať. Accepit pecuniā quāqꝫ nihil eoꝝ q̄ ꝓmiſerat pſtiterit. Moriť aūt conon pontificatus ſui menſe. xj. die tercio. ſepeliturqꝫ ad ſanctū petrū. xj. kalendas octobris. vacat tum ſedes menſibus duobus. diebꝰ tribus ⁊. xx.

Anno mundi. 5893. Anno xp̄i. 694.

Sergius papa natione ſyrus. pr̄ia anthiocenus pr̄e tyberio. adeodati pōtificis tp̄e romā veniens in clerꝫ romanū aſciſcitur. Deinde vo ob eiꝰ doctrinā ⁊ diligentiā circa miſteria ac rem diuinā ꝑ ordines conſcendens ſctē ſuſanne ad duas domꝰ cū titulo eius loci creatur. frequētare tū magis atqꝫ magis cimiteria cepit. qua ex re tantū ſibi nomis cōꝑauit. vt defuncto conone in eiꝰ locū ſuffectꝰ ſit. nō ſine altercatōe tn̄. Nā cū pars pplī romani maxime theodoꝝ archipſbiterꝫ pereret ⁊ nōnulli ob exarchi iudicibus ſubornati paſcalem noīaſſent. parſqꝫ vtraqꝫ in palatio lateranenſi cōueniſſent tandē cleri populiqꝫ vota in ſergiū cōuenerūt. quē poſtea iuſtinianus impator cū ſue ſynodi nollet acquieſcere ad ſe vinctū ꝑ zachariā ꝓthoſpatariū ſuū trahere p̄cepit. ſꝫ milites ytalici id admittere noluerūt. Verꝫ cum pacem obtinuiſſet ad eccleſiaꝝ inſtaurationem manū appoſuit. Et q̄maxime petri baſilicā ablatis ruderibus renouatiſqꝫ tignis ſtillicidijs ac parietibus in antiquā formā reſtituit. Ibiqꝫ partē dn̄ice crucis inuenit in capſula enea. Et. b. leonis pape corpꝰ vilíꝰ iacēs honeſtiore loco repoſuit. Conſtituit p̄terea vt in fractōne dn̄ici corpis ter caneretur agnus dei. his tot rebus inſignis pōtificatus ſui anno. xiij. menſe octauo. die tercio ⁊. xx. moriť. Et in baſilica Petri collacrimātibus oīb; ſepelitur. vi. ydus ſeptembris. vacat tum ſedes menſem vnū. dies viginti.

Joannes eius nois ſextus. papa natione grecus pōtificatū iniit quo theophilatus ytaliā peteret. Is pontifex reſtituta baſilica ſancti andree in vaticano. ſarctoqꝫ tecto diui marci atqꝫ ornato altari principis apoſtoloꝝ petri ductis colūnis dextra leuaqꝫ. atqꝫ etiā vt erat animo piꝰ ex erario eccleſie multos captiuos redemit. Moritur aūt pontificatus ſui anno tercio menſe tercio. martyrio vt quidam volūt. Sed a quo martyriū paſſus ſit nō ſatis cōſtat. Sepultum ad cathecūbas ſebaſtianas via appia quidā affirmāt. Eius ex morte vacat tum ſedes menſem vnū. dies vnde viginti.

Joannes ſeptimꝰ papa natione grecus. patre platone eo tempe pōtificatū iniit quo iuſtinianus conſtantinopolim reuerſus. tyberiū ⁊ leontiū a quo fuerat imperio deiectus ſpectante populo interfici iuſſit: fuit aūt vir multe eloquentie ⁊ ſanctitatis. Qui in baſilica Petri oratoriū (ita em̄ appellant) locum orandi in honorē dei genitricis extruxit. Cuiꝰ parietes vermiculato opere intecti. dextra leuaqꝫ quorūdam ſanctoꝝ patꝝ vultus oſtēdebāt. Baſilicā p̄terea ſancte Eugenie reſtituit iam pridē vetuſtate collapſam. Cimiteria quoqꝫ ſctōꝝ martyrum Marci Marcellini Damaſiqꝫ pontificis exornauit. Poſtremo vero multas baſilicas pictura ⁊ ſtatuis ſanctorum cultiores reddidit. Moritur aūt ſecundo pontificatus ſui anno. menſe ſeptimo. die. xviij. Sepeliturqꝫ in baſilica petri ante altare dei genitricis quod ip̄e extruxerat. q̄nto decimo kaľ. nouembris. Eius autem in morte tribus menſibus ſedes vacat.

Syſinnus papa. vel vt alij volunt Soſimus. natione ſyrus. patre Johanne. xx. tantū diebus in pontificatu vixit. Is licet podagra ⁊ cyragra ita laboraret vt neqꝫ ambulare. neqꝫ cibum capere poſſet. tamē ita vrbis rome et reip. xp̄iane curam geſſit. vt nil p̄termiſerit. Et ante pontificatū ⁊ in ipſo magiſtratu quod bonū pōtificem deceret. Jam em̄ materiā oēm parabat qua ⁊ menia vrbis ⁊ templa vetuſtate collapſa in meliorem formā reſtitueret. Verū ſubita morte correptus in baſilica Petri ſepelitur. viij. ydus nouembris. Vacat tum ſedes menſem vnū. ⁊ dies. xviij.

Linea ſummoꝝ pōtificū

Conon



Sergius



Joannes ſextus



Joannes ſeptimus



Siſinnus



Iuſtinianus ſecūdus ſiue iunior Conſtantini iam dicti filius poſt prēm in impio relictus. impauit prima vice ānis. x. Uir ſiḋdē pmo bon⁹ ⁊ prudēs ac elemoſinaꝝ pſuſus largitor. Quaſobres cōſtantinopolitanū admodū auxit imperiū. Et multas leges condēs diuinā honorauit religionē. Et cuꝫ p. x. annos gubernacula tenuit affricam a ſarracenis abſtulit. Et cuꝫ eiſdem pacem terrā mariꝗ fecit. Sicut affricā libiāꝗ amnittere defuncti pr̄is res noue feceꝛt Ita eaſdē puīncias exorte pariter in ſarracenis noue res recipe adiuuarūt. Siquidem gizite ſarracenoꝝ ammirathio ſb idem tpis quo cōſtantinus vita functo baldalon illi ſuffectus eſt. Qui audiens iuſtinianū imperij iura oim puīnciaꝝ conſenſu accepiſſe. pacē illi vltra obtulit. p eius ſedus affrica ⁊ libia in primis fuerūt impio reſtitute. Affirmantꝗ nōnulli ſcriptores eo in ſedere interueniſſe. vt p annos. x. q terminus in pace fuerat aſſcriptus ſarraceni ſingulo quoq die nūmos mille aureos ſoluere ſeruūꝗ vnū ex gente ſua. ⁊ vnū item equū romano impatori mittere tenerent. Interea vo cū in deū iuſtinianus tū in homines mira incōſtantia vſus. Et ſarracenos ⁊ bulgaros pꝛeter federa pacis inite adoritur. a qbus certe plus incōmodi accepit ꝗ intulit. Et ꝯſtantinopolim rediens a ciuibus oībus odio habitus ꝙ ſeuiciā pfecti vrbis nō cōpeſcuit. Qd ꝗ ſynodū habuiſſet ad qd cū romani pontificis clericꝗ cōueniſſent oratores. iterata ſunt ſexte ſynodi acta qbus intermixta ſunt aliq ritu catholico abhorrentia. Subſcripſerūt vo imprudentes romani pontificis oratores. Sed eaꝫ ſubſcriptionē ſergius pontifex vt pro heretica iudicatā noluit approbare. Iratus vo ē iuſtinianus ⁊ mittēs zachariā pthoſpatariū romā iuſſit ſergiū pontificem cōſtantinopolim deportari. verū milites hexarchatus ytalici raptis prere armis pontificē a tāta iniuria tutati ſunt. Cū itaꝗ iuſtinian⁹ pfidie q in oēs vtebat. ⁊ impietatis in romanū pontificē penas dedit. Si qdē leoncius patricius annuēte gallinico pꝛiarcho ꝯſtantinopolitano inſurgēs pplum ad arma cōciuit. Et carcere vi fracto multos educens morti ppetuoꝗ pedori addictos. iuſtinianum imperio deiectum cepit. nareſꝗ mutilatum curauit ceſſonam pōti ciuitatem exilio deportari.

Leoncius patricius vel vt alij volūt Leo ſecūdus īpator pulſo iuſtiniano impiū occupās īpauit ānis. 3. Eos ipſij mot⁹ exploratos hūs habdimelech ſarracenoꝝ ammirathus affricā inuaſit. in quē leonci⁹ impator ioannē patriciū militie mgr̄m cū exercitu miſit. ⁊ qdem ioānes ſarracenis ꝯgreſſus. eos fugere cōpulſos oīm affrica exterminauit. Uerꝫ nō mlto poſt ſeditione iter eos orta. Tiberiū qndā ciuē ꝯſtātinopolitanū impatorē creāt. Qui ꝯfeſtim ꝯſtātinopolim cū exercitu adnauigās leonciū capit. ⁊ eodē affectū ſupplicio q iuſtinianū dixim⁹ in carcerē cōiicit. maiori ludibrio hominem reſeruans.

Tiberius eius nominis tercius impator leoncio capto ⁊ incarcerato imperauit annis. 7. hic conſtantinopolitanus nobiliſſimus erat ciuis. Cuꝫ exercitus ioānnis in affrica relictus tumultuari cepit. abſimaꝝ cui tyberio fuit cognomen ducem primo poſt impatorem acclamauit. Is imperiū vt aliqui q ſitum: vt alij oblatū accipiens nequaꝗ moras ſibi apud affricā trahendas exiſtimauit. Et cum exercitu pene omni nauigans conſtantinopolim puenit. fauebant vo ciues affinū agnatoꝝꝗ factio potentiſſima. vñ dum leoncius forum palaciūꝗ ſeruare nititur. ingreſſus abſimarus vrbē cepit. leonciū naſo mutilauit ⁊ in carcere maiori infortunio reſeruauit. Qui ſuſcepto pncipatu philippū nicephori patricij filiū in pontū exulare iuſſit. Cū dixiſſet in ſomno vidiſſe caput ſuū aquila obumbrari. Uerꝫ iuſtinianus in ponto ad regem bauaroꝝ confugiens qui honorifice ſuſceptus ei filiā vxorem dedit ⁊ ad recupandū impiuꝫ auxiliū pꝛeſtitit qui tyberium eiecit ⁊ imperium rurſus recepit.

Iuſtinianus olim auguſtus iterum ope bauaroꝝ ⁊ bulgaroꝝ conſtantinopolim reuerſus impauit ānis. xxvi. Cū eīm ad ſexti Ioannis pontificatus initiū iuſtinianus ſecūdus cū ceſſone apud quā ciuitatē exulabat p ſe ſerret reſidendi impij intentionem. ciues abſimaro impatore fideles illū capere intērarunt. Sed is clam abiens ad bauaros cōfugit. Quorū rex aut vt ipi appellabant cacānus illi honeſte habito filiam ſpopondit vxorem. Et tū anno vix duꝫ elapſo cacānus ab aſimaro pecunia corruptus. iuſtinianū ⁊ hoſpitē ⁊ generū prodere eſt pactus. quod cū reſciſſet iuſtinianus fugiens bulgarorum regi trebellio ſe cōmiſit. qui ſuſceptam aduene curam illuꝫ p arma in patriam reduxit. ingreſſus conſtantinopolim iuſtinianus. leonciū quoꝗ a quo fuerat imperio deiectus in carcere iūictū eduxit. Et vtrūꝗ inimicū inſpiciēte populo occidi iuſſit. gallinicū pꝛiarchā obcecatum romā relegauit. Et quoties ſtillantem trūcis naribus murcū abſtergeret quēpiā aduerſariū partiuꝫ excarnificari iuſſit. inde cum filio tyberio in prelio occubuit.

Linea Imperatorum

Iuſtinianus ſecūdus ſiue iunior



Leontius



Tyberius tercius



Iuſtinianus



Synodus aquilegienſis



H[o]c tp̄e aq̄legie ob impitiā fidei q̄ntum vniuer
ſale cōciliū ſuſcipere diffidit donec ſalutaribus
beati pape ſergij monitis inſtructa. Et ip̄a huic cū ce
teris xp̄i eccleſijs adnuere cōſentit. Facta eſt aūt hec
ſynodus cōſtantinopoli tp̄ibus pape iulij ſb iuſtinia
no p̄ncipe cōtra theodoꝝ. ⁊ omēs hereticos q̄ beatā
mariā ſolū hoīem nō deū ⁊ hoīem genuiſſe affirmāt
In qua ſynodo catholice eſt inſtitutū vt. b. maria ſp̄
v̄go theotocos diceretur: quia ſicut catholica fides
habz. nō ſolū hoīem ſ; vere deū ⁊ hoīem genuit.

Theodorus



T[h]eodorus Anglorū
archiep̄s vir doctiſſi-
mus optimuſq; p̄ hoc tp̄s
apud āgliā floruit. Et inter
cetera libꝝ egregiū edidit.
In q̄ declarauit q̄ peniten-
tia vnūquoq; pctm̄ diluit poſ
ſet. ſed ⁊ alia cōmentaria p̄
pulcra in diuinis codicib⁹
ſcripſit. Sanctus q̄q; the-
odor⁹ auguſtudineſis ep̄s
virtutibus claruit.

Lambertus ep̄us



L[a]mbert⁹ vir ſctiſſim⁹ apō leodiū ea tēpeſtate mar
tyriū ſubijt. eo q̄ pipinū rep̄hēderit. q̄ vxori pellicē alpiadē ſupinduxerit.
Hoc aūt facinus alpiadis fratrē cōmiſiſſe aiūt q̄ poſtea morbo pediculari cōſum
ptus ē. Hic ex nobilibus ⁊ diuitibus parētibus natus ⁊ a p̄meuo lr̄is eruditus
ita p̄ ſanctitate ſua ab oībus amabat. vt traiectenſi eccie poſt theodardū mgr̄m
ſuū p̄moueri in ep̄m mereret. Cū v̄o childericus q̄ eū p̄mouit q̄ eum diligebat
ab impijs occiſus. Maligni eū ſuo honore priuarūt. ⁊ pharamundū in locū eius
ſtatuerunt. Lambertus cū duobus pueris monaſteriū ingreſſus p̄ annos ſeptem
optime cōuerſatus. Inde expulſo pharamūdo iterꝝ reductus. vbi multos v̄bo ⁊
exemplo cōuertit. dodo ei cōtrari⁹. Cū p̄ modū crucis in oꝛone p̄ſtratum directo
iaculo ſui impij in leodio peremerūt. Inde occulto nauigio ad pontificalē eccīaꝫ
p̄duxerīt. ⁊ p̄pt̄ hoſtes illico ſepelierīt. Sctūs āt chunibert⁹ ſucceſſor ei⁹ celit⁹ ad
monit⁹ corp⁹. s. lāberti a traiecto leodiū cū mag̃ miraclꝛoꝝ glīa tranſfert.

Beda venerabilis



B[e]da anglicus p̄ſbiter ⁊ monachus cognomento venerabilis: vir latina
grecaq; lingua nō mediocriter eruditus. Anno domini. 692. p̄ xp̄iana reli
gione multū laborauit. Hic trigeſimū ſue etatis annū agens. p̄ſbiter ordinat⁹ ē.
Et in extremo natus angulo orbis. omnes terras p̄ſtrinxit. Eo q̄ docendo ⁊ p̄di
cando vſq; in ſeniū aut ſcribendo nō deſtitit. vt p̄ nouē. ⁊. 50. annos ⁊ docere ⁊ li
bros cōponere nūq̄ laſſus viſus fuerat. Ea p̄pter ob religionē eiꝰ atq; modeſti
am venerabilis cognomentū adeptus ē. Scripſit eīm multa in actus aplꝛoꝝ. in lu
cam ⁊c̄. Edidit ⁊ librū de tp̄ibus omeliaſq; pleraſq; quibus multum gallici ſacer
dotes vtunt̄. Edidit quoq; cōmentarios in vetus ac nouū teſtm̄. ⁊ libꝝ de geſtis
angloꝝ. Qui poſtremo circa annū dn̄i. 734. etatis v̄o ſue. 72. plenus bonis op̄i
bus diem obierit in ſanctoꝝ numero cōputari meruit. Strabo quoq; et Haymo
viri doctiſſimi bede fratres ſunt habiti. quoꝝ alter pleraſq; omelias eleganti ſer-
mone cōpoſuit. Alter v̄o geneſim cōmētatus eſt. Bedam aūt inuitatū a Sergio
papa. vt romā iret ſcripta pape ad etelfridum abbatē monaſterij vbi erat Beda oſtendūt.

C[o]rp⁹. s. bn̄dicti ferūt tp̄ibus ſiſinij pape e monte caſſino furto ſblatū p̄pter ſolitudinē loci ⁊ in galli
am tranſlatum fuiſſe. Vel vt alij ſcribūt de monte caſſino ad monaſteriū floriaceñ. cū ſcolaſtica ſoro-
re fuiſſe tranſlatum per monachum nomine aygulfum.

Pipinus dux



P[i]pinus auſtrie. vel vt alij volūt auſterie dux ⁊ gubernator cognomēto vel
tulus ſeu breuis: occupādi regnū frācie fundamēta iecit. Inde caroloꝝ glo
rioſum nomē apud frācos initiū ſumpſit. Cū is intellexiſſꝫ bertariū q̄ndam igno
bilē. Cui⁹ opa theoderic⁹ frācie rex plurimū vtebat̄ oīb⁹ odio eē. coactis i vnum
ingētī copijs in galliā traijcit. ac theodoricū cū berthario obuiū factū. collatis ſi
gnis fundit fugatq;. Salutē ſibi berthariꝰ fuga q̄ſiuit. In regnū v̄o theodori
cus ſe recipiens. Pipinū victorē pace ſequeſtra regni gubernatorem ⁊ maiorem
domus (vt galli aiūt) efficit. Et extūc frācoꝝ reges degenerātes victores regnūꝫ
admīſtrare ceperūt. Pipinus igitur rebus in regno cōpoſitis cōſanguineo ſuo i
admīſtratione conſtituto. Ip̄e in auſteriā rediit. vbi ſeptem annis regnauit.

Ferraria inſignis vrbs. veteri pado apposita. quã ciuitatẽ primũ menibus circũdatã a ſmaragdo patricio ⁊ ytalie exarcho. circa annũ dñi. 700. ⁊ ornatam fuiſſe hiſtorie tradũt. Nominis cauſam hanc aſſerũt. vetuſta rauennatiũ eccleſie monumenta. ꝙ vrbis illius archiepi tria iuriũ eccie ſue loca a trib⁹ metalloꝝ noĩbus appellauerint. Aureolũ forliuienſis agri in ameno colle ſitum ab auro ⁊ argentã pado primario oppoſitã ab argento. Ferrariãqꝫ a ferro. Cũ aũt ferraria ab ipo cõditionis initio in ꝑribus rauennatiũ romanorũqꝫ ſimul aduerſus longobardos duraſſet. illis a Carolo victis. poſt donationẽ de exarchatu. rauennate factam romane eccleſie in eius obedientia perſeuerauit. Tandẽ quo tpe germani imꝑatores eccie aduerſari ceperũt ipa quoqꝫ ciuitas ſub alterutris vacillauit. Sed ad annũ ſalutis vndecies centenũ matildis comitiſſa venetoꝝ rauennatiũqꝫ auxilio eandẽ vrbẽ ab henrico tercio eccleſie hoſte occupatam ſibi ſubegit. Et anno abinde centeſimo ⁊ vigeſimoprimo quẽ marchiones eſtenſes amicitijs diuitijſqꝫ potentiſſimi in ferraria eſſent ſalinguerra quidẽ ferrarienſis ꝑ eoꝝ ⁊ ecelini amicicie occaſionem pſidia vſus. Friderici barbaroſſi inſtigationibus auxilioqꝫ ferrarie dominium occupauit. In eaqꝫ regnauit annis decem ⁊ nouẽ. quẽ innocentius quartus pontifex roman⁹ venetoꝝ auxilio. ad annũ ſalutis duodecies centenũ atqꝫ quadrageſimũ expulit. Et marchiones eſtenſes ferrariam ſibi paulopoſt ſubigere inceperunt. vbi olandrinus eſtenſis primo pfuit. Sed anno abinde ſexageſimooctauo pſulante clemente qnto cum Azzo eſtenſis marchio beatricẽ Caroli ſecũdi neapolitani regis duxiſſet vxorem. a friſco eius filio ꝓpter nouercam ſuperinductam pater in carcere cõiectus eſt ⁊ a venetis impetrato auxilio ferrariã potitus eſt. Qui cũ vidiſſet ferrarienſes ſe eccleſie ſubdere velle in vindictam. mediam ferrariã incẽdit. ꝓpter quã iniuriã. pulſo friſco ciues ſeſe venetis dedere. eo ꝙ ſe egregie ab his defendi poſſe ſperabant. Veneti ipis marchionibus per arma pulſis. ⁊ ex ciuiũ deditione ferraria ſunt potiti. eamqꝫ vt dimitterent adduci non potuerunt. Licet clemens qnt⁹ pontifex ro. ciuitatẽ venetiaꝝ eccleſiaſtico ſupimpoſuerit interdicto. Vñ oĩa eoꝝ bona per galliam britanniãqꝫ directa fuerũt. Nec paruiſſent iuſſionibus pape. niſi legatus eccleſie pallaguria florentinorũ ⁊ Caroli regis fretus auxilio in ytaliam de auinione veniens venetos vi ⁊ armis ferraria primũ. poſt caſtello thealdo quod ad pontem retinebãt magnis vtrinqꝫ cõmiſſis cedibus deturbaſſet. Fuitqꝫ poſtea ſemꝑ ferraria ſub eſtenſis familie gubernatione. pontificibus obedientiſſima. hac tamẽ lege vt quot annis decem milia nũmũ aureoꝝ romane eccleſie perſolueret. Et quaſdam cõuentiones cum venetis habuerunt quoꝝ obedientia ⁊ pace opibus potentiaqꝫ plurimũ creuit quod multiplicare fecit concilium a quarto Eugenio pontifice romano ibi celebratum. Cui interfuit Jo. paleologus imꝑator conſtantinopolitanus. Quod vero pteritis temporibus noue. ꝟ ſplendidiſſime ciuitati defuit. preſens ſuppleuit ſeculum. In ea enim ſuperbiſſima principum ac ciuiũ pallacia erecta fuerunt. vbi cum gymnaſiũ ſit noſtris temporibus. multi humanitate. phia. ac legum pericia viri excelluere. pſertim viros habuit nobiles litteris hũanitatis ornatiſſimos.

Ferraria



kk


HERBIPOLIS

Herbipolis vernacula lingua wirtzipurgk appellata. principalis ac indita ciuitas francie orientalis que franconia dicitur. quã moganus fluuius ex montibus boh emie ortus ꝑlabitur. In qua dyana deã vſqꝫ ad tpa. s. kiliani martyris colebatur. qui ducem Gotzbertum ac ſubiectum populũ in fide orthodoxa inſtruxit. filius hetanus dux in monte wirtzburg ob honorem marie virginis glorioſe. primã eccleſiam conſtruxit. Et cũ regio franconie partim plana. partim montoſa ſit. Montes haud ipſi difficiles ſunt Ager nõ admodum pinguis. Nãqꝫ plerũqꝫ arenoſus eſt. Multis in locis conſiti colles vineis. gratum pducunt vinũ. Maxime vo apud herbipolim. Et q̃zquã terra in multos partita ſit dominos. tñ herbipolenſem epiſcopum ducem franconie dicunt. Cum ⁊ ea vrbs nobilis epiſcopi ſedes ſit. qui ⁊ franconũ dux habetur. Et cum rem diuinam facit gladiũ in altari nudũ ante ſe habet. Eſtqꝫ ꝓpe vrbẽ in excelſo monte (quẽ montem noſtre domine appellant) arx arte ⁊ opere munita. ac ſpectatu digna. vbi prelatus vt plurimũ reſidet. Eſtqꝫ ſuper alta rupe conſtructum caſtellum. a tribus partibus ex planicie ſurſum erectum. ac ſua natura defenſum. Pars quarta foueam habet. pontemqꝫ. pfunditas fouee altiſſima eſt. In hac parte turris eſt vndiqꝫ ꝓpugnaculis cõmunita. In cuius ſummitate cuſtos reſidet. qui cornu tuba clamitat. Murus caſtelli duplex eſt in medio platea eſt articularis. Eſtqꝫ in ea capella ad diuinũ cultum perornata. vbi are conſecrate ſunt. Sunt ⁊ ibi manſiones q̃z plures. tum ample tum decore. cellaria ſub caſtro perampla. ⁊ ſtabula multa. Habet ſimiliter hec inſignis ciuitas tres collegiatas eccleſias. preter baſilicam epiſcopalem merito ſummã dictam. Et quatuor ordines mendicantes. Ordo quoqꝫ ſancti benedicti ad ſanctum Stephanũ locum aptum poſſidet. Carthuſienſeſqꝫ domus theutonici. ⁊ ſancti Joannis cum ſcotis ibi domicilia habent Quinqꝫ etiam monaſteria ſanctimonialiũ. Extant ⁊ in ea quinqꝫ parrochie. ⁊ duo hoſpitalia. Sacellũ itẽ virginis marie cum turri mira arte conſtructa. Edeſqꝫ perpulcre canonicoꝝ ⁊ ciuiũ hanc vrbem exornant. Huic ſedi nũc preeſt nobilis ac preſtantiſſimus epiſcopus Rudolphus de Scherenberg. qui nonageſimũ etatis annũ nũc excedit. Et epiſcopatum innumeris diuitijs ac varijs poſſeſſionibus auxit.






Conſtantinus papa. natione ſyrus. pr̄e ioanne. vir docciſſimus ⁊ lingua latina grecaq̄ȝ eruditus. eo tp̄e pontificatū inijt. quo rome triennio fame laboratū eſt. qua quidē in re ita oīes tum vel maxime paupes iuuit. vt conſtātinū celitus miſſum homines arbitrarent̄. Et cū iuſtinianus nil immutauerat p̄ter hoc tantū qȯ ſedem ap̄licam veneratione deinceps obſeruauit tutatuſq̄ȝ ē videndiq̄ȝ conſtantini pontificis admodū ſtudioſus hoīem rogat vt ad ſe ꝓficiſcatur p̄miſſa claſſe quo tutius nauigaret. Appropinquāti aūt vrbi regie cōſtantino tyberius iuſtiniani filiꝰ cū regio comitatu. Et cyrus p̄riarcha cuȝ oīni clero honoris cauſa ad octauū lapidem obuiā ꝓdeūt. vrbem ingreſſi in regiaȝ ꝑduxere. Iuſtinianus poſt vrbem ingreſſus. nō ſolū pontificem amplecti̅t. verūetiam eius pedes venerationis cauſa exoſculatur. inde iuſtiniano defuncto. philippicū ſucceſſorem hereticū declarauit. Conſtātinus eīn habita ſynodo nō modo philippici ⁊ ioannis monaci opiniones improbabat. verūetiaȝ decernit vt ſanctoꝝ patrū ymagines qui ſex concilijs ab oīnibus probatis interfuerāt. In porticu beati petri depingerent̄. Cū intellexiſſet eas a philippico e parietibus ſancte ſophie ignominie cauſa abraſas fuiſſe. Preterea conſtituit ne imperatoris heretici nomē publicis ſcriptis aut priuatis in ere argēto plumboue reciperet̄. Poſtea morit̄ cōſtantinus ſeptimo pontificatus ſui anno. die. xx. ac ī baſilica Petri ſepelit̄. tercio ydꝰ februarij. ſedes mēſes vnū. ⁊ dies. 40. vacat.

Anno mundi. 5913. Anno xp̄i. 714.

Gregorius ſecūdus papa. p̄ria romanus. p̄re marcello. vir certe optimus atq̄ȝ ſanctiſſimus: tanteq̄ȝ eruditionis ⁊ facūdie habitus vt facile cōuinceret oīnes male de catholica fide ſentientes. Nā ſub ſergio pontifice ſacris initiatus. ſacellis ⁊ bibliothecc p̄fuit. tante fidei ⁊ integritatis eſt habitus. ſumēs deinde dyaconatus ordinem. cōſtantinopolim cū conſtantino pōtifice ꝓficiſcitur. vbi cū acriter diſceptaretur quibuſdā de rebus ad fidē ꝑtinentibus. ita acute reſpondit. vt oīnibus ingenij ſui ⁊ doctrine admiratione iniĳceret. Poſt cōſtātinū deinde in pontificē electus. quāq̄ȝ aliqui ſtephanū ſecundū illi ſuffectū ſcribant. Inito aūt pontificatu ⁊ menia vrbis aliqua ex ꝑte vetuſtate collapſa inſtaurat. Et trabes baſilice principis apoſtoloꝝ. laurentijq̄ȝ martyris extra muros. Monaſteriū quoq̄ȝ via hoſtienſi poſitū non longe a baſilica pauli. Et monaſteriū ſancti andree qȯ barbare nūcupatur reſtituit. Huius p̄terea hec peculiaris laus eſt. ꝙ eius opera germani ad fidem cōuerſi ſunt. miſſo eo bonifacio ⁊ alĳs qui eos e tenebris educerēt ꝓpoſita veritatis luce. Pace inde foris parta gregorius iteꝝ reparandis locis aīm adĳcit. baſilicam nāq̄ȝ ſancte crucis in hieruſalem iam pridem deſtitutā reſtituit. Domū paternā mortua matre in honorem agathe dedicauit. eoq̄ȝ loci monaſteriū extruxit. Indeq̄ȝ leonem imꝑatorem hereticū habita ſynodo excōmunicauit. Eo ꝙ ſanctoꝝ ymagines abolere nō deſineret. Cum autem ſuo exemplo omnes ad virtutem et ſanctitatem incitabat. pōtificatus ſui anno ſextodecimo. menſe nono. die. xi. moritur. ſepelitur q̄ȝ ad baſilicam Petri. tercio ydus februarij. Eius in morte epiſcopatus tū vacat dies quinq̄ȝ ⁊. xxx. Centū autē ⁊ octo ac. xl. epiſcopos toto ſuo pontificatu creaſſe dicitur.

Gregorius tercius papa. natione ſyrus. patre Joanne. vir ſingularis doctrine ⁊ humanitatis. precipue greca ⁊ latina lingua eruditus. Mentem diuine ſcripture ita callens. vt nemo tum diſertior p̄dicatione atq̄ȝ interpretatione rerum occultarum ⁊ admirabiliū haberetur. orthodoxe fidei ita acerrimus defenſor fuit. vt ob eam rem maximoꝝ principū graues ſimultates ⁊ amicicias ſuſceperit. non armis. nō minis cuiuſpiā e gradu conſtantie ſue deiectus. Tante poſtremo humanitatis fuit. vt ⁊ paupes mira caritate cōplecteretur. ac elemoſinis foueret. vt vere oīm parens ac paſtor merito vocaretur. Hic itaq̄ȝ pontificatu inito ſtatim conciliū celebrauit. In quo leonem terciū imperio ſimul ⁊ cōmunione fidelium priuauit ꝙ ſanctas ymagines e ſacris edibus abraſiſſet ⁊ ſtatuas demolitus eſſet. Hic oratoriū pulcrum in beati Petri baſilica conſtruxit. In quo de reliquĳs fere oīm ſanctorum recondidit. In canone quoq̄ȝ miſſe hec verba adiūxit. quoꝝ ſolennitas hodie in conſpectu diuine maieſtatis tue celebratur domine deus noſter. Hic nonnulla templa vetuſtate collapſa inſtaurauit ⁊ monaſteria erexit. ac monachis regulas addidit. qua integre ⁊ ſancte viuerent. Inſtaurauit ⁊ menia vrbis magna ex parte. Idem fecit centumcellis iam ꝓpe deſertis. Tandem bene de deo ⁊ hominibus meritus. anno pontificatus ſui decimo. menſe octauo. die. iiij. ⁊ xx. moritur. ac in baſilica petri ſepelitur. iiij. kal̄. decembris. collacrimantibus omnibus. ceſſauit ſedes dies tantummodo octo.

Philippicus ꝗ ⁊ bardanus impatoꝛ poſt iuſtinianū impauit anno vno ⁊ mēſib. vj. Uir ſane magni animi ⁊ maximi ꝯſilij. Cū ꝯſtantinꝰ pontifex abiens a ꝯſtantinopoli iuſtinianū adhortaṫ. ne in philippicū cerſone exulantem grauius aliq̄d decerneret. veritus ne aliq̄d mali oꝛiretur. Uerꝫ iuſtinianus ꝯſilio pōtificis bn̄ monētis neq̄q̄ꝫ obtempans. claſſem in pontū mittit. eo aīo vt philippicū interficeret. Eduxitqꝫ iuſtinianus copias q̄ntaſcūqꝫ potuit ex cōſtantinopoli thraciaqꝫ cōtrahere. et ꝑliū duodecimo ab vrbe miliario ē cōmiſſum. Fuit id ꝑliū atrox. ⁊ poſt multā vtriuſqꝫ exercitus cedem impatoꝝ morte nobilitatū. Nā iuſtinianꝰ tyberiuſqꝫ filius fractis fugatiſqꝫ eoꝝ copijs eo in ꝑlio occubuerūt. philippicus ea in victoꝛia impiū adeptus. illico fidei catholice romanoꝝ pōnficū traditione diſceſſit. heretici ꝑuerſo vſus ꝯſilio lr̄as ad ꝯſtātinū pōtificē clerūqꝫ romanū dedit. eos admonēs vt ſuis cōſentirent dogmatibus a fide catholica alienis. Nec dū vero aſſenſerūt pōnſex ⁊ clerus. ſ romāo pp̄lo magnis acclamationibus poſtulāte philippicū pōtifex ſciſmaticū iudicauit. iuſſitqꝫ vt nulla i re diuina aut publico priuatoue actu eius noīs aut impij mentio hr̄etur. Nec diuturna fuit ipa in impio peſtis. Nā cū defunctus ēēt pōtifex ꝯſtānnꝰ. anthemiꝰ ꝗ ⁊ anaſtaſiꝰ ciuis ꝯſtātinopolitanꝰ ipm̄ philippicum impio deiectum cepit. ⁊ oculis euulſis cecatum truſit in carcerem.

Anaſtaſius cognomento arthemiꝰ impatoꝛ poſt philippū impauit annis tribus. qui principatu inito philippicū captū oculis priuauit. litteras p̄terea ad ro. pontificē dedit. q̄bus catholice fidei ac ſexte ſynodi acerrimū defenſoꝛem futuꝝ pollicetˀ. Anaſtaſio aūt impante patronax ciuis brixianꝰ pontificis romanis ſuaſionibus. b. bn̄dicti monaſteriū caſſinēſe edificijs ⁊ monachoꝝ freq̄ntia inſtaurauit. Anno poſtq̄ꝫ a longobardis deſtructū fuerat centeſimo duodecimo. Js vero impatoꝛ poſt exhibitā romano pōnfici reuerētiā. poſt acceptas ex moꝛe confirmatas p̄deceſſoꝝ pontificū ⁊ ꝯciliOꝝ ſanctiones. ſarracenos xp̄iane religionis ⁊ romani impij hoſtes agitare ꝯſtituit. Jtaqꝫ ꝑata ingēti claſſe alexandriā egipti vrbē a legatis inuadi iuſſit. Sed ipius duces exercitus medio in itinere rebellātes ⁊ a militibus ſpꝛetus impio deijcitur. Cogiturqꝫ a theodoſio ꝗ in eius locū ſuffectus ē ſacros oꝛdines recipe. ne ei ſacris initiato amplius ad imperium redire liceat.

Theodoſius eius noīs tercius ſupato anaſtaſio impiū occupans impauit anno vno. Cū eīm duces exercitus anaſtaſij arma in ꝯſtantinopolim retulerūt. Crearūtqꝫ impatoꝛē theodoſiū q̄ndā ꝗ ⁊ ſi erat ignobilis. ⁊ apud publicanos ſcriptum facere cōſueuerat. Js nouus ⁊ rei militaris ignarus impatoꝛ anaſtaſiū audiēs copias vt imperiū recipet repare. illi cū ſuo imperij aſſertoꝛe exercitu occurrit. Et exercitus vtriuſqꝫ ad niceam confixerūt. pontus victoꝛia theodoſius nulla anaſtaſiū alia affecit iniuria quaꝫ ꝙ ne vltra vt ꝓmiſſum ē de impio cogitaret clericū oꝛdinauit. Uerꝫ ſuſcepto impio catholicus impatoꝛ ſtatim ymagines ſanctoꝝ patꝝ (vt diximus) a philippico demolitas reſtitui priſtino in loco mandauit. Poſtea theodoſius āno impij p̄mo nō dū elapſo a leone tercio deiectus. ⁊ ſine leſione dimiſſus abire monaſterium eſt ingreſſus.

Leo tercius impatoꝛ poſt theodoſiū impauit cū cōſtantino filio annis viginti quatuoꝛ. Theodoſio eīm eiecto imperiū accepit. ⁊ apud cōſtantinopolim omnia tunc peſſimo loco erant ſui imperij diuturnitate. in xp̄ianam religionem et romanos pontifices impius fuit. maximaſqꝫ ſub eo calamitates ſubiecte imperio ꝓuincie acceperunt. Nā primo eiꝰ impij anno. ⁊ quādo Athinus amoetruſqꝫ citerioꝛē hiſpaniā inuaſerāt. ſarracenoꝝ aſiā incolētiū ingēs multitudo in thraciā traiecit. Et eoꝝ dux claſſem mille naues habētē adducens conſtantinopolim terraꝫ mariqꝫ obſedit. Ciuitas vō ꝯſtantinopolitana ⁊ ſi tūc ab hoſtibus non eſt capta. hoꝛrendam tn̄ ꝑpeſſa ē calamitateꝫ que peſtilētia cāpopulata ad trecenta moꝛtalium milia abſumpſit. At leo impatoꝛ queꝫ hec ad ſanctimoniam trahere debuiſſent. poſtq̄ꝫ ſarracenoꝝ timoꝛe liberatus nil intrauit. qui ytalia ⁊ roma pecunijs exhauſta. baſilicas quoqꝫ oꝛnamētoꝝ diuitijs ſpoliauit. Et apud pontificem primo blanditijs egit. vt ſi in ſuam vellet gr̄am promoueri ſanctoꝛum ymagines vbiqꝫ in ytalia. ſicut ipſe fecit in oꝛientali imperio aboleri deponi incendiqꝫ curaret. Gregoꝛius autem tante impietati non mō non obꝑatur. Uerum etiam omnes catholicos admonet. ne intantū erroꝛem timoꝛe vel edicto principis vllo mō dilabantˀ. qua cohoꝛtatione adeo certe animati ſunt ytalie populi. vt paulū abſuerit. quin ſibi aliū impatoꝛeꝫ deligerēt. Uerꝫ cum in obſtinatione perſiſteret. poſtremo excōmunicatus ⁊ maledictus interijt.

Linea Imperatorum

Philippicus



Anaſtaſius



Theodoſius tercius



Leo tercius



Egidius abbas



Egidius natione grec⁹ athenis ex regia ſtirpe ꝓgenitus. ꝑ hos dies ſcīa exē-plo ⁊ miraculis inſignis fuit. lr̄is etiā ab infantia erudit⁹. poſt obitū parētū ꝑ patrimonij. xp̄m fecit heredē. verꝫ hūane glorie deuitās ꝑiculū. clam littus maris pe-tijt. repertis nautis nauē cōſcendit. factaqꝫ oratione tēpeſtas ſedata fuit. Et cū arela-tem veniſſet. biēnio cū ſancto ceſarco eius vrbis ep̄o manſit. vbi febricitantē trien-nio curauit. ad heremū ire optās. clam diſceſſit. cū veredamoqꝫ heremita viro ſan-cto diu manſit. ⁊ meritis ſuis ſterilitatē terre auertit. Et cū vterqꝫ miraculis coru-ſcaret humane laudis ferens ꝑiculū. interiorē heremū penetrauit. habitationeꝫ in antro cū fonticulo elegit. vbi ⁊ quādā ceruā diuinit⁹ ꝑparatam in nutriceꝫ habuit. q̄ certis horis lactis alimoniā ſibi ꝑbebat. Cū die q̄daꝫ ſerui regis in venatione cer-nam inſeq̄rent. illa ad pedes ei⁹ cōfugiēs orauit. vt eam ſibi dn̄s illeſam ꝯſuaret. vn⁹ incaute ſagittā dirigēs viro dei vulnus infixit. Milites ſpelūcā aperientes. vi-dentes ſctm̄ ſenē habitu monachali veſtitū canicie venerabilē admirati veniā peti-erūt. quē rex carolus cū om̄i honore ſuſcepit. Js ad monaſterium rediēs apud ne-maienſem vrbe filiū pncipis reſuſcitauit. Tandē ex reuelatōne dn̄i fribus obitū ſuū nūcians vt ꝓ eo ora-rent. ſpūm dn̄o cōmēdauit vbi angelos aīam ei⁹ ferentes audiſſe teſtati ſunt. Claruit circa annū dn̄i. 700.

Bonifacius archiepus



Bonifacius primus archiep̄s tꝑibus ꝑdictoꝝ pōtificū floruit. Qui mona-chus extītis doctiſſim⁹ atqꝫ eloq̄ntiſſim⁹. ꝓ magnitudine animi e brittannia ad gregoriū ſecūdū ſummū pontificē venit. cognita hoīs ꝟtute ⁊ ſanctitate. petē-te pipino in maguntina ſede metropolitico iure totius gallie principē ac ep̄m ꝯſti-tuit. Et ad germaniā miſit vt illā gentē ꝓpoſita euāgelica luce illuſtraret. ac fideꝫ verā doceret. vbi ꝑdicatione ⁊ exemplo Thuringie. haſſie. ſaxonie. auſtraſie ⁊ in francia opus impoſitū egregie egit. Fact⁹ aūt archiep̄s anno xp̄i. dccxv. auctori-tate ſedis ap̄lice ⁊ ꝑncipū francie duas ep̄ales ſedes ꝯſtituit. vnā in caſtro wirtz-purg vbi burkardū collegā ſuū ep̄m ordinauit. Alterā in Eyſtet cui wilibaldū ꝑ-fecit. Inde ex iuſſu zacharie pape pipinū in ciuitate ſueſſonū in regē frācoꝝ vnxit. Ideo archiepus ſecūdus poſt papā cēſetur. Tandē lullū ſibi ſucceſſorē ordinans ob ꝑdicationis officiū Friſiā petijt. vbi nonas Junij martyrio coronatus ē. cum ꝟbū indeſinēter ꝑdicaſſet ac ꝑfuiſſet eccīe annis. xxxvi. cū p̄ntis vite ſanctimonia ad coronam ⁊ gloriam martyrij peruenire meruit.

Circa hec tꝑa ducatus venetoꝝ initiū ſumpſit. Cū a p̄triarcha populoqꝫ veneto a tribunis ꝓceribuſqꝫ cūctiſqꝫ plebeis in eraclea ciuitate paulus lucius eracleanus creatus dux fuit. q̄ in ducatu vixit ānis 8. Cui marcellus ſuffect⁹ ē. a ꝯditōne eni vrbis gubernatōis formā ſub tribunis ⁊ centurionibus hūerūt. Inde ꝓpter freq̄ntes aduerſarioꝝ incurſus reprimēdos. de cōi omniū ꝯſilio. Hūc hoīem tāto dignū hono-re delegerūt. q̄ ſtatim cū longobardis fedus inijt ⁊ venetā ciuitatē ꝓ viribus ampliare curauit. qui eīn mo-menti aū fuit. eo duce auctore ampliata. Inſtructiſqꝫ claſſibus huc illucqꝫ ꝓ negociatōnibus nauigare ce-perunt in pyratas eoſqꝫ repreſſit.

Ceſarius ep̄s arelatenſis vir ſanctitate ⁊ ſciētia ꝑclarus. ꝑ hec tꝑa decē omelias ad monachos inter ce-tera ſcripta edidit. Sanct⁹ q̄ꝫ wolfrānus ſenonenſ ep̄s miraculis claruit. Nec minori ſanctitate ac miraculis ꝑclarus fuit albinus ep̄s andegauenſis. ⁊ remigius ep̄s rothomagenſis. Sanctus item amat⁹ archiep̄s angloꝝ ſanctitate claruit.

S. Colonat⁹ .s. kilian⁹ .s. Totnan⁹



Sanctus kilianus ep̄s in francia orietali hoc tꝑe cla-ruit. Js genere ſcotus de nobilibus natus parētibus. Ex inſula hibernia ſiue ſcotia fecūda clariſſimis viris ꝓgre-diēs. cū ex ea colūban⁹ gallus. burckardus ⁊ kilianus cum ſuis viri illuſtres ꝓdierūt. Js lr̄is edoctus ſpretis hūanis reb⁹ monaſteriū ingreſſus. In om̄i obediētia ⁊ frugalitate vitā pegit. Inde ꝑ eccīaſticos ordies ꝑſbiter ordīat⁹. cū ad curā cenobij eligeret vt liberi⁹ ꝯtēplationi operam dare poſ-ſet. brittāniā deinde ad galliā ꝓfect⁹. poſtea i germaniā per-ueniēs. in herbipoli vrbe frāconie inter gētiles. cum coronā martyꝝ optaret degebat. nec ſemē dei effudit. verꝫ prius ro-mā adijt. Cū eo tꝑe Conon ſumm⁹ pōtifex roman⁹ p̄eſſet. gaudēs ei officiū ꝑdicatōis iniūxit. ac i ep̄um ordinauit. vr-bem egreſſus cū colonato ꝑſbitero. ⁊ totnano diacono. ite-rato ad caſtꝝ wirtzipurg oſtrofrancie ꝑuenit. in q̄ goſbertū ducē reperit. Cū ꝟnaculā linguā illico addiſceret ſemen dei ſpgere cepit. relicto igr̄ diane cultu. dux cū tota pene ꝓuīcia orthodoxe ſe fidei ſbiecit. ⁊ i die reſurrectōnis dn̄i baptiſat⁹. hūit āt vxorē geilanā q̄ olim fr̄is ꝯiūx fuerat. quā vir dei āmoueri cupiens. duci ꝑſuaſit. vt eā dimitteret. ob eā rē geilana kilianū odio ꝑſecuta. ordinat tortorib⁹. viros ſctōs reuelatōe diuīa ꝑmoni-tos i oratione ꝑſiſtētes iterfici iuſſit. Cūqꝫ palmā martyrij obtinuerīt. clāꝫ ſepulti ſunt cū libris ac ſacris veſti-bus. ne palā fieret eoꝝ iterit⁹. tādē īuēta corꝑa vn⁹ q̄ viros gladio pemit ꝓprijs dētib⁹ ſe laniās. alter i ra-biē ꝟſus gladio ſe pemit. geilana vero demonib⁹ moleſtata. clamās ait. Juſte torq̄or. q̄ ſctis viri tortores adhibui. Et cum magno cruciatu infelicē finē habuit. Hij glorioſi martyres totā franciaꝫ orientalē mira-culis ⁊ ſanctitate illuſtrant.

S. wilibaldus epūs



S. walpurgis



Sanctus wilibaldus natus ē ex ſancto richardo ſueuorꝫ duce. atqꝫ anglorꝫ rege. Bunnaqꝫ caſtiſſima femina eius vxore. Qui cū hieroſolimā atqꝫ terrā ſanctam peregrinus viſitaſſet. ⁊ inde romam reuertiſſet. a gregorio tercō ſummo pōtifice. Cui tū ꝓpter religionē tū fidei ſinceritatē dilectus fuit. ſancto bonifacio maguntine ſedis archiepiſcopo cōmendatur. ⁊ a ſancto Bonifacio (q̄ eius auūculus fuit). xj. kal. Auguſti preſbiter ordinat̄. Et thuringie in loco cui Sulzpurg vocabulū eſt anno ſalutis. 740. ſue vō etatis. 41. epiſcopio Eyſtetenſi preficitur. qđ ſanctus bonifacius ex p̄diis ⁊ mancipiis a ſwigero comite deo donatis erexerat. Efficitur etiā ſedis maguntine ſcriba. quem vulgus cancellarium vocat. hocqꝫ priuilegio dotatur. vt ip̄e eiuſqꝫ ſucceſſores officio ſcribe ſedis maguntine perpetuo fruantur. Et in concilijs ⁊ conuentibus a dextris archiepiſcopi maguntini primū locum ſemper obtineant. accepit etiam veſtem inſignem. quā rationale vocant. Qua veteres ſacerdotes vtebantur. vt ea etiam ſucceſſores ſuperueſtiri liceret. Hic vir ſanctus wilibaldus ſupra ripam fluminis quod altmonū vocatur. In vaſta ſolitudine. ſucciſis nemoribus. ciuitatem Eyſtet edificare cepit. In qua ⁊ monaſterium ſanctimonialiū ordinis ſancti benedicti celebre ſarchophago ſancte walpurgis virginis admirabilis. que fuit ſoror ſancti wilibaldi. De cuius reliquijs manat ſacer liquor. egrotantibus prebens remedium. Nūc preſidet eccleſie eyſtetenſi que ⁊ aureatenſis nūcupatur. preſul digniſſimus wilhelmus ortus ex nobili familia reichenawe.



S. Sebaldus



SEbaldus confeſſor digniſſimus ac ſanctiſſimus. hac tempeſtate (vt quidam ferunt) doctrina ac ſanctitate in germania floruit. Is ex nobiliſſimis ortus parentibus. regis dacie filius. ac regine caſtiſſime. q̄ votis ꝛ precibus a deo hanc ſobolem impetrarūt. Ab ineūte etate diſciplinis ac lr̄is traditus. ꝓ adipiſcēdis liberalibus artibus in adoleſcentia pariſius petijt. Cū eruditiſſim⁹ euaſiſſet. Virgo pulcerrima de familia regum francorū matrimonio ei iūcta fuit. Verū ſpretis mūdialibus pompis. relicto regno ſpōſam elegantiſſimā nocte deſeruit. in longinquas regiones ac heremū ſeceſſit. vbi cū annis. xv. ſanctiſſime vixiſſet. Inde deuotionis gr̄a. romā ꝑueniens. a Gregorio ſecūdo ſummo pontifice. ad germanos p̄dicationis gr̄a directus. wilibaldū ꝛ wunibaldū fratres. itineris comites habuit. Et primo apud lōgobardos. deinde ratiſpone doctrina v̄tutibus ac miraculis claruit. Poſtremo apud Nurembergā in ſolitudie nemoꝝ religioſiſſimā ac ꝑfectiſſimā vitā. vſq꜒ in finē exegit. Vbi p̄ter doctrinā ꝑplo exhibitā. miraculoꝝ gloria nominatiſſimus euaſit. Tandē plen⁹ dieꝝ ad oratoriū fratrū. ſancto martino dicatū Nuremberge (vbi modo cenobiū ordinis diui benedicti ad ſanctū egidiū nūcupatū) ꝑuenit. infirmitate ac ſenio correptus ſanctiſſime migrauit ad dn̄m. Cuius ſanctū corpus ab indomitis bobus ad locū ſepulture ductus. vbi inſignis baſilica in eius nomine extructa fuit. Quē poſtmodū ſummi pōtifices ꝓpter crebra miracula in ſanctoꝝ cōfeſſoꝝ numeꝝ aggregarūt. p̄cipue martin⁹ q̄ntus papa. eius feſtū per vniuerſum orbem. xiiij. kal. ſeptēbr. celebrari iuſſit. Quāobrem apud Nurembergenſes ſummo honore quotannis colit. cū Nuremberga p̄clara vrbs meritis huius digniſſimi patroni. augmentū in omni honore ꝛ gloria vbertatem ſenſit.

Luitprandus rex



LVitprandus aiſprandi p̄dicti filius longobardoꝝ rex. ſuꝑſtite adhuc p̄re regnū accipiens. regnauit anno vno ꝛ triginta. ꝛ menſibus ſeptē. Vir certe tanto principatu digniſſimus. Erat q̄ppe giganteo corpe atq꜒ vaſto. ꝛ manu adeo promptus. vt nemo eo pugnatior haberet. iuſticia vero ac clemētia ita inſignis habebatur. vt difficile iudicaret. qua ī re maiorē ꝓmereretur laudes. xp̄ianiſſimus etiā adeo fuit ac religionis amator. vt nullibi templa ſine ſuo ſuffragio edificare ꝑmiſerit vnq̄. papie quoq꜒ templa plurima miro extruxit ornatu. Carolus aūt marcellus huic cōpater et amiciſſimus fuit. ꝛ ei auxiliares copias cōtra ſarracenos ex ytalia trāſmiſit. pipinū quoq꜒ filiū in ciſalpinā galliam. vt ei ex more capillū ſuccideret trāſmiſit. quē luitprādus benigne ſuſcipiens donatū muneribus ad parentes remiſerat. Sed duodecimo regni ſui anno (cupiditate imperādi motus) captis circūquaq꜒ oppidis. romanam vrbem obſidere cepit. gregorius pontifex legatos naui q꜒ terreſtri itinere nō licebat. ad carolū francie principem ſtatim miſit. q̄ hominē rogarēt. vt primo quoq꜒ tp̄e laboranti rome ꝛ eccleſie auxiliū ferret. Carolus rogatu gregorij patrociniū eccleſie ſuſcipiens. Luitprādū cōpatrē rogat vrbē ne obſideat. obtemperat. atq꜒ vrbē obſidione ſoluit. Inde zacharie pontificis hortatu romanis oppida (ex ſabinis erepta) reddidit narniā p̄terea ꝛ anconā ex picentibus. Et q̄cq̄d a longobardis. xxx. ānis in etruria occupatum fuerat reſtituit. Rex nō ita multo poſt etate grādeuus. vite ſue curſum expleuit. Eiuſq꜒ corpus in baſilica beati hadriani ſepultum fuit.

RAcholdus friſonū dux hoc anno ad p̄dicationē wolfrāmij ſenonenſiū ep̄i cōuertit. q̄ cū baptiſmum ſuſcipere ſtatuiſſet. in lauacrū intrauit. Et illico dubius factus. alterū pedem retraxit dicens vbi nam ex patribus meis plures ſunt. in inferno an in paradiſo. Et audiens q̄ in inferno. ſtatim intinctū retraxit pedem. dicens. laudabilius eſt vt plures q̄ pauciores ſequar. atq꜒ ita in ſua fatuitate deluſus. morte impremeditata raptus eſt.

COmete duo hoc anno Januario menſe per dies. xv. in celo viſi ſunt. Quoꝝ vnus ſolem precedebat. Alter v̄o veſperi ſequebatur.

Othmarus



OThmarus ex prouincia alemanie natus a fratre ſuo ad curiā ductus. litteris ac v̄tutib⁹ inſtruct⁹. Inde titulo ſcti florini ad ſacerdotiū ꝓmot⁹. et ꝑ victorē comitē ob ſuā religiōē ac famā in p̄latū aſſumpt⁹. ꝛ ꝑ walchramnū ī cellaꝝ bti galli ꝛ pipini auc̄te in abbatē electus. quē locū poſſeſſionibus plurimū auxit. atq꜒ edificijs. mirā obſ̄uans abſtinentiā. paupertatis amator. ꝛ elemoſinarū largitor. ꝛ aſello ꝓ equo vtebat. Egenos ac leproſos ſepe viſitās. vt p̄r pauperū diceret. Ideo hoſpitale ꝓ eis extruxit. Ab emulis tn̄ ꝑſequebatur. Infamatus de femina ad exiliū cōdemnatus. ad inſulā rheni relegatus. vbi poſt multas miſerias ſedecio kal. decembris bono fine q̄euit. poſt ānos. x. ad monaſteriū ſancti galli ꝑ lacū ꝯſtantienſem miraculis multis. ꝛ ſedata tempeſtate ꝑduct⁹ fuit. Vaſculū modicū vino plenum pro reficiendis monachis quotiens exhauſtum. nullū detrimētū vini ſenſit.

Conciliū rome ꝓpter ymagines



COnciliū mille pene epoꝝ celebꝛauit gregoꝛi⁹ tercius pontifex romanus. i baſilica beati petri rome. In quo quidē leonē imꝑatoꝛem. vt dictus eſt. imperio ſimꝉ ⁊ fideliū cōione priuauit. eo ꝙ ſtatuas ⁊ ſanctoꝝ ymagines demolitus eſſet. In q̄ cōcilio decretū eſt ymagines ſumma cū veneratione ꝑ ut antea cōſeruari. declarauitq; idē pōtifex in eo cōcilio imaginū ſanctaꝝ venerationē eſſe licitā. Et huiuſmodi ſtatuti violatoꝛes excōicationis ſantentia innodauit vt habeť in canone de conſe. di. iij. c. perlatū. Cū eñ Leo. iij. imꝑatoꝛ apte mucbi in pontificem nō poſſet. edictum ꝓpoint. vt oēs q̄ ſub imperio romano eſſent. ſanctoꝝ oīm martyꝝ ⁊ angeloꝝ ſtatuas atq; ymagines e templis abraderent ⁊ auferrent. tollende (vt ipē dicebat) ydolatrie cā. q̄ vero ſecus feciſſet cū ſe. ꝓ hoſte publico habituꝝ. Gregorius aūt tante impietati oēs catholicos poſt cōciliū admonet ne in tantū errorē timoꝛe vel edicto ꝑncipis vllo modo dilabantur.

CArolus marcellus pipini ſenioris filius hijs tpibus pallacio regis francie pficiť cū pipin⁹ breuis ſenio cōfectus rebus humanis exemptus ē



Carolus marcellus

Supſtes erat pipini vnicus filius carolus cui marcello fuit cognomen. calpiade pꝛima vxoꝛe genitus. ſupſteſq; erat ꝑiter plectrudis vxoꝛ. quā carolus vt genitricem potius q̄ nouercam venerabať. Nec tñ continere ſe potuit odioſa mulier. qn adoleſcētis exidio inhiaret. hinc dagoberto puero rege Ragınfredi impulſu copijs in pipini domina parante. carolus niſi ingenio vſus aufugiſſet. vitā cū pncipatu in carcere amiſiſſet. Paulo poſt carolo marcello iam carcere liberato. obijt dagobertus. Inde apud francos carolus marcellus ſe de chilperico francoꝝ rege ⁊ raginfredo illius gubernatoꝛe vlciſci cupiens magnū parauit exercitū. Ad primos vo pꝛelij clamoꝛes hij duo in fugam vſi incruentam carolo victoꝛiā reliquerūt. Poſtea metu nouerce inſidiaꝝ. ſe liberare ꝯſtituit. Coloniā itaq; ducens exercitū vrbē munitiſſimā in qua plectrudis ſe cū pipini quondā theſauro cōtinebat. illam vi cepit. et potitus theſauro cū nouerca. Illa vo clam oībus longū emēſa iter ad danubiū ⁊ eo tranſmiſſo ꝑuenit ad bulgaros. Cū poſtea ſolus regnū francie obtinuit. multis tamē aduerſantibus. maxime vo Eudone aquitonie duce. ⁊ chilperico rege. Verꝝ carolus marcellus trāſmiſſo ſequano fluuio in aurelianos mouens. vno impetu hoſtes fundit. fugatq;. ac regno francie ſolus potitur. Renū deinde trajiciens. ſaxones. alemānos. ſueuos. bauaros regno ſuo adijcit. Verꝝ cū intellexiſſet ſarracenos ab Eudone in galliā euocatos. magnis itineribus in hoſtē proficiſciť et vincit. non longe a Turonū finibus. ⁊ ex ſarracenis trecenta ⁊ ſeptuagintaq̄nq; milia fuiſſe occiſa. Cuꝫ ex francis mille tantū ⁊ quīgenti fuerūt interfecti in eo ꝑlio ſcribūt hiſtorici. carolus aūt rogatu gregoꝛij ꝓcinctū eccleſie ſuſcipiens. luitpꝛandū regē amicū ⁊ cōpatrem rogat. vrbē ne obſideat. ac pontificem vexet. Is obtpat atq; vrbē obſidione ſoluit. at carolus pacatis ytalie rebus in burgūdiones vſus. eos vi capit. ⁊ pꝛe modeſtia ſocios appellat. Inde animū induxit friſones domare tūc ydolatras. ⁊ xpiani noīs inimicos poſt friſonū victoꝛiam in patriā ē reuerſus. Lugdunū q̄ʒ arelate maſſiliā de veſegothis occupat. q̄ athimū ſarracenoꝝ regem ī auxiliū vocāt. Is itaq; cum magno exercitu rhodanū trajiciens auinionē vi capit opportunitate loci pro arce vſurus. inde interfectis ſarracenis. narbonē ꝓficiſciť. haud ꝓcul inde in vallem coꝛbariā deſcendit. vbi inerat planicies ad dimicandū aptiſſima. amoꝛeus alter ex ſarracenis hiſpanie rex arbitratus. carolum in fugam verſum in vallem ingreditur. Tandem cum acriter vtrinq; pugnatū eſt. cadente amoꝛeo. funduntur hoſtes athimus nauigiū nactus in hiſpaniā vlterioꝛē fugit. at ſarraceni his cladibus domiti intra pyreneū ſe deinceps ꝯtinent. vnde viſegothi omnes in caroli poteſtatem deuenere. Poſtremo carolus marcellus graui moꝛbo coꝛreptus. ſuadentibus amicis regna a ſe armis occupata. filijs ſuis diuidit. Nam carolomāno maioꝛi natu auſtria ⁊ ſueuia. pipino vo iunioꝛi burgūdia. ⁊ pars francie obtigit. Moꝛitur aūt carolus vir animi magni ⁊ ſapientia ſingulari apud vermenā vicum yſaro fluuio continentem. Anno magiſtratus ſui (quem maioꝛem domus vocant) quinto ⁊ trigeſimo. Sepeliturq; pariſius in baſilica dyoniſij martyris.

EOdem ferme tempoꝛe cum in ſardinia beati auguſtini epiſcopi coꝛpus. eo ante annos ducētos quīquaginta ex hippona tranſlatum. quando vandali catholicas affrice eccleſias arrianis tradiderunt. tua hereſi inquinādas. Quare luitpꝛandus longobardoꝝ rex in ſardiniam mittens id btī Auguſtini coꝛpus magno redemptum pꝛecio in ytaliam perduci. Et inde papiam deferri curauit. ⁊ egregio de loco recōditum fuit. Sarraceni inde territi vt intra pyreneum arma caroli foꝛmidarent.

Linea ſummoꝛum pontificum

Zacharias



Stephanus ſecũdus



Paulus primus



Anno mundi. 5933. Anno xp̄i. 734.

ZAcharias papa. natione grecus. ex pr̃e policramo. poſt gregoriũ põtifex q̄ inter optimos p̃ncipes numerat̃. fuit ei vir mitiſſimi ingenij. mire ſuauitatis ꝛ gratie om̄i v̾tute p̄ditus. cleri ac ppl̄i romani amatoꝛ. q̄ in initio põtificat⁹ ſui ardẽtẽ bellis ytaliã inueniẽs. legatos de pace cõponẽda ſtatim ad luithprandũ lõgobardoꝝ regẽ miſit pſeq̄ntem bello traſmũdũ ſpoletanũ ducẽ. Verũ cũ a legatis cadẽ re nil fieret ipſe comitante clero romano ĩ ſabinos ꝓficiſcitur. Ferũt aũt octauo miliario a narnia regez põtifici honoꝛis cauſa obuiã factuz. ex equo deſcendiſſe ac pedibus vitũ ſanctiſſimũ ĩ vrbẽ comitatũ fuiſſe. qui ſequẽti die inter miſſaꝝ ſolẽnia oꝛonem publice habuit elegantẽ. in qua oſtendit quid maxime regez xp̄ianũ deceret. ſiue pacẽ ſiue bella gerat. ac oꝛone ꝑmotus rex arbitriũ om̄e cõponẽde pacis ei cõmiſit. Zacharias autẽ pace vbiq̧ parta multas baſilicas ruinã minãtes reſtituit. Porticũ quoq̧ ac turrim an̄ baſilicaz lateranẽſem a fundãmentis erexit. bibliotecã beati petri reſtituit. Idez quoq̧ baſilicam beati gregorij in velabro cõdidit. Eoq̧ loci caput ipſius ſancti collocauit. Venetis p̄terea inhibuit ſub anathematis pena. ne ſeruos xp̄i ſigno notatos ſarracenis ꝛ gentilibus venderent. vt mercatores facere cõſueuerãt. Cumq̧ greca latinaq̧ lingua eruditiſſimus haberet̃. Quatuoꝛ dyalogoꝝ libros beati gregorij ĩ grecũ trãſtulit. Cũ v̾o ita ſancte ꝛ integre populuz dei annis. x. menſibus tribus cũ maxima oĩm beniuolẽtia gubernaſſet. moritur ac ſepelit̃ in baſilica petri. ydibus marcijs Eius aũt ex morte ep̄atus tũ vacat diebus duodecim.

Anno mũdi. 5945. Anno xp̄i. 744.

STephanus ſecũdus papa. natione romanus. pr̃e cõſtantino pontifex creatus humeris oĩm (adeo erat oĩbus gratus) ĩ baſilicã ſaluatoris q̄ cõſtantiniana dr̃ deportat̃. Erat ei vir ſingularis religiõis ꝛ prudẽtie. amatoꝛ cleri. elemoſinaꝝ reſtitutoꝛ. xp̄iane doctrine diligẽs p̄dicatoꝛ ꝛ ſcriptoꝛ. pr̃ pauperũ. pupilloꝝ ꝛ viduaꝝ defenſoꝛ. q̄ aiſtulphũ longobardoꝝ regẽ romanoꝝ agrũ inuadẽtem verbis ꝛ muneribus licet fruſtra a tãto ſcelere auertere conatus fuit. Ei⁹ rei cauſa ꝓficiſci ad pipinũ regem frãcie inſtituit. Cui pipinus carolũ filiũ adoleſcẽtem. qui poſtea a rebus geſtis magnus dictus ẽ ad cẽteſimũ lapidez honoꝛis cã fit obuiã miſit. Pipinus tercio ab vrbe lapide ex eq̃ deſcẽdit pedes viri ſctiſſimi exoſculatus ẽ. frenũ papalis equi regẽs ad pallacium vſq̧ perduxit. at pontifex cõfeſtim pipinũ in regem conſecrauit. atq̧ imperiũ e grecis ad francos trãſtulit. quã poſtea leo tercius executõni mãdauit. Foris itaq̧ pace parta atq̧ aucta. Synodum habuit ĩ qua oues ſuas. atq̧ eoꝝ paſtores recenſet. delinq̄ntes caſtigat. errantes ĩ viam rectam deducet. Ignaros docet ꝛ admonet. q̄d deceat ep̄m. quid preſbyteruz. quid deniq̧ oẽs ſacris initiatos ꝓponit. reſtituit ꝛ baſilicas q̃ſdam ab aiſtulpho dum vrbẽ obſideret cõminutas. Tãdem de deo. de patria. de ciuib⁹ ſuis. deq̧ oĩbus xp̄ianis meritus. pontificatus ſui ãno quinto. menſe vno moritur. Et ſepelitur in baſilica petri collacrimãtibus omnibus tanq̧ cõi parẽte oꝛbatis. ſexto kalẽ. Maij. Vacat tum ſedes dies duos ꝛ triginta.

PAulus primus papa. natione romanus. patre cõſtantino. ſtephani ſecundi frater. homo ſane mitiſſimus ac clemẽtiſſimus. qui ĩ pr̃iarchatu mores ꝛ doctrinam eccleſiaſticam perdidicit. ſub Gregorio ſecundo. ꝛ zacharia pontificibus. a quo in dyaconatus ordinem cum fratre aſcitus eſt. Verũ mortuo fratre in ipſo pontificatu cũ ſucceſſoꝛ quereret̃. fuere qui theophilacum archidiaconem preponerent. poſt longã contentionem ſolus bonoꝝ oĩm ſuffragijs ob integritatem vite ꝛ doctrinã paulus pontifex decernitur. conſtantini ꝛ leonis tempoꝛibus. fuit autẽ ſaluatoris noſtri imitatoꝛ. vt nulli vnq̧ malum pro malo redderet. ſed contra malos a quibus perſepe iniuria afficiebatur in bono vinceret. hic autem tante pietatis ꝛ humanitatis fuit. vt noctu cuz duobus ꝛ eo amplius familiaribus cubicula paupeꝝ egrotantiũ circuiret. vnũquẽq̧ eorum ꝛ verbis et elemoſinis ad recuperandam valitudinez cohoꝛtatus. Carcerẽ quoq̧ frequenter adibat. Indeq̧ pleroſq̧ ere alieno nexos perſoluto creditoꝛibus precio dimittebat. Pupillos ac viduas circũuentas fraude cauſidicoꝝ tuebatur. et elemoſinis ſuſtentabat. Idem quoq̧ congregato clero vniuerſoq̧ populo romano coꝛpus beate petronille petri filie vna cũ ſepulcro marmoreo his literis notato. Petronille filie dulciſſime. ex via appia ĩ vaticanũ detulit. canentibus (vt fit) ſacerdotibus. populoq̧ celebritate agente. atq̧ coꝛpus ipm̄ ſanctiſſimũ in templum appollinis ad caput baſilice patri dedicate collocauit. Moritur ꝛ paulus in baſilica pauli via hoſtienſi. reſtitutis quibuſdam eccleſijs vetuſtate collabentibus. põtificatus ſui anno decimo. menſe vno. Eiuſq̧ coꝛpus magna ꝛ ſolenni põpa in vaticanũ defertur. vacat ſedes tum annum vnum. menſ. j.

Linea īperatorꝝ

Conſtantinus quintus



Leo quartus



Conſtatin⁹ ſext⁹ Hyrena



CONſtantinus quītus leonis īpatoris filius. poſt prēm ſolus imperauit annis. 33. q̄ paternaꝝ impietatū emulatoꝛ leges ⁊ patrū ſanctiones ꝓ viribus pſequi nō deſtitit. Et in oīm vite ſue tpe maleficijs ⁊ magicis artibus luxurijſqꝫ debuiuit. Iſqꝫ cōſtātinus impatoꝛ ſacras ymagines vbiqꝫ demolitus. ꝯſtantinū regie vrbis epm impietati ſue reſiſtentē cū verberibus necaſſet. in locū demortui Nicetaꝫ ſpadonē ſui ſacrilegij cōſciū ſuffeciſſet. pōtifex ipſe oīm ex pte religioni ꝯſulens nūcios ꝯſtantinopolim mittit. q̄ īmpatorē adhortarent. vt ſacras ymagines ⁊ ſtatuas reſtitueret. Id ſi facere recuſaret. eidē anathematis cenſurā minarētur. Sed ꝯſtantinus in ſacrilegio ſuo ptinax. ⁊ ſanas admonitōnes ꝯtēpſit ⁊ ſabinū bulgaroꝝ regē in demoliēdis ſacris ymaginibus ei⁹ impietatē imitatū. in grām recepit cum antea bulgaros bello pſecutus fuiſſet. Multoſqꝫ monachos ac ſeculares catholicos anaſtaſij heretici cōſtantinopolitani pṫriarche ſuaſu pro recta fide interfecit. Peſtilens inde aura a ſicilia ⁊ calabria ꝓgrediens ad regiā vrbē ita moleſtabat hoīes. vt plures edes ſine hominibus relinq̄rent. anaſtaſius cū ſtercus oꝛe euomeret miſere obijt. Demū cōſtantinus impatoꝛ plaga peſſimi incendij ꝯminatus pcutit. Et clamās adhuc viu⁹ igni ſiui inextinguibili traditus. mortē obijt. aſcito prius leone filio eius nominis quarto in partem imperij.

LEo q̄rtus ꝯſtantini q̄nti filius. Anno dnī. 777. poſt prēm impatoꝛ. imperauit annis. v. cui pr̄ hirenem nobiliſſimā mulierē olim pulcerrimā in matrimoniū collocauerat. ex q̄ filiū pepit noīe cōſtantinū. Huiꝰ leonis tpe vix imperiū etiā noīe vigebat. Nā illud in oriente barbari ꝯtinue occupabant. Et romani iam a bello deſtituti ad gallos reſpiciebāt. Hic itaqꝫ mortuo pr̄e q̄ de bulgaris triūphauerat in ſyriā expeditōem duxit. Sed leuibus factis excurſionibus. vbi hoſtes in ſe venturos didicit. domuꝫ intrepidus redijt. Et ocio dedit⁹ ſe innumeris immerſit flagitijs. Amabat aūt lapides p̄ciosos. ferūt cū q̄ iaſpidum cupiditate flagraret. nec aliqua eoꝝ q̄ntitate ſaciari poſſet. p̄cioſiſſimaꝫ q̄ ſctē ſophie ſacrario inerat coronā capiti impoſuiſſe. geſtaſſeqꝫ p vrbē ⁊ carbūculos q̄ inerant fulgorē ſtāmis et lapideā frigiditatē prunaꝝ incendio diutina vlnione pmutantes. illū ad interitū ꝓpe necis pēne ſimileꝫ perduxiſſe. quo vita functo hyrenes vxoꝛ. ⁊ filius conſtantinus imperium acceperūt.

COnſtantinus ſext⁹ leonis p̄dicti ex hyrene vxoꝛe fili⁹ imparauit cū mr̄e hyrena annis. x. Que q̄dem prudentiſſima ⁊ religioſa imparatrix. que forma ſpecioſiſſima athenienſe pr̄e genita iuſte impium ⁊ magna cū ppl̄oꝝ quiete adminiſtrabat. Cōtinebatqꝫ filiū ne auita pr̄naqꝫ vicia in quo illū nature ꝓcliueꝫ eſſe intelligebat imitaret. Et cū religioſa eſſet Theraſiūqꝫ ꝯſtantinopolitanuꝫ tūc laudate vite pṫriarcham libenter audiret. Eius ꝯſilio ſynodū in Nicea vrbe ſecūdū trecentoꝝ q̄nq̄ginta epoꝝ cōgregari fecit. In q̄ ſynodo execrantū ymaginū ſacraꝝ venerationē hereſis ppetuo abdicata ē. Sed nō diu tulit cōſtantinus hic ſanctū mr̄is impiū. qꝛ pr̄is flagitia ſubſecutus. p̄naliterqꝫ ꝯſtantini filij iniquitas. Qui modeſtiā actam ꝓbatos qꝫ ſalutiferos mores genitricis diu potimus ferre nō valens. cā ab imperij adminiſtratōne deiecit. Is qꝫ primū in p̄ncipatu ſolus ingenitam potuit maliciā exercere. in mītos deſeuit. In primiſqꝫ delicijs habuit plurimos effoſſis oculis excecare. adeo vt conſtantinopolitani de imperio alteri demandando ceperint cogitare. mariam eni quandam duxit vxoꝛem cui poſtmodum ancillam nomine theodorā imperiali corona decorauit. vxorem in monaſterium trudens quibus flagitijs irritati ciues hyrenē reuocarunt. Que reuerſa conſtantinū cepit ⁊ effoſſis oculis in carcerem cum ſolus in imperio fuiſſet annis quinqꝫ. vbi vitam finiuit. Inde mulier ſola annis quinqꝫ imperauit. ⁊ cū carolo fedus inijt.

Aiſtulphus rex



AIſtulphus longobardoꝝ rex regnauit annis. 8. Qui regno ſuſcepto oēs romanoꝝ partium ytalie agros rapinis incurſionibuſqꝫ fedauit. quem pōtifex per munera ⁊ oratores flexit ad pacem in annos. arbitratus promiſſa ſeruiturum. Sed aiſtulphus breui poſt contractis copijs romā rurſus obſidione cingit. ⁊ maioꝛi detrimento vaſtare agros cepit cōminatuſqꝫ eſt. vt niſi ſeſe ⁊ vrbeꝫ romā dedant. eos poſtea velint nolint in poteſtate factos ad vnum iugulet. Nec ceſſauit pontifex aiſtulphum muneribus pertentare. Et cū nihil ſolito magis ꝓficeret. miſſus eſt ad imperatorem germanus. nec ſpeꝫ preſidij litteris faceret. cū populo romano conſtituit opem regis francie implorandam. Epiſtolas ad pipinū dedit. at pipinus coegit ipſum priſtinas pacis conditiones accipere. vnde romanis reddidit exarchatum. Tandem poſt multa bella in venatione apoplexia interijt.

Gangolfus



GAngolfus vir ſanctus circa tpa dicti cōſtantini in burgūdia claruit. Hic quendā fontē in gallia emit ⁊ eū oriri fecit in burgundia. Is cū vxorem ſuā de adulterio argueret. at illa vehemēter negaſſet ait. ſi vis vt credā. denuda brachiū tuū. ⁊ affer lapillū de fonte ſine leſione. q̄ cū immerſiſſet ſtatim cōbuſtū retraxit. dimiſit eā cū dimidio pte ſubſtātie. Inde occiſus eſt in domo ſua a clerico q̄ adulterium cōmiſit. Cuius corpus in feretro cū duceret ad ſepulcrū. multos infirmos ſanitati reſtituit. q̄ cū ancilla vxori nūciaſſet ſbridēs ait. Ita gan golfus miracula facit. vt anus meus cātat. Moxq̧ anus ſonos turpes ac numeroſos emittere indeſinēter cepit. qd̄ ei poſtea euenit in omī vita ſua ſextis ferijs. in qua vir martyr ē effectus. quotiens v̄bū aliqd̄ pferret. totiens ab ano turpē ſonitū fecit. qd̄ pipinus experiri dignatus eſt.

AMelius ⁊ amicus tpibus pipini regis francoꝝ orti miro mō ſibi cōſimiles. De hijs duobus pueris ex geſtis eoꝝ narrant mirabilia. Unus fuit ex comite aluerneſi. Alius ex milite quodā berichano. q̄ cuz a parentib⁹ baptiſmi grā romā deferrent. In luca ciuitate ſeinuicē inuenerūt. Et ſocietate inter ſe firmata romaz ingreſſi ſunt. Tātaq̧ inter puulos ſocietas ⁊ volūtas erat. vt vnus ſine alio nollet cibum ſumere nec in alio cubiculo q̄eſcere. qui oblati ſummo pontifici ab eo baptiſati ſunt. Multi romanoꝝ militum eos cū gaudio de ſacto fonte ſuſceperunt. poſtea mira geſſerūt in vita. q̄ recenſenda cuz ad longa ducerent. quos deus vna cōcordia ꝯiūxit in vita. morte quoq̧ ſepari noluit. Cū in diuerſis eccleſijs tpe Caroli ſepulti eēnt. mane corp⁹ amelij cū ſarcophago iuxta amici ſarcophagum in eccleſia regali inuentum fuit.

Amelius Amicus



BUrkardus epiſcopus herbipolēſis ſanctitate ⁊ miraculis claruit. Is ī anglia ex nobiliſſima parētela floruit cuz fratre Suiduno. poſtea ibi epō q̄ ꝯterranei ac cōſanguinei. s. bonifacij fuerūt. burkardus ſtudijs liberalibus traditus cum doctus euaſiſſet. natali ſolo relicto gallie comate limitez attingēs in humili loco ſub habitu peregrini delituit. poſtea p bonifacium archiepiſcopū ex monacho (cum Zacharias ſummus pontifex romane eccleſie preerat) in epiſcopum ordinatus fuit. vt wirtziburgenſe oppidū dioceſi ſue contiguum p auctoritatem apoſtolicam. epiſcopalem cathedrā ſortiretur. Acta eſt igitur hec inſtitutio noui pontificatus apud vrbem wirtziburg. Anno dominice incarnationis ſeptingenteſimoquinquageſimoprimo ad incrementum eccleſiarū germanie. maxime ad ſalutem orientalis francie. ex confirmatione zacharie pape. ⁊ pipini principis francie. mediante bonifacio preſule beato burkardo primo pontifice. vixit autem in omni virtute ⁊ abſtinentia ac elemoſinaꝝ largitione. Tandem megingaudo cum inueſtitura epiſcopatum conceſſit. ⁊ nauim cōſcendit adiūctis ſex monachis ⁊ codices quos ſcripſerat ad caſtellum habenburg proficiſcitur. vbi ī cōtemplatione ac omī ſanctitate migrauit ad xp̄m anno ſalutis ſeptingenteſimo nonageſimoprimo. cum per quadraginta annos cum omni laude prefuiſſet.

Burkardus



CArolomannus caroli marcelli filius. Cum pater graui morbo correptus ſuadentibus amicis. Carolomanno maiori natu auſtria ⁊ ſueuia pipino v̄o iuniori burgūdia ⁊ pars francie obtigit. Carolomannus autem haud multo poſt patris obitum ſeculo abrenūciare conſtituit. Itaq̧ ſuo eius ꝓpoſiti deſiderio fratri patefacto ⁊ paucis vie comitibus ſecum ductis. romam ſe contulit ad Zachariam pontificem. a quo in clericum ordinatus et habitum monaſticum eſt indutus. Inde ad beati benedicti caſſinenſe monaſterium accedens profeſſionē in eo ⁊ perpetuo cōmorandi votum emiſit. poſtea conferens ſe in frāciam. vt pipino fratri aduentum in ytaliam ⁊ bellū in longobardos diſſuaderet. illum a clauſtro caſſinenſi profugum in vienēſe monaſterium relegauit. Ubi haud multo poſt merens indignabundusq̧ interijt.

Carolomannus



Albinus epiſcopus



ALbinus epiſcopus Andegauenſis. miraculis ⁊ ſanctitate per hec tempora preclarus fuit. Et renugius epiſcopus Rothomagenſis.

SAluius quoq̧ epiſcopus albianenſis cum diſcipulo ſuo valentiniano triūphum martyrij adeptus eſt.

COrpus ſancti Benedicti iā. xxxiiij. ānis effluxis furtim a gallis monachis vna cū corpore ſororis ſue Scolaſtice ablatū p p̄ces carolomāni ad zachariam p pipinum ex floriacenſi monaſterio. Quis moleſte nimis cōceſſum fuit. vt monachi caſſinenſes reportarent. Quis quidē ferāt. cū monachi floriacēſis vidētes ſe tāto p̄re orbari ad orōem cū lacrimis ſe ꝯtuliſſe ⁊ corp⁹ apd̄ eos ꝑmāſiſſe.

Pipinus rex



PIpinus iunior caroli marcelli filius. q̃ poſt mortem pr̃is. cui burgundia ⁊ francie pars obtigerat. cũ iam carolomãnus monaſteriũ ingreſſus fuiſſet. domus regie vniuerſalis ꝓfectus factus. genitoris auiq̃ꝫ vita emulatus. eos glo ria ſupauit. Longũ eſſet referre ſingula. q̃ in germanos aquitanos burgũdoſq̃ꝫ geſſit. q̃bus in regionibus. cũ gentis francoꝝ ⁊ ei⁹ regis childerici noĩe oĩa ge rebant gloria ampliores. nihilo maiori habuit impedimento. q̃ꝫ ꝙ regem ꝓpe amentẽ varijs furentẽ ineptijs tollerare cogebatur. Ideo q̃ francoꝝ geſta ſcripſe rũt aiunt. ꝓceres populoſq̃ꝫ eius gentis. pipini ṽtutẽ. ⁊ econtra childerici regis amentiã debiſ penſantes meritis. zachariã pontificẽ romanũ. ꝯſuluiſſe. inepti ne regẽ vltro tollerandũ an pipinũ merita fraudandũ regia dignitate cenſeret: Cũq̃ꝫ reſpõdiſſet pontifex eũ (q̃ regia melius obire munera noſſet) habendũ regem. francos publico toti us gentis conſilio pipinũ declaraſſe regem childerico in clericũ tonſorato. atq̃ꝫ ita regũ familia merouingo rũ regnare deſijt in gallia. q̃ regnauit annis. 296. ſub regibus vno ⁊ viginti. Pipin⁹ aũt a zacharia papa. ⁊ poſtea a ſtephano pontifice cõfirmatus. In eccłia romana ducem ac bellatorẽ ꝯtra aiſtulphũ longobar doꝝ regem ꝯſtituit. quẽ in papia obſedit. q̃ pacẽ vltro obtulit. poſtea apud francos rex pipinus gloriã in dies potentatũq̃ꝫ adaugebat. Quo eñ tpe ab ytalia in franciã redijt. Taſſillo dux baioarioꝝ ſeſe cõmẽda tum illi ſubdidit. Et ſaxones eius amicicia ꝑcario potiti trecentos eq̃tes in quãcũq̃ꝫ expeditionẽ iuberent dare ꝓmiſerũt. Maius autẽ negociũ ſuit pipino in aquitanos q̃bus ſubigendis octo eſtatibus laborauit. Tandẽ pipinus ſenectuti indulgens eam expeditõem omnẽ carolo filio adoleſcenti duxit demandandam. Profectus in aq̃taniã. carolus burboniũ. claromõtẽ. ⁊ multa de auernis cepit. fauſtiſq̃ꝫ auſpicijs militias carolus inchoauit. vt ãno inde ſeptimo ducibꝫ alterne a pipino genitore ⁊ ipſo carolo expeditionibus. aq̃ta nia frãcie regna fuerit ſubacta. Quo in tempꝫ pipinus in thuronijs apud ſanctũ dionisium eſt defunctus. Erat annus in q̃ hec fiebant pontificatus Pauli decimus. q̃ ⁊ eius vite vltimus fuit. ꝑ eius pontificis tp̃a tantũ valuit pipini regis francoꝝ reſpectus. in quẽ deſiderius longobardoꝝ rex oculos ſemꝑ habuit inten tos. vt nullis interea motibus ytalia aut roma fuerit agitata.

Origo gentis turcoꝝ.



TUrci interim meliores ſedes expetẽtes. tũc primũ aſiaꝫ inuadentes. alanos primo. poſt colchos ⁊ armenios. Inde aſie minoris pp̃los. ⁊ ad extremum perſas. ſarracenos agroꝝ direptionibus. ⁊ mortaliũ magnis reptorũ aut cõgredi auſoꝝ cedibus infeſtarũt. Anno dñi ſeptingenteſimoq̃uquageſimoquinto. Fuerit q̃ꝫ ⁊ ipſi turci ſcythe ex hijs q̃s alexandrũ macedonẽ intra hyꝑboreos montes fer reis clauſiſſe repagulis. cuꝫ alij tradãt ſcriptores. tum btũs hieronimus affirmat. Turci eñ vt ethicus phũs tradit ĩ aſiatica ſcythia vltra pyrricheos montes ⁊ tho racũtas inſulas cõtra aq̃lonis vbera ſedes patrias habuere. Gẽs truculẽta ⁊ igno minioſa in cũctis ſtupris ⁊ lupanarib⁹ fornicaria. comedit q̃ ceteri abhominãtur. Regnãte apud francos pipino caucaſeas egreſſi portas exinde põtum capadociã q̃ꝫ tranſgreſſi. ad reliq̃as finitimas gẽtes ſenſim illapſi ſunt. Tantas aũt habuit vi res turcoꝝ inſultus. vt ſarraceni pacẽ ſecũ hr̃e nulla alia potuerũt rõne. q̃ꝫ reſtituto ꝑſaꝝ regni noĩe. qđ ſarracenos foꝛe ⁊ eraclij tp̃ibus in ſuũ oſtendimus confudiſſe. Veꝝ poſt multas illatas inuicẽ ⁊ acceptas clades. de pace inter ſarracenos ⁊ tur cos ꝯueniſſet decretũ ẽ. vt turci q̃ in ꝑſide habitabãt ſarraceni appellarent. atq̃ꝫ ita equiore aĩo ſarraceni in aſia regnare turcos paſſi ſunt. Et ꝙ etiã eos breui acceptu ros mahumetanã ſupſtitõem videbant. adeo erãt eoꝝ ingenia ad maluꝫ ꝓna. dein q̃ꝫ ꝓcedenti tpe nõ ſolũ pontũ ⁊ capodociã. veꝝ gallaciã. bythiniã. lycaoniaꝫ. piſi diã vtrãq̃ꝫ phrigiã. pamphiliã. ciliciã. cariã. ⁊ oẽm aſiã q̃ minor vocat vltra citraq̃ꝫ thauꝝ ad oras ionie. ⁊ littora greci maris occupant. De quibus ſuis locis infra dicemus.

Hugo arelatenſis comes poſt berengariũ impauit in ytalia annis. x. hunc elegerũt ytali contra rudolphũ burgũdũ q̃ berengariũ imperio priuauerat cui cedens abſq; contentione rodulphus in burgundia ſe recepit. Dixit ṽo vt debuit hugo ytalie regno potitus rodulphi regis exemplo admonitus ſuſpectam eoꝝ a quibus vocatus fuerat fidem. ⁊ dato ſampſoni cuidam ex ducibus ſuis exercitus negocio. illos quid fieret principio ignorãtes in exiliũ egit. Nec tamen hugonẽ regem. ſua ſatis tutata eſt prudentia. ꝙ arnoldus bauaroꝝ dux a factioſis exulibus. alijſq; domi potentibus ytalis ſuaſus aduerſus eũ in ytaliam cũ paratiſſimo exercitu venit. quem veronenſes primi regem ytalie appellatum intra menia acceperũt. vbi paribus animis ẽ decertatum. Vicitq; Hugo ⁊ veronenſibus reiectam in racheriũ epm̃ ſuũ rebellionis culpam depcantibus pepercit. epũs papiam in exilium eſt actus tandem hugo cum paraſſet iniurias ſtephani pontificis mulctati vlciſci. in ipo apparatu moritur.

Berengarius ſecũdus poſt vgonẽ vel vt alij volũt poſt berengariũ primus accepto imperio impauit in ytalia annis. 7. Hic itaq; cũ ciſalpinã galliam tantũmõ tueret̃. Iter hungaris dedit. vt in etruriam irent. euerſis vrbibus ingentem ꝓdam aſportarunt. Per idq; tẽpus poſt pacatos vngaros imperiũ ytalie. vt reſtauraret̃ adnitente berengario tyranni quibus formidoloſa erat ei⁹ potentia pernicioſis ytalie machinationibus reſiſtere perrexerũt. Rudolpho burgundionũ rege ſuaſionibus pollicitationibuſq; in ytaliam accerſito. qui perditorum hoim ytalie magnatũ potius q̃ exercitus ſui viribus fretus. berengario pulſo in illius quondã imperij ꝑte ytalie tribus annis regnauit. Nec tamẽ diu tardauit vltio. que bonos eaꝝ regionũ eque ac ꝑfidos afflixit. Etenĩ vngari ad quos berengarius cõfugit. ſalardo duce in ytaliam venientes. Et omnia ꝑ que incedebant vaſtantes. papiam obſederunt ⁊ vi captam ferro ⁊ igni abſumerent ſunt adniſi. Tandem berengario ſecũdo quem ytalia pulſum ad hungaros confugiſſe diximus. apud illos. vel vt aliq̃ habent ſcriptores apud bauaros vita functo. berengarius tercius in ytaliam venit.

Berengarius tercius primi berengarij ex filia nepos. in ytaliam veniẽs. anno ſalutis nongẽteſimo trigeſimoquinto imperio potitur. quem ṽo ⁊ quantũ adduxerit exercitũ. aut eius gentis ope adoleſcens exul ſit reductus nullus ſcribit. Sed apud multos conſtare videmus ipm̃ ſtephani ſeptimi pontificis tpibus ytaliam ingreſſum eſſe. Sed interea ſarraceni ad garganũ ſedentes appulis calabriſq; noua excurſione vaſtatis. beneuentũ vrbem obſident ſpoliatamq; incendunt. Quibus vltra progredi vt romãos inuaderent fines parãtibus romani pontificis ioannis decimi ſuaſionibus impulſiſq; adducti guidonem comitem cohortibus tumultuario delectu coactis perficiunt. Is in barbaros ducens furentes repreſſit. berengari⁹ q̃ imperiũ quietẽq; in ytalia reintegrare cupiẽs. pacẽ federaq; cũ hũgaris firmauit. hũgariq; rabie q̃ in ytalos tot ꝑ annos aſſueti fuerãt in externos ṽſa alemaniã denuo pplare ac vaſtare ceperunt. Ferunt aliq̃ hunc berengarium annis octo regnaſſe. Licꝫ alij ea aliaq; de quarto berengario ſimilia ſcribant.

Anno mūdi. 6133. Anno xp̄i. 934.

IOannes vndecimus papa: pr̄ia romanus: eo tempore pontificatū inijt: quo ſanguinis fons genue largiſſime effluxit: future magne calamitatis indiciū. Nam ⁊ genua a ſaracenis ex affrica venientibus tum capit̄ ac diripit̄ Et vngari ytaliā ingreſſi longe oīa ac late populati ſunt. Joannes aūt pontificatus ſui anno quarto. menſe decimo. die. xv. morit̄. vacat tū ſedes dies. xij.

LEo ſeptimus papa. natione romanus. vgone ⁊ lothario in ytalia imperantibus poſt ioannē pontificatū adeptus nil dignū memoria geſſit. q̄ pontificatu aſſumpto. cū remiſſus eſſet. pontificatus ſui anno tercio. die decimo moritur. Et in baſilica petri ſepelitur. vacat tum ſedes dies tres.

IOannē vndecimo pontifice. anno nongenteſimo triceſimoquinto ſaraceni affricam incolentes vt iam p̄miſſum eſt. ingenti ducta claſſe orā oēm etrurie maritimā populati ſunt. ⁊ genuā circūacti. vrbēq; graui obſidiōe p̄ſſam ceperūt. in qua maxima vſi ſunt ſeuicia. vrbe eī ſpoliata. Et ijs qui arma ad defenſionem induerant. primo impetu ceſis. oēs pariter puberes maſculos cū facta preda nauibus impoſitos abduxerūt. Quidā tñ ſcribunt impuberes genuenſium ex affrica in patriam breui reductos fuiſſe.

CUm creatus eſt pontifex leo ſeptimus. ad eius anni terni tēpora guilhelmus ſcribit heinricū germanie regem ac imp̄atorem: de quo ſupra p̄miſſum obijſſe. Cui ſit in regno imperijq; titulo ſuffectus otto filius mathilde ſaxonie regis filia de quo in ſequentibus mentio fiet.

STephanus octauus papa natione germanus. poſt leonem pontificatum iniens. Cum pontificatum ſuſcepiſſet ita a romanis ſeditionibus vexatꝰ eſt. vt nil memoria dignū ab eo geri potuerit. immo vero (vt Martinus refert) in tanta ſeditione mutilatus. turpiter aliquādiu. vitam duxit. Cum ob inhoneſta vulnera prodire in publicum erubeſceret. Parabat quidem rex hugo tantā iniuriam vlciſci. ſ; in ip̄o apparatu moritur. Cui quidem lotharius filius in regno ſuccedens. hac de re nullam mētionem fecit. vel ꝙ populi romani amicus eſſet vel ꝙ breui regnauit. biennio eñi poſt mortem patris ſuꝑuixit. Stephanus ꝟo pontificatus ſui anno tercio. menſe quarto. diebus. xij. moritur. vacat tum ſedes diebus decem.

S. Hipertus



HIpertus quē alij Vgibertū appellant. lotharingie ꝓuincie nobilis princeps. vir ſanctitate ⁊ ceteris virtutibus inſignis hiſdem temporibus ob clara miracula ſanctis aſcribitur. Qui inter cetera ſue virtutis opa dū viueret gemalitenſe cenobiū in francia ꝓprijs impenſis. magnificentiſſimis opibus breui extruxit.

SAnguinis quoq; fons hoc anno vt p̄miſſum eſt hiſtoricis teſtātibus in genua vrbe maritima in loco vbi dicitur fontanella. ꝑ diem integram largiſſime effluxit. qui ⁊ future calamitatis vrbis ciuibus demonſtrauit. vt de ſaracenis ex affrica ſoluētes genuam vſq; peruenerūt iam dictum eſt.

MArtinus tercius papa. pr̄ia romanus. Vir quidem manſuetiſſimus qui placabilitatem ⁊ manſuetudinem ſtephani ſeptimi imitatus eſt. pontificatum eñi adeptus. bella omittens. religione ſeſe totum addixit. templa vetuſtate collapſa inſtaurans. pauperes elemoſinis paſcens. Nō caruit tamē huiꝰ temporibus europa ip̄a bellica rabie. Nam cum otto anniteretur ytaliam ingredi. aduerſante lothario magne cedes vtrinq; cōmiſſe ſunt. adhortāte tamē eos martino pontifice. vt ab armis diſcederent. cum vbiq; fame ⁊ penuria rerū oīm laboraretur. Tercio autē pontificatus ſui anno. menſe ſexto. die. x. morit̄. ⁊ in baſilica petri ſepelitur. ſedes vacat dies duodecim.

AGapitus ſecundus papa. natione romanus. ardente tumultu bellico ytalia pontifex creatur. homo ſane magnanimus. qui ottonem germanie regem contra berengarium imp̄atorem. cognita eius ſuperbia vocauit. Cuiꝰ ope inter hunc pontificem ⁊ ip̄m berengariū qui omnia ſibi contra ius faſq; vendicabat lites compoſite ſunt. Fuerat hic vir valde innocens. ⁊ reipublice xp̄iane amator precipuus. Qui pontificatus ſui anno nono. menſe ſeptimo. die decio moritur. Eo fere tempore quo oddo cluniaceñ. monaſterij abbas in domino quieuit. Et in baſilica beati petri ſepelitur.

Linea ſummorꝫ pontificum

Joannes vndecimus



Leo ſeptimus



Stephanus octauus



Martinus tercius



Agapitus ſecūdus



LOtharius ei⁹ noīs ſecūdus hugonis p̄dicti fili⁹. p̄re defuncto impiū ſuſcipiens imperauit annis. 2. Berengarius enī tercius magnis externoꝝ adductus copijs i ytaliā reuerſus. ad p̄mā cuius aduentantis famā rebelles in vgonez animi. multis i ytalie regionibus ſunt oſtēſi. Is cū puidiſſe vgo qꝺ viribus nequiſſet. ꝯſilio ꝓuidere pererexit. Miſſis nāqꝫ ad hoſtē iā aduentantē oratoribus cū eo hijs conſtituit federibus. vt ſe ytalia diſcedente lotharius filius ⁊ berēgarius ytalie reges equo iure oīa adminiſtrarent. Viguitqꝫ aliquot annis ſolo nomine cōſortiū. quod berēgarius acri vir ingenio lotharıū ſpreuit. ꝗ apud papiā cū vxore alunda nobili ac ferociſſima muliere. Cuius dotis iure eā ciuitatē ⁊ multa oppida obtinebāt ſe ꝯtinēs iniuriā diſſimulauit. Vgo interim poſt paꝝ q̄ꝫ arelatum redierat diem obijt. Lotharius aūt romanoꝝ amicus ꝯtra otionē heinrici filiū bellū duriſſimū ſuſcepit. qꝛ cū otto romā ingredi ānitteref. hic eidem aduerſari cepit. ꝓ quo maxime cedes hincinde cōmiſſe ſunt. Secūdus tūc elapſus erat annus regni berengarij tercij. quo in tp̄e lotharius ſolo noīe rex fato eſt functus. Et berengarius alundam. ne alicui nuberet p̄imonij ſui dominiuz. Et ytalie regnū ꝑ dotis occaſionem inuaſuro. publice apud papiaz carceri mancipauit. Eo aūt mortuo otioni nupſit.

RUdolphus ꝗ apud veronā berengariū ſupauit. quē ferūt poſtea trib⁹ annis imꝑio potitum eſſe vt p̄miſſum eſt. Is rudolphus burgūdie dux. ꝗ ſuperioribus diebus hugoni arelatenſi comiti in ytalia ceſſerat poſtea francoꝝ rex factus regnauit annis. 2.

QUid tp̄e berengarij imꝑatoris aut lotharij regis nomē auctoritas vel potentia effecerit ⁊ an tres vel quatuor berengarij extiterint. vt ignoref facit ſcriptoꝝ ariditas. Igit̄ cū obſcure de berēgarijs mentio fiat null⁹ mirabit̄. ꝗ vincencij beluacenſis. fratris martini polonicaſenſis archiep̄i. Sicardi cremonēſis ep̄i. ricardi ⁊ guilhelmi monachoꝝ. gotfredi viterbienſis. ⁊ fratris ptolomei de luca chronicoꝝ libros plegerit. Ne enī omēs coꝝ hac in re errores qꝺ longuz ēē recenſeamus. quū aliꝗ coꝝ dicāt p̄mū berengariū q̄tuoꝛ. ⁊ ſecūdū. xij. annis imperium tenuiſſe. tempa lotharij ⁊ tercij berengarij ad. xiij. annos protrahūt. vt quꝫ ipos imꝑatores latinos cū regibus ⁊ tyrānnis interiectis. ꝑ ānos duos de triginta tantumō in ytalia fuiſſe vltimus dictoꝝ ſcriptoꝝ lucēſis affirmet. Quā q̄ꝫ igitur pauci dictoꝝ imꝑatoꝝ regū ⁊ tyrānoꝝ tempora diſtinguere poſſint. Id certum habemus a berengarij primi initio imperio ad othonis primi ex germanis legitimi imꝑatoris coronationem a ioanoe duodecimo pōtifice romano factam. annos ad quinquaginta interceſſiſſe. Et ipm othonē berengariū in lōbardia primo regnare permiſſum. poſtea in exilio egiſſe.

BErengarius quartus que alij ꝓ tercio ponūt. mortuo lothario imperatore imperio potitur. ⁊ cum alberto filio imperauit ānis. xj. Vir certe digniſſimus. ⁊ acri animo ⁊ induſtria celebris. Qui cum apud vngaros exul a patria militaret audiens heinricū bauarie ducem hungaros ſupaſſe. Is enī aquilegia capta. cum forte tunc hūgari ytaliam inuadere diſpoſiti iuſtinopolim aduenerīt. quibus ſeſe oppoſuit heinricus. ⁊ cōmiſſo bis ꝓlio hūgari accepta primo ⁊ iterū clade repulſi in hungariā redierūt. Inde omnē ytalie ꝑtē ditiſſimā que aquilegiā papiāqꝫ intercedit excurſione populatus eſt. Berengarius repente ſtationibus exercitu papiā ꝓperare cepit. Qꝺ cum habuiſſet exploratum heinricus. exercitum apud papiam nauibus impoſitum deduxit in padū. Inde continuato ex eo loco itinere intra auſtriā ſe recepit. Poſtea berengarius vniuerſam ytaliaz obtinuit. ⁊ imperatoris nomen ſibi indidit ⁊ albertum filiū ytalie regem mūcipauit. Cūqꝫ nimiū oneribus ⁊ vectigalibus ytalos primere cepit. Et alundā lotharij vxorem in Garda veronenſis agri cum ſola ancilla carceri mancipaſſet. ⁊ omnia ſibi contra ius vendicare. ytali ꝑ agapitū othonē regem in ytaliā vocāt qui eos in regno ytalie deturbauit. ⁊ alundam vxorem duxit.




ALbertus berengarij filius apud rauēnam conſtitutus venetos mercatores multis affecit incōmodis comaclenſiū enī nauigio quod illi haud quaqꝫ tenue tunc habebant fretus. mare illud latrocinijs tenebat infeſtum. Id cum veneti diutius pati nec poſſent nec vellent. nauigio tumultuarie cōtracto. in comaclium ducto oppido primo impetu captum cum oppidanorū nauibus incenderūt captos autem oppidanos et iuramento ne vltra in predam cupiā aduerſum ſe obedirēt aſtrictos dimiſerūt illeſos. Otho deinde contra berengarium in ytaliam deſcendit quem tandem poſt magnas cedes victum in poteſtatem accepit. Et ſtatim alterum in conſtantinopolim. alterum in germaniam exilio relegauit. vbi demū ambo vitam finierunt.

Taxis hũgarie rex



TAxis rex hungaroꝝ. hũgaros ſuos pulſus de bauaro. quē in ytalia regna re opinaref vitutus. patiſſimo exercitu ytaliā irrupit. tantuſqꝫ ytaloꝝ animos tũc pauor inuaſit. vt vltimũ impēdere exterminiũ cõtremiſceret. Berengariũ ſvo ſiue ꝓpiciore vſus fortuna. ſiue cõſilij prudentia. Albertũ mittēs filiũ taxim multa oratũ puicit. Et acceptis nũmoꝝ modijs argentoꝝ (vt tradũt) decē tecedens ytalie pepercit.

HUngari em poſtqꝫ p germaniā primo poſtmodũ p galliā ſatis fuerat debachati. deinde bulgaros tributarios fecerũt. poſtea barbare efferate gentis alluuio tot tantaſqꝫ nationes ꝛ ꝓuincias ſatis ſupqꝫ inũdauerat. ytalia ſue calamitatis pte nõ caruit. ytaliãqꝫ ingreſſi. Ueneruntqꝫ via foroiulienſi. malo ytaloꝛũ ab initio mũdi barbaris patefacta. furēteſqꝫ hungari cede incendijs ꝛ rapinis cũcta vaſtantes. Albericꝰ qꝫ marchio cũ p inuidiā ingratitudinēqꝫ e roma pulſus fuit. vngaros ad oppſſionē romane vrbis acceſiuit. Ea aũt gens romani agri fines qȯ in p̄iuis albericus q̄ſiuerat nequaqꝫ attigit. Etruriā vo oēm quā albericus ſaluaꝫ eſſe pactus fuerat. cõmiſſis ſumma ꝛ alias inaudita impietate cedibus incendijs ꝛ rapinis ꝓpe deſtitutā deſertãqꝫ reddidit oīnes cũ mortales feminas atqꝫ hac mares q̄ cedibus ſupfuerãt aut fuga ꝓlabi nequiuerãt in vngariā abduxit. Tandē ſub ottone primo impatore impetũ in germaniam fecerunt.

BOemia añ hec ipa ad xp̄m cõuerſa. vbi worziuous vltiuꝰ paganoꝝ ducũ a btō methodio morauoꝛũ archiep̄o cũ ludimilla cõiuge ad baptiſmi grām pductus ē. nongēteſimo quinto anno. poſt chriſti ſaluatoris ortũ. ludimilla ſancta mulier habita etiā miraculis claruiſſe ferẽ. Chriſtianā aũt veritatē ãplexi fidem catholicam inter bohemos magnope amplr̄arũt. ludimilla filia fuit comitis Slawiborij de caſtello Bzew quod poſtea melnica dictum ē.

Spitigneꝰ Uratiſlaꝰ Duces bohemie



SPitigneus filiꝰ borziwogij primi xp̄iani ducis bohemie. poſt obitum eiꝰ principatum obtinuit. Is cũ ex ludimilla ſancta muliere tulit duos filios ſpitigneũ ꝛ vratiſlaũ. primus patri ſucceſſit. ſed moriens ſine filijs fratri principatum reliquit. Coniux aũt vratiſlai drabomitia de duriſſima gente luticeñ. ſaxis. mulier audax ꝛ ad ſcelus prona. duos pariter filios viro peperit vētzeſlaũ ꝛ boleſlaũ. priorem ludimille tradidit educandũ. alteꝝ ipa nutriuit. aliīpni ex maribus innati mores ventzeſlaus pietatem colere. manſuetudinē pre ſe ferre. xp̄iana ſacra venerari. elargari multa paupibus. nulli obnoxius eſſe. boleſlaus ydoloꝝ ſectari culturam. honores ambitioſe querere. adulterari. rapere. occidere. in ſcelera cuncta prolabi. pr̄ ſuprema ordināſ ludimille quouſqꝫ liberi adoleuiſſent gubernationē ꝓuincie dimiſerat. Id egre drabomicie fuerat ſocrũ i caſtello thetin ſtrangulari iuſſit. ipa imperiũ accipiens in oīnes crudelis etiā ventzſlao filio infeſta cui preferre fratrem non dubitauit.

S. Uentzſlaus dux bohemie



UEnceſlaus dux bohemie filius vratiſlai quē beata ludimilla. vt nepotē cariſſimũ in fide xp̄iana glorioſiſſima matrona bohemorum prima margarita. ac ſacris litteris ꝛ eloquijs peroptime imbuebat. Quem potius cibiqꝫ parciſſimũ fuiſſe tradũt. corporis maieſtatē decoꝝ. virginitatem ad vltimũ vite ſeruaſſe. diuina in templis officia diurna nocturnaqꝫ nũqꝫ neglexiſſe. Et noctis quidem tempe nudis pedibus ſuper glaciem ac niuem iter agentem vim frigoris minime ſenſiſſe. Iuſſe eum iubente populo (adhuc viuēte matre) principatũ creuerat iam ventzeſlai nomē. miraqꝫ populi caritate atqꝫ admiratione celebrabaẽ. Sed quanto ceteris dilectior. tanto acrius ſe in odiũ fratris matriſqꝫ cõcitabat. Fit conuiuiũ apud boleſlaũ matre iubēte. vocaẽ ventzeſlaus qui ꝛ ſi mortem inſtare predixerat. facta tamē de peccatis ſuis cum ſacerdote ex more xp̄iano ꝯfeſſione. fraternā domũ ingrediẽ. Ibiqꝫ ſtatim boleſlai manu pcuſſus interijt. vētzeſlai ſanctitatem. Quo die ceſſus eſt xp̄m deum teſtimoniũ perſtitiſſe memorie prodiderũt. Qui regi dacie p viſum apparens. ſuo martyri edem conſtrui mandauit. ipm aũt ventzeſlaũ multis miraculis claruiſſe atqꝫ inter ſanctos martyres ab eccleſia receptum tradunt.

Otto primus rex



OTto ex mathildo filia theoderici regis ſaxonũ ꝛ heinrici regis filius ei ſucceſſit in regno. Is p̄clariſſima multa maximaqꝫ ī regnis frācie ꝛ germanie geſſit. ꝛ cũ eiꝰ virtutiſ fama etiā in ytalia celebris haberef. agapitꝰ põtifex multiqꝫ ꝓceres berēgarij albertiqꝫ filij tirānidē exoſi. illiꝰ opem rebꝰ afflictiſ italie poſcerũt. q̄ cũ q̄nquagita ꝛ eo vt aliq̄ volũt ãpliꝰ armatoꝝ milibꝰ mouit. trita et apta p foroiulij regionē via. italiā ingreſſus berēgariũ impio ꝛ albertum regno ytalie deturbauit. Italiaqꝫ potitus alundam lotharij q̄ndā vxorē carcere eductā in vxorē accepit. Reuerſus ī germaniā otto ex alunda vxore anno vix dũ elapſo filiũ ſuſcepit. Cui ottoni poſtea ſecũdo fuit appellatio. Ottoqꝫ rex interea boleſlaum bohemoꝝ ducem inimicos ī ſe animos ꝓferentem domuerat. Quo felicitate dum omnibus in locis rex preſtantiſſimus. idemqꝫ vir optimus otto vtiẽ. glorioſi ꝛ ſimul ſaluberrimi facinoris occaſionem eſt nactus cũ hungaris bohemis vt infra patebit.

# De progreſſu imperii ac trāſlatione eius in germanos.

IMperiales tituli. imperiūqꝫ a romanis galliſqꝫ ac longobardis ablati. Et ab ottone nunc ſuſcepti. in germaniā hic primū transferūtur. vbi ⁊ nūc vſqꝫ cōſeruantur. Et qm̄ deo auxiliante hoc in loco in germanoꝝ imperiū deuenimus. Nō alienū videtur pro huius excellentiſſime dignitatis cognitōne. pauca de progreſſu ſacri imperij in medium afferre breuiſſima ex ampliſſimis altius repetentes. qđ maximi auctores tam legū interpretes: qꝫ ſancti doctores de ceſarea poteſtate ſentiant. ac eius tranſlatione in germanos

ROmana regia poteſtas. quā ſacrū imperium vocitant ab ipſa humane nature ratione. q̄ optime viuēdi dux eſt. Cuiqꝫ oīnes parere oportet. originem ducit. Exactis nāqꝫ ex paradiſo delitiarum primis parentibus. Cum in agris homines atqꝫ in ſiluis beſtiaꝝ modo vagarentur. victuqꝫ ſibi ferino vitam propagarent. Animaduertit homo. nā rōnis participē illum deus creauit. hominem homini ad beneuiuēdū maxime conducere. ſocietatemqꝫ fore plurimū neceſſariam. Sic ergo qui ſegregati prius vitā in ſiluis more ferarum ducebant. ſiue docente natura. ſiue deo volente totius nature mgr̄o inſimul conuenere. ſocietates inſtituerūt. domos edificarunt. oppida muris cinxerūt. artes inuenerūt. ⁊ cum alter alterius cōmodis inſeruiret. placebat mirūimmodum ſingulis vita ciuilis. dulciſqꝫ nimiū videbatur ⁊ ꝓpinquoꝝ ⁊ amicoꝝ conſuetudo. Cuius fuerant prius expertes. Uerum ſicut ab homine multa parantur homini cōmoda. Sic nulla eſt peſtis que homini ab homine non naſcatur. Ceperunt itaqꝫ homines violare ſocietatē: fidē frangere. pacem turbare. iniuriam cōciuibus vicinoruꝫ tum opibus tū matrimonijs inſidiari. rapere aliena. ꝓbas omne obrūpere. nec eīn pacis emula maꝶ litiū ſuiqꝫ prodiga cupiditas paſſa eſt diu manere ius ſancte ſocietatis illeſum. Cum ergo premereꝶ ab initio multitudo ab hijs qui viribus erāt editiores. Ad vnū aliquem confugere placuit virtute preſtantem. Qui ⁊ iniurias prohiberet. inferri tenuioribus. Et equitate conſtituta. ſummos cum infimis pari iure teneret. Idqꝫ nedū vna in gente. ſed in pluribus factum eſt. Atqꝫ hij ſunt qui poſtea regis nomen obtinuerunt. Quoꝝ conſtituendoꝝ cauſam publica dedit vtilitas iuſti prope mater ⁊ equi. Nec ſane aliam ob cauſam rege fuerat opus. nec tante dignitatis faſtigium cuiqꝫ cōmittere oportebat: vt ceteris omnibus preferreꝶ. honoraretur ab oīnibus. ac preciperet omnibus. niſi vt eſſet qui publica tueretur. ac iuſticiam miniſtraret. Uerū cum plurimos reges orbis haberet. Cepit (vt fit) pluritas principum diſcordiam parere. Nāqꝫ cum modo de finibus. modo de iuriſdictione ꝯtēderent. Nec eſſet qui lites dirimeret. niſi gladius. cum nemo minorem ſe altero reputaret. ſtrepentibus ac furentibus bellis. Nec ciuitas cum ciuitate. nec ꝓuincia cum ꝓuincia conuenire poterat. dulceqꝫ illud ac ſuauiſſimū humane ſocietatis cōmerciū ꝓhibebaꝶ. Sed affuit preſto benigna humane nature prouidentia. Que ſuapte ingenio ad optima tendit. nec vult q̄ ſunt queqꝫ futura ſunt male diſponi. Hanc igitur operante ad vnū principatum. quem greci monarchiam. Noſtri v̄o imperium vocitant reduci ſingula placuit. Nec eīn aliter pax poterat vniuerſalis haberi. Hinc illud aſſirioꝝ imperiū exortum eſt. Hinc grecorū principatus alexandri magni virtute atqꝫ fortuna ex europa in aſiam ac libiā ampliatus. Hinc carthagineſe. Sed cuꝫ hec imperia nūqꝫ ſibi totū orbem ſubiecíſſent. Ac ꝓpterea pacem vniuerſalem parere non potuerūt. Placuit ſiue humane nature altrici. ſiue ipſius nature domino rectoriqꝫ deo. romanū imperium excitare. Roma igitur vt premiſſum eſt ab initio per reges gubernata eſt. ſeptēqꝫ regibus paruit. Quibus exactꝭ duo conſtituti ſunt penes quos ſummū ius eſſet. Ad extremū cū neqꝫ populus neqꝫ ſenatus ſatis ꝓbe ꝓuincias vrbēqꝫ regerent data ē vni poteſtas vt ratū eſſet quicqđ ab eo cōſtitueretur. Cui rei principiū iuliū ceſarem ꝓſtitiſſe non eſt ambiguū. Conſtituto vt diximus principe lege antiqua q̄ regia nūcupatur. populꝰ ei ⁊ in eum oīne ſuū imperiū ac poteſtatem contulit. Nec eīn vel populare regimen qđ politicū. vel optimoꝝ ciuiū qđ ariſtocraticum appellaꝶ. tam iuſtum tamqꝫ pacificū eſſe poteſt. quā monarchicū qđ in romano principe recognoſcimus. Quod aliquando per ytalos. aliquando per hyſpanos. Interdū per affros. dalmataſqꝫ conſtat adminiſtratum. Peruenit etiam ad grecos diuqꝫ apud conſtantinopolim tante gloria dignitatis permanſit. Et quāuis aliqnādo duo inſimul fuerint auguſti: vt dyoclecianꝰ ⁊ maximianꝰ. non nūqꝫ etiā plures. Id tamē vſurpatione magis qꝫ iure contigit. In apibus eīn inquit Gregorius priceps vnus eſt. Grues vnā ſequūtur. imperator vnus. Obuenit aūt hec dignitas nūc ſenatus electione. nūc populi vocatione. nūc militari fauore: nūc principis ordinatione. Demū v̄o negligentibus romā grecis: eāqꝫ nunc barbarorum. nūc aliorum direptioni relinquentibus. populus ille romanus qui ſuo ſanguine tm̄ parat imperium. Quiqꝫ ſuis virtutibus monarchiam fundauerat orbis: venientem in auxiliū eius Carolum magnū francorum regem natione germanum. qui vrbem ſacraqꝫ loca ab omni hoſtiū concurſione defendit. primo patriciū poſt auguſtum concurrente ſummi ꝯſenſu pontificis acclamauit. a carolo itaqꝫ magno imperij dignitatē occidenti reſtitutam. vſqꝫ ad ludouicū arnulphi filiuꝫ imperiū apud gallos nō parū habuit incrementū: veꝝ poſtea principum illoꝝ ignauia. ſplendor ille romani imperij in obſcuras tenebras conuerſus eſt. atqꝫ imperium quod annis centum ⁊ decem franci potiti fuerāt. demū in longobardos deductum eſt. Poſtremo in germanos duce ottone heinrici regis filio tranſlatum eſt. Taliqꝫ modo in germanos romanū imperiū conſtat eſſe tranſlatum. atqꝫ vſqꝫ in preſens obſeruatur. Quod per varias manꝰ deductum. Nunc ad fridericum tercium ac filiū eius regem maximilianū per legitimā electionem deriuatum eſt. Quibus ſuprema in temporalibus eſt ex alto cōmiſſa poteſtas. vt bella feliciter pagant: pacē decorent. ⁊ reipublice ſtatum ſuſtentent. Ad quas res omnes populi. omnes nationes. oīneſqꝫ reges ac principes. huic imperio libētibus animis ſe ſubmittent.

¶ Anno mundi.6153. Anno xpi.954.

IOannes duodecimus papa roman⁹.de via lata.pr̄is Alberici potentia fretus.pontificatum occupat. Octauian⁹ is q̄dem primo vocabat̃. Albericus eñ q̄dam roman⁹ ciuis potentiſſimus per factionē cũ magnatib⁹ inuitam.pcꝫ vim clero ⁊ pplo illatam filiũ ſuũ octauianũ creari pontificē obtinuit Qui ioannes duodecimus appellatus ē. Is vitā nedũ pontifici.ſ; cuicũcꝫ priuato turpem in pontificatu duxit. Quippe q̄ p̄ter venationis(cui ſe totum dedit)leuitatē.mulieres palā habuit cōcubinas. Erant tũ rome duo conſules ex nobilitate quotannis.q̄ ad vetuſti cōſulatus exemplar ſumme rez p̄eſſent. Et p̄fectus ite ū ex nobilitate creatus pplo ius dicebat. Ex plebe aũt creati ſingulis annis.xij.q̄bus de carconib⁹ erat appellatio.ſenat⁹ vicē conſilijs deliberationibus obtinebāt. Parebant vo romanis a q̄bus migratis annuos accipiebant oēs vrbes ⁊ oppida vicina etrurie intra vrbeuentanũ tudertinũcꝫ agros in vrbē vergentis. Et quicq̄d a neapoli ⁊ a marſis reatiniſcꝫ ad vrbē pertinet vlteriora ptim greci.ptim ſarraceni occupauerāt. Octauian⁹ itacꝫ potētia ī ſatis libera ciuitate fretus.pontificiũ mun⁹ humeris ſuis nequacꝫ cōueniēs ſibi deſumſit. Hac q̄dem indignitate moti duo cardinales litteris ottonē obſecrant.vt clerũ ppl̄mcꝫ romanũ e manibus berēgarij ioanniſcꝫ duodecimi vendicare conaret .aliter xp̄ianā fidem cũ imperio perituraī. Quorũ ioannes vtercꝫ noīe.diaconus vtercꝫ dignitate.⁊ ordine erat. Simileſcꝫ l'ras ad othonem multi ytalie ppli ⁊ potentes domi nobiles dederũt. Interim dũ otto expectaret re p indices patefacta. Ioannes duodecimus iracũdia ei⁹ erat impotens excādit. Et cardinales diaconos naſo vnũ.manu alteꝝ mutilauit.hāc obrem otto in ytaliā mouens vrbē ingrediēs a ioanne honorificentiſſime ſuſcipitur. coronaturcꝫ vt q̄dem tradũt. accepto germanie pannoniecꝫ titulo . Tranſlato tũ primũ ad germāos imperio.alij a leone hoc factũ exiſtimāt. Cōpoſito aliquātulũ ſtatu ciuitatis cũ ioanne ſecrete collocut⁹.eũ a flagitijs deterrens. ad virtutem cohortabat̃. Verũ cũ nequacꝫ moueri e ſentētia vbis eum cerneret.ad innas conuerſus. Is iudiciũ reformidās in ſiluis more fere aliquādiu delituit. Interim poſt paucos q̄ꝫ redierat menſes obijt. Et vt multi habent ſcriptores in adulterio deprehenſus.pontificatus ſui anno nono.menſe tercio. die q̄nto Eius vo in morte ſedes dies.12.vacat.

BEnedictus quintus papa.patria romanus.ex diacono in ſeditione pōtifex creatur.ab his potiſſimũ qui ioanni cognatione factionecꝫ cōiuncti fuerāt. Cũ prius otto leonē electũ cōfirmaſſet.pterui tñ bñdictũ in petri aplo ſede p romano pontifice locauerũt. Ea cũ intellexiſſet otto non vltra vbis cōminationibuſcꝫ agendũ ratus.primũ omni agri ⁊ ditionis romanoꝝ ciuitates.⁊ oppida pleracꝫ capi diripi ac magna expte vaſtari curauit. Romā exinde adeo dura preſſit obſidione.vt modiũ furfuris p eam tempeſtatez triginta aureis venũdatũ fuerit.tantiſcꝫ coangustatos malis romanos benedictũ ottoni dederunt.⁊ leonē acceperũt. Edomita romanoꝝ proteruia.otto in germaniā reuerſus benedictum apud hauſburgā relegauit. vbi poſt paucos menſes vita eſt functus Vixit aũt in pontificatu menſibus ſex dies quincꝫ. Sedes deinde diebus viginti vacauit.

LEo octauus papa.ciuis ⁊ latronenſis eccie pthoſceniarius a clero pplocꝫ romano pulſo ioanne pōtifex creatus añ bñdictũ.quē otto in ſede petri ꝯfirmauit.q̄ꝫ cũ furētes romani ⁊ paſſione obcecati eieciſſent.agentē imperatorē ſpoleti adijſſet Otto cos vi ⁊ armis ꝯpulit leonem ſuſcipe.q̄ ſtatim romanoꝝ inconſtantiā pertesus auctoritatē oēm eligendi pontificem a clero populocꝫ romano ad imꝑatorē trāſtulit. Leocꝫ piter vix ad terciũ menſem q̄ꝫ reſtitutus fuerat ſuperſtes fuit. Anno eñ p̄mo.menſe quarto morit̃.

IOannes.xiij.papa.narniēſ eps.pr̄ia rōnus p̄e ioāne epo leoni ſucceſſit. quā petrus vrbis p̄fect⁹ capitali odio ꝓſecut⁹ ē. Accerſit⁹ autē Iofred⁹ in cāpaniaz comes potens armatis ſtipat⁹. ioannē in pōtificem lateranēſi cepit. ꝑduxitcꝫ ī adriani molē.quā tūc ſic̄ ⁊ nũc caſtellũ ſancti angeli appellabāt. pōtifexcꝫ ibi aliq̄t cuſtodit⁹ dieb⁹ in campaniā duct⁹ eſt ad iofredi libidinē retinēd⁹. Veꝝ interfecto iofredo ei⁹cꝫ vnico filio a ioāne capuano p̄ncipe.pōtifex xj.mēſe ſui exilij romā ꝓpere redijt.otto cognita pōtificis calamitate romā perueniēs ꝯſules p̄fectũ cũ decarchonib⁹ ī vincla conijcit. Inde cũ otto ſenio ꝯfect⁹ obijt.nō multo poſt ioānes pōtifex ſexto pontificatus ſui āno.menſe.xi. die quinto ſubſecutus eſt.

BEnedict⁹ ſext⁹ papa p̄ria rōnus ioāni ī pōtificatu ⁊ calamitatib⁹ ſucceſſit.q̄ ⁊ ipe a cincio ciue rōno.⁊ q̄dē p̄potenti ī caſtellũ ſcti. angeli truſus: eo in loco nō multo poſt ſtrangulat̃ vel vt alij hñt fame morit̃ anno p̄io .mēſe ſexto ſui pontificatus.

Linea ſummoꝝ pontificū

Ioannes duodecimus



Benedictus quintus



Leo octauus



Ioannes terciuſdecimus



Bñdictus ſextus



Linea īperatorꝫ



Otto primus

OTto primus germanoꝝ imꝑator. heinrici regis nobilis heres in regnū ſuccedens. Anno ſalutis. 962. poſtq̄ꝫ in germania decē ꝛ octo annis regnauit imꝑator a pontifice declaratus. imperauit annis. xij. primo in palatio aquiſgrañ. a hildiberto archiep̄o magūtino prim⁹ coronatus. Uir vtiqꝫ xp̄ianiſſim⁹ ꝛ eccl̄e romane amator atqꝫ acerrimus defenſor. Qui domito boleſlao boemoꝝ duce poſt liberatū ludouicū francie regem pacē regno dedit. Eodemqꝫ tp̄e Ugo magnus comes pariſienſis q̄ ſororē ottonis in m̄rimonio hēbat. Ludouico regi francie iterato inimicari ceperat. qđ cū intellexiſſet otto ne continendo in fide ſororio ſatis ꝑ nūcios litteraſqꝫ ꝓficeret. ſecūda expeditione in franciā delatus ip̄e cōpeſcuit. ꝛ regi parere ac ſubeſſe coegit. Dux quoqꝫ giſilbertus q̄ regis ottonis ſororē habebat in vxorē aduerſus francos vt hoſtis ad andernacū ꝓceſſit. vbi a francis victus fugiens in reno ſubmergitur. Rex aūt belgicā ingreſſus totā in deditōnē redegit. poſt hec rex ludouicus viduā giſilberti vxorē in cōiugem accepit. hungari quoqꝫ ſiue q꞉ vicinos ꝯiugeſqꝫ bohemos ab ottone domitos ac ſubactos indigne ferrent ſiue q꞉ illum francie expeditionibus occupatū min⁹ reſiſtere poſſe crediderint. impetū in germaniā fecerūt. atqꝫ ſup̄ licum fluuiū ꝓpe ciuitatē auguſtā cōſederūt. Quibus otto ꝓcibus vdalrici ſanctiſſimi illius vrbis ep̄i motus occurrit. Duxit vero in illos magna ſpe. nec minori cōfidentia plenus otto. ꝛ paribus animoꝝ ardoribus paribuſqꝫ hincinde odijs p̄lio. qđ aliqđ diebus ꝑ ſolas noctes intermiſſe fuiſſe ferūt. decertatū ē. Quāqꝫ v͛o ottoni ꝛ germanis victoria ceſſerit cruētiſſima. Cecidit eñ in eo p̄lio gener regis cōradus ꝛ dux wormacienſis. hūgari tamē nō fuſi ſupatiqꝫ potius q̄ꝫ pene ad internitionē ceſi fuerūt. Adeoqꝫ tūc eneruata ē potentia hungaroꝝ vt multis poſtea tp̄ibus ſe cōtinuerint. Tres in eo prelio reguli ad poteſtatem ottonis viui ꝑducti ſunt. quos germani ottone etiā ꝓhiberet adnitēte. laqueo in hungaroꝝ dedecus ſuſpēſos necauerūt. Ea tot tantarūqꝫ diu ꝛ multis ꝯtinuatarꝫ ī locꝭ victoriarꝫ. ottonis fama rōmis ytaliſqꝫ ſuaſit. vt cū berengarij albertiqꝫ filij. tum etiā ceteroꝝ ytalie tyrannoꝝ malis ſinē quereret. ottonē orauerunt vt romanā eccl̄iam liberaret. Moturus germania otto filiū ex alunda vxore ſuſceptū ottonē nomine annū etatis ſeptimū agentē in germanie regē apud aquiſgrañ. coronauit. Ottoni rome appropinquāti romanos obuiam effuſos fuiſſe. illūqꝫ triūphi apparatibus in vrbem deduxiſſe multi cōcordant ſcriptores. Joannēqꝫ duodecimū ottonem in ceſarem romanūqꝫ imꝑatorem auguſtum coronaſſe. Alij eā coronatōem leoni octauo attribuūt. quā opinionē Gracianū in decretis ſecutum fuiſſe videmus. Inde cum ioanne multis inſtitit vt a flagitijs temꝑans vitam pontifice dignā duceret. Et cū ſuaſiones parꝫ prodeſſe intelligeret. epiſcopos ytalie cōuocari curauit. Sed pertinax in turpitudine ioannes roma fugiens in montibus delituit. Cū magnus ad imꝑatorem cōcurſus factus. efflagitatūqꝫ eſt vt quēpiam ille dignū pontificē deſignaret. otto modeſtia vſus electū ſe iubente a clero ꝛ populo leonē cōfirmauit. quo facto ꝛ rebus vrbis rome cōpoſitis otto ſpoletū acceſſit. Js quoqꝫ grecos in apulia ꝛ in calabria ſupauit. Et romanoꝝ imperiū ad frācos oriētales reduxit. atqꝫ in goſlaria ſaxonia argentifodinas inuenit Madeburgam vbi ſepultus eſt ornamentis plurimis decorauit. ꝛ metropolim fecit. denarij item ab eo ottolini vocati in ytalia conſtituti ſunt. Alia inſuper facinora laude digna inuictiſſimus hic imꝑator ſtrēnue geſſit. Erat eñ mitiſſimi ꝛ ſingularis clementie homo. Suſcepta itaqꝫ imperij dignitate ſingulis ꝑpe annis ex germania in ytaliā veniebat. Tandē ottonem filiū admodū ſenex rome imperij conſortē fecit. Quo facto in germaniā ꝓfectus. ſenio ꝯfectus. vīe ne morit͛. Cui⁹ corp⁹ in madeburg germanie vrbē delatū. in tēplo ſcti mauricij qđ ip̄e ſumptuoſiſſime conſtruxerat ſepelitur.

FErūt multa ꝓdigiā tū ytalia apparuiſſe. Nā ꝛ lapis de celo mire magnitudinis cecidit. ſcenente vētoꝝ ꝛ hymbriū ꝓcella. Et in veſtib⁹ multoꝝ ſignū crucis ac q̄dē cruēte diuinit⁹ apparuit. q̄ q̄dē portenta indicare magnas clades ꝛ calamitatē eccleſie multi interpretabantur.

SCiſma quoqꝫ decimū ꝛ vndecimū ſuſtulit otto magnus imperator. depoſito eñ ioanne cuꝫ populus ac clerus ro. leonem creaſſet. abſente ottone a conſanguineis ioannis leone electo benedictum ſubrogarunt. Indignatus otto coegit romanos abrogato benedicto leonē ſuſcipere.

Cometa



ECclipſim horribilē ſol paſſus ē die veneris hora diei tercia. q̄ die in hyſpania addamaram rex ſarracenoꝝ a Radamiro xp̄ianiſſimo rege gallicie in bello ſuperatus eſt.

IN ytalia cometes mire magnitudinis apparuit protendens famē. q̄ ſecuta eſt. Rexqꝫ otto corpus ſancti Innocentij in vrbē madeburgā tranſfert. anno quoqꝫ ottonis. xxxij. comes quidem eius familiaris rome a dyabolo arrept⁹ vt dentibus ſe diſcerperet ad ioannē. xiij. papā deductus. vt cathena ſancti petri in collo circūdaret͛. fallaces clerici aliam cathenam adhibuerūt. cū nihil remedij ſentiret allata cathena qua petrus a nerone ligatus fuerat collo appoſita dyabolus ſpumans ac clamans abſceſſit. Theodoricus metenſis epiſcopus arrepta cathena. niſi abſciſa manu. ſe non dimiſſurum ait imperator. ad ſedandam litem a papa ioanne obtinuit. vt anulum huius cathene ex ſectū epiſcopus obtineret. id ſummo honore obſeruauit.

Madeburga. olim parthenopolis a venere parthenia appellata: q̄ ibi colebatᷣ. Et vrbs v̄ginū dicta. metropolis ac p̄maria ſaxonie vrbs. ad albim fluuiū ſita. Is fluuius in montib⁹ exoriens. qui bohemiā morauiamq̧ diſterminat. Et ꝓuinciā mediā ferme perlabitᷣ. p̄mo in occidentē. deinde in ſeptētriones verſus. vt ꝓuinciā reliquit p anguſtias montiū ⁊ abrupta ꝯualliū p̄ceps ſaxoniā petit. quā duas in partes dirimens Madeburgā vrbem magnā alluit. Deinde in occeanū fertur. vbi q̧ a rheno flumine eq̄ terrarum ſpacio diſtans. nō minorē illo ꝑlabēs agrū. Neq̧ romani albim ip̄m (vt Strabo tradit) trāſcenderūt quē pleriq̧ germanie terminū ſarmacieq̧ quondā dixere. Hec inclita vrbs impatoꝝ pontificūq̧ honeſta ſedes. Tres in ꝑtes diuiditur. Eſtq̧ munita menib⁹ ac propugnaculis. turribus quoq̧ ac foſſatis excellit. In eaq̧ ſunt magnifice dom⁹. ꝑpolite platee. ampla ⁊ ornatiſſima tēpla. Carolus q̄q̧ magnus nobilem ep̄atum ibi ordinauit. Confecto cū longobardoꝝ bello: potentiſſimo rege capto. nullā morā interponendam putauit. q̄n in galliā cōfeſtim rediret. Saxonicū q̄ppe intermiſſum bellū eū domū reuocabat. ſaxonū gens longe maxima erat ac etiā bellicoſiſſima pene germanoꝝ oīm. hi falſos colentes deos. cū neq̧ diuini neq̧ humani iuris quicq̄ʒ penſi haberēt. nihil eque ac religionem noſtram. hominesq̧ ei deditos oderunt. Proximi erant francis. cum quibus continenter bella gerebāt. Hec palma cum carolo magno quaſi diuino munere reſeruata videretur. Sic renouatum eſt cum ſaxonibus bellum. Quo nec maius vllum nec grauius diuturniuſq̄ʒ a carolo geſtum fertur. Tres enim ⁊ triginta annos cum ferociſſimis gentibus certatum conſtat. Tandem penitus ſaxones debellati. ſe ſuaq̄ʒ omnia poteſtati caroli permiſere. Victis impoſite leges vt patrijs ceremonijs. falſiſq̄ʒ dijs poſthabitis xp̄ianam fidem profiterentur. magnū numerū obſidum darēt. modicis terminis ſepti. Erat autem carolo in bellis gerendis hic primū ꝑpoſitus finis. vt xp̄iane fidei legem. quantum in ſe eſſet extolleret. ideo purgata ſaxonia decem epiſcopatus in ea inſtituit. ſedes prima pōtificalis ab eo fundata. eccleſia Oſnaburgeñ. ſuper haſam fluuiū in honore petri q̄ʒ ſumme coluit. Secunda halberſtadeñ. in honore ſancti ſtephani. que prius i Oeſterwick fuit. Tercia myndēſis ſup weſarā fluuiū in caſtro wedekini. Quarta bremenſis in honore ſancti petri ſuper weſeram. Quinta padebornenſis fundata in honore beatiſſime virginis marie. Sexta verdenſis in loco fardan dicto ſu-



per aleram fluuium. Septima monaſterienſis in honore ſancti pauli. Octaua hildenſemēſis quā carolus primū in aulica fundanerat. morte preuentus incompletam reliquit. Nona bambergenſis in bāmonis id eſt ionis caſtro. que olim aquilonarium caput fuit. Decima ſedes epiſcopalis celeberrima eſt Madeburgēſis in honore diui mauricij fundata ſuper albiam in parthenopoli quondā partena dicta. Ea tamen a carolo magno inſtituta fuit primo in Styde ſuper dominio comitum de Swalenworch. qui nūc de lippia appellantur. deinde traſlata ad valerſleue. poſtea ad vreſe. Tandem per Ottonem primū imperatorem glorioſum anno ſalutis triceſimo ſupra nongenteſimū ad Madeburgā im mutata. Et eius auſpicio in primatū alemānie ſublimat. Cui primus epiſcopus prefuit ſanctus Adelbertus. vir omniū virtutum plenus. habꝫ hec vrbs inſignis in honore ſancti mauricij ex quadrato lapide templum ornatiſſimū. ottonū ceſarum nobile opus. Et in eo ſancti florentij corpus. Credunt quoqꝫ vnam e ſex ydrijs ibi eſſe. in quibus vinū ex aq̄ factum. a domino ſaluatore euangeliſtarum tradit hiſtoria hanc plebibus oſtendunt. materia marmorea e ac perlucida. vini capax quantum equus ferer poſſit. Alteram ⁊ minorem apud hildemenſes eſſe affirmāt Vexillum quoqꝫ ſancti mauricij hic quotannis oſtēditur. magiſtratus vrbis ius ciuile romanorum abbreuiatum ⁊ ſaxonica lingua conſcriptum. non ſine reuerentia cuſtodit. quod magni caroli auctoritate firmatum tradunt. Eoqꝫ in deciſione cauſarum vicine gentes recurrūt. magna ⁊ venerabilis earum legum auctoritas habetur. Extat in ea ymago perpulcra Rolandi. qui caroli ex ſorore nepos fuit. Preſtans fortitudine vir. Et poſt ingentem hoſtium cedem in prelio cū de hiſpania victa exercitum in galliam reduceret. a vaſconibus interijſſe dicitur. Hic eſt Rolandus quem (vti fama eſt) tempeſtate ſua corporis robore ⁊ animi magnitudine. longe ceteris alijs preſtiſſe. Cuius fortia facta per vniuerſum orbem celebrantur.

## Madeburga



Anno mundi. 6173. Anno xpi. 974.

DOnus ſecūdus. patria romanꝰ. bn̄dicto pontifici ſurrogatus. Hic multe modeſtie ⁊ integritatis fuit pontifex. Et ſi nihil in pontificatu geſſerit quo magnope laudaret. Non tn̄ vel aliqua iniuria affectꝰ. vel ignominia annotatus ē. Anno aūt pontificatus ſui primo morit. Et in baſilica petri ſepelitur. diebus tantūmodo duobus ſedes tunc vacat.

BOniſacius ſeptimus papa. cuiꝰ pr̄ia ⁊ cognomē ob ignobilitatē reticet. Hic cū malis artibus pōtificatū adeptus fuiſſet. male etiā amiſit. Nam iniito ingr̄atu cōſpirantibꝰ ſimul bonis ciuibꝰ relinquere vrbē coactus. Inde qꝫ recedens p̄cioſiſſima queqꝫ e baſilica ſancti petri. ſubtrahēs. cōſtantinopolim ꝯfugit. vbi tamdiu ſubſtitit quo ad diuenditis q̄ ſacrilegio abſtulerat. magnam vim pecuniaꝝ cōparaſſet: q̄bus tanq̄ꝫ adminiculis occupande tyrannidis fretus. vrbem repetit. ciues romanos largitione corrupturus. Obſtabāt conatibus ſuis viri boni. maxime vo ioannes diaconꝰ cardinalis. quē captiadiuu antibus q̄buſdam p̄niciosis hoībus oculis ſtatim priuauit. atqꝫ ipe tantoꝝ maloꝝ auctor ſine timore ſine penitētia patrati ſceleris in ſeditione turpit vitam finiuit. Vixit aūt in pontificatu menſibus ſeptem. diebus quinqꝫ. vacauit tunc ſedes dies. viginti.

S. Vdalricus epūs



VDalricus ep̄s auguſteñ. ex clariſſima comitū de dillingen proſapia ortꝰ. In cenobio ſancti galli enutritus. q̄ litteris ac diuino cultu inſtructus. cum ⁊ habitū religionis optaſſet. ab incluſa admonitus ne faceret. Cū eū futurū ep̄m denūciaret. a cōſanguineis deinde ep̄o adelberano traditꝰ. Tandē diuino nutu in ep̄m ꝓmotus. totū ſe diuine contemplationi ac reſtaurandis eccleſijs dedit. q̄ ſuis v̄tutibus ac orationibꝰ mira geſſit. in hūgarica expeditōne p̄cipue cū otto imperator eos vicit. Amiſit quoqꝫ in eo bello diopoldū frem ⁊ regmboldū filiū ſororꝭ. Inde ecciam diue affre inſtaurās ac eccl̄iam ſancti ioannis ac ſtephani. Tandem poſt multas patiētie coronas anno domini nōgenteſimo ſeptuageſimotercio. Etatis vo octuageſimotercio. Sacerdotij quinquageſimo migrauit ad ſuperos. inter ſanctos relatus. Sepultꝰ a dn̄o wolfgango ep̄o ratiſponēſi ī eccl̄ia ſancte affre. fuitqꝫ ſctītate ac miraculis clariſſimꝰ

BEnedictus ſeptimꝰ papa. pr̄ia romanꝰ. Statim inito pōtificatu ſynodū Remenſem celebrauit. vbi gilbertū ſeditioſum virū ⁊ nigromanticū dānans. arnulphū ep̄m ab ipo gilberto pulſum in integrū reſtituit. Hic annuēte ottone ſene ottonē eius filiū cū theophonia vxore in lateranēſi eccl̄ia coronauit. Vir autē optimus inſtabat vnū quēqꝫ rogando vt in creando impatore rei publice xpiane cōſulerent. Moritur pontificatus ſui anno octauo. mēſe ſexto. Vacatqꝫ ſedes diebus quinqꝫ.

IOannes decimuſquartus papa. pr̄ia romanꝰ vel (vt nōnulli volūt) papiēſis bn̄dicto ſurrogatus. Hic poſt aſſumptū pontificatum mēſe tercio a romanis capit. Et in mole adriani. vt in publica cuſtodia incluſus. Ibi tamdiu pedore carceris inedia et moleſtia animi maceratur. quoad vitam turpiter finiuit. Quo mortuo ⁊ in baſilica petri ſepulto. ceſſauit papatus dies decē. Deiectus ne pontificatu fuerit. vel ob impotentiā ⁊ tyrannidē vt quidā coniectāt vel ob inuidiam maliuoloꝝ ⁊ ſeditioſoꝝ quorundam haud ſatis conſtat adeo ſunt confuſe iſtorum tempore hiſtorie.

IOannes. xv. papa. pr̄ia romanꝰ. p̄re leone p̄ſbitero e regiōe galline albe pōtificatū adeptꝰ. miro odio in cleros exarſit. vn̄ ⁊ merito ab ipſis clericis odio hitꝰ ē. maxīe vo q̄d diuīa hūanaqꝫ oīa cog̃tis ⁊ affinibꝰ ſuis elargiebat poſt hito dei honore ⁊ rōne ſedis dignitate. quē certe errorē ita poſteris tradidit. vt ad nr̄a qꝫ tpa ꝑueniſſe cernimus. Hijs deniqꝫ erroribꝰ ac rapacitatibꝰ inuolutus deo volēte morit. octauo pōtificatus ſui mēſe. Sepeliturqꝫ in baſilica petri.

S. Cōradus ep̄s



COnradꝰ qꝫ ꝯſtancieñ ep̄s p id tp̄s ⁊ ipe religiōe ſctitateqꝫ ac doctrīa atqꝫ alijs v̄tutibꝰ inſigniſſimus fuit. Is ex nobilibꝰ ī germania ortꝰ parentibꝰ. lr̄is eruditꝰ. a nothingo ep̄o ꝯſtāciēſi auditor cāꝝ inde ꝑpoſitꝰ effectꝰ. pꝰ eiꝰ obitū a. s. vdalrico ac clero ī ep̄m electꝰ. inde eccl̄iam ꝯſtācie ⁊ duas añ portā ꝯſtrui fec. Et cū tercia vice hieroſolimā petijſſet. ī eccl̄ia. s. mauricij ſepulcꝝ dn̄i adiſtar hieroſolimitani ꝯſtrui fec. Celebrās ī die paſce araneā ī calice delapſam cū fiducia ſūpſit. q̄ pꝰea hora prādij ſine leſione de ore eiꝰ exiuit. Plenꝰ tandē dieꝝ pꝰ varia miracl̄a obijt. vj. kal. decēbris. Epiſcopatus ſui anno. lxij.

Linea ſummoꝝ pontificū

Donus ſecūdus



Boniſacius ſeptimus



Benedictus ſeptimus



Joannes decimuſquartꝰ



Joannes quintuſdecimꝰ



Linea īperatoꝝ

Otto ſecundus



OTto ſecūdus imꝑator. quē otto magnꝰ pr̄ imꝑij cōſortē fecerat. quē etiā pōtifex cū theophania vxore ī lateranēſi eccīa coronauerat. anno domini. 975. ſolus imꝑare cepit. Vir q̄dē ⁊ ipſe optimꝰ ⁊ eccīe ro. acerrimus defenſor. Qui cū eſſet vir ſtrenuus an̄ acceptū imꝑiū pacem regno grecoꝝ dedit. Et theophaniā ioannis ꝯſtantinopolitani imꝑatoris ſororē in matrimonium accepit. Nam otto pr̄ filiū ottonē re ī ſarracenos grecoſqꝫ bn̄ geſta. reuerſum ꝯſortem imperij aſciuit. Voluitqꝫ in īperatorē a romano ꝑplō ex priſca ꝯſuetudīe acclamari. quē pontifex inunctū imꝑiali diademate inſigniuit. Hic poſt mortem pr̄is in germaniā rediit. Et heinricū bauaroꝝ ducē ſibi rebellem domuit. Sed dū ea occupaᵗ expeditōe otto imꝑator. Lotharꝰ rex frācoꝝ in lothoringiā copioſum ducens exercitū. eā romani imperij ꝓuinciā occupauit. Et aqſgrañ. delatus agros populatus ē. in quē cū otto ex bauaria duxiſſet exercitum Lothoringia in poteſtate facta. Lotharius in pariſius eſt reuerſus. ottoqꝫ in frāciam ingreſſus laudunenſiū sueſſionūqꝫ agros vaſtatis. pariſioꝝ q̄ꝫ ſuburbia īcendit. Dū in patriā copias reducit. apud axonā fluuiū nō nihil incōmodi accepit. Deinde vero cōparato maiore exercitu in ytaliā ꝯ baſiliū ⁊ conſtantinū imꝑatores grecoꝝ Ioannis genitori defuncti ſuffectos veniēs. qui iam calabriā ⁊ eaꝫ ꝑtem ytalie occupauerāt q̄ ad ſiciliā vḡit. apud baſentellū ſuꝑatus. otto imꝑator fugiēs cum repente ad littus ſcaphe ſe cōmiſiſſet a pyratis quis eſſet ignorantibus interceptus ē. in ſiciliamqꝫ ꝑductus. ſ ibi agnitus. ſeſe ꝓmiſſa ſiculis ingenti pecunia liberari. romāqꝫ ꝑduci obtinuit. Et de pyratis ſumptū ē a ſiculis ſuppliciū. Cuꝫ romā ꝑueniſſet otto ꝑquirēdis ꝯgregandiſqꝫ fracti exercitus ſui reliquijs diligenter operam impendit. Et q̄ꝛ copiaꝝ p̄ſidio deſtitutus. in deſertores ſignoꝝ romanos animaduertere nō auderet. Irā in beneuētanos exercuit vrbē capit ⁊ incēdit. Trāſlato inde ſancti bartholomei corpore romeqꝫ in inſula tybernia collocato. Eo loci maxime q̄ olim iouis hoſtia lycaonia dicebaᵗ. Ferunt ottonē beneuento deleta in vrbeꝫ romā reuerſum de quibuſdā ſumpto ſupplicio. nō multo poſt tranſlatum ſancti bartholomei corpus rome mortuū. Et in veſtibulo. b. petri (qd paradiſum vocant) labro porphiretico. qd adhuc introeūtibus ad leuā apparet honorificentiſſime ſepultū relicto ottone tercio filio ſucceſſore ac adeliſia filia. Alarani montis ferrati marchionis vxore.

Bruno epiſcopus



BRuno Colonienſis eps. Ottonis primi germanꝰ ob vite ſanctitatē maximo in precio habitus eſt. q̄ pter doctrinā ⁊ ſctitatē moſteriū celeberrimū apud coloniaꝫ ſb titulo btī panthaleonis martyris fundauit. ac maximis impēſis tandē ꝑfecit. Is poſt wifridū archiepātum colonienſiū ſuſcepit. Huiꝰ opa a roma coloniā corpa ſctōꝝ Elyſij. patrocli cū baclo ſancti petri tranſlata ſunt.

Odiolo abbas



ODiolo poſt maiolū ſctm̄ abbatē cluniacenſem q̄ in cluniaco magnū ſui apud poſteros vita ⁊ miraculis exemplū reliquit. Hac tempeſtate floruit. q̄ ex clerico bernacenſi in mōachū ꝓfeſſus cluniaci fit abbas. Qui rexit monaſteriū ꝑ annos. lvi. miro religionis feruore. Qui inter cetera ſue ſctitatis memorāda cōmemorationē oīm defunctoꝝ poſt feſtū oīm ſanctorū in burgundia primū adinuenit ⁊ inſtituit. Qd q̄dē ſctm̄ inſtitutū ad oēs eccīas ioannes. xvi. pontifex obſuandū trāmiſit ⁊ approbauit. Is anno incarnationis. 1048. nocte circūciſiōis ſpm̄ btm̄ reddidit deo

Eduardus rex



EDuardus angloꝝ rex. Et ipſe tū regno tūqꝫ ſctitate clariſſimꝰ extitit. qui poſtea nouerce ſue doliſ ac fraudibꝰ interfectꝰ. martyrij palmā adeptꝰ. miraculis claruit multis.

Alpharabius phus



ALpharabiū natōe arabū inſignē q̄dē phm̄ hiſdem tpibꝰ viguiſſe multaqꝫ ſcripſiſſe tradunt de q̄bus etiā pauca apud latinos hn̄tur cōmentaria.

Ludouicus rex



LUdouicꝰ q̄rtꝰ eiꝰ noīs frācoꝝ rex ⁊ vltimꝰ ex caroli magni genere natꝰ. pꝰ lothariū frācis regnare cepit. cū nullos ex blāca hūit filios. hugoni ſtrenuiſſimo militi ex teſtō regnū ⁊ vxorē donat. Cuiꝰ genealogia āc poſteritas nūc apud francos regnat.

Thedaldus comes



THedaldꝰ Canuſij regiēſis oppidi comes athone pr̄e comite defuncto ſucceſſit. Vir aīo ⁊ rebꝰ bn̄ geſtis inſignis. Cuiꝰ ob merita pōtifex ioānes ferrariā ytalie vrbē eidē poſſidendā ꝯceſſit. Qui cenobiū ī agro mōtuano celeberrimū ī honore diui bn̄dicti fundauit. Qd poſtea glorioſa matildis filia eiꝰ celeberrime ꝑfecit magnis q̄dbibitis ornamentis ⁊ predijs.

IOannes ſextuſdecimus. papa natione romanꝰ. pōtificatū inijt ottone im-perāte. ſʒ nō dum coronā imperij adepto. fuit aūt vir tante doctrine vt multa ⁊ quidē eleganter ediderit. Agitatus deinde ſeditionibꝰ a creſcētio conſule romano imperiū vrbis ſibi vendicare conante. cupiditati hominis cedēs. exulatū in hetruriā abijt. at vo creſcentiꝰ cognita Joannis indignatione. q̄ ottonē contra ſe cū exercitu in ytaliā vocabat. ipius pōtificis cognatos ⁊ amicos q̄ in vrbe remanſerāt. ad boiem mittit rogatum. vt omiſſa accerſendi ottonis cura. ad vrbē cū ptāte redeat. polliceturqꝫ ſe ei in oibus obtemperaturū. Precibus igitur ſuoꝝ pmotus ad vrbe veniēs. pdeūte obuiā creſcentio cū oibus migratibus ⁊ vrbana multitudine. Et creſcētius cū vniuerſis ſeditioſis petita venia pedes pōtificis exoſculati ſunt. atqꝫ ita in ꝯcordiā redacti vitā ſil' cū qēte i finē traduxere. Morit aūt pontificatꝰ ſui anno. x. mēſe. vi. die. x. vacat tū ſedes diebꝰ. vi.

GRegorius eiꝰ noīs qntus natione ſaxo. pñc ottone. Bruno añ vocatus. ottonis tercij auctoritate ob cōſanguinitatē pontifex creatur. Veꝝ ottone in germania exeūte ſeditionibꝰ romanoꝝ ⁊ potiſſimū creſcentij cōſulis exagitatus. in etruriā pmo. mox i germaniā ad imperatorē confugit. Quo abſente interim romani creſcentiū. denuo cū ſumma poteſtate ꝯſulē decernūt. Qui ſtatim ioannē natione grecū epm placentinū nō minꝰ pecunioſum q̄ doctū pontificē creat. Cuiꝰ nomē qdē ſupprimūt alij decimūſeptimū vocant. at creſcētius cognito ottonis cū magno exercitu ad vrbē aduentū. menia ⁊ portas q̄ diligentiſſime firmat. Molē adriani munit hinc poſtea creſcentij arx appellata eſt. Superueniēte deinde imperatore vrbē oppugnare adorto populus romanꝰ cum neqꝫ tātis copijs par eſſe poſſet. clemētia ottonis fretꝰ germanis portas aperit. Cū creſcentiꝰ ⁊ ioannes ꝯſilij ⁊ auxilij inopes in arcē hadriani cōfugiētes ſe ſe acriter ꝯ hoſtes tuebātur. Veꝝ ꝓpoſita ſpe venie. dū ex arce ad imperatorē ſe ꝯferūt. multis vulneribus a multitudine creſcētius ꝯfodit. ioannes autem effoſſis pus oculis pōtificatu ſil' ⁊ vita priuat. In priſtināqꝫ ſedem gregoriꝰ vndecimo mēſe q̄ pulſus fuerat reſtituit. Js cognita impij imbecillitate ſanctionē retulit de imperatore eligendo. vt ſtatim patebit infra. Tandē ſecūdo pōtificatus ſui anno. mēſe. v. morit. Vacat tum ſedes diebus. xv.

IOannes decimuſſeptimꝰ placētinꝰ epſ. vt diximꝰ potētia creſcētij romani cōſulis fretꝰ. quē pecunia corrūpiſſe creditū ē. tpe gregorij qntiꝰ p factionem pontificatū occupat. quā pecuniā e cōſtantinopoli detulerat. ſciſma igitur xij. fuit inter iſtos pontifices. Verum breui tpe durauit. Nā cū ignominia moritur decimo vſurpati pōtificatus menſe. vacat tum ſedes dies viginti.

Heinricus hic nobilis impator. Cū in die pēthecoſtes in germania apud magūtiā id feſtum ſolenniter perageret ⁊ paulo ante miſſam loca iuxta impatorinm ſoliuin pararentur diabolo incitante inter famulos archiepiſcopi maguntini ⁊ abbatis fuldenſis cenobij orta diſſenſio quis dominus eorū iuxta imperatorem ꝓprius ſedere deberet. Cum hic abbas tāte potentie fuit. vt multa milia armatoꝝ imperatori mittere poterit. habens priuilegiuʒ vt ad dexteram imperatoris ſedeat. poſt varia verba ventum eſt ad pugnam. atq3 furore theutonico omnia cōmiſcente eccleſie pauimentum ſanguine repletur. Verum epiſcopis ⁊ alijs cōuolantibus. vnitas inter eos reformata. templum purgatum. miſſa cū multa deuotione celebrata. Sed cum ad illum verſum ſequentie ventum eſt hunc diem glorioſum feciſti. vox ab aere lapſa eſt dicens. hunc diem bellicoſum ego feci. quo audito rigētibus omnibus pre timore. imperator diligenter intendens leticiam diaboli. Tu inquit omnis malicie inuentor diem luctuoſum feciſti. nos per dei gratiam qui illum gratioſum fecit. pauperibus ⁊ indigentibus gratioſum redemus. Cōpleta cū ſumma deuotione miſſa. vocatis egenis ⁊ pauperibus omnia precioſa cibaria eis diſtribuit. ſuis manibus illis ſeruiēs.



Malefica quedā auguriatrix. in anglia fuit quā mortuā demones horribiliter extraxerūt. dū clerici psallerent Et imponētes sup equū terribilē p aera rapiūt. Clamores quoqȝ terribiles (vt ferūt) p q̄tuor ferme miliaria audiebāt

Temporib⁹ quoqȝ heinrici tercij impatoris eccl̄ia gloriose resurrectionis in hierusalem. q̄ ab arabibus destructa fuerat. a fidelibus reedificata fuit. Postq̄ȝ ei egiptiorū potentia contra persas inualescere cepit. añ thurcorum aduentū ab egipto in anthiochiā regiones vniuersas occuparūt. Urbs quoqȝ sancta cū adiacente regiōe in eorꝫ deuenit potestatem. Inde p̄fectus calipha omi impietate plen⁹ deo ꝛ hominib⁹ odibilis. inter cetera nephanda eccl̄iam dominice resurrectionis (que per venerabilem viruꝫ maximū eiusdē loci epm̄ p̄cipiente constantino magno augusto edificata fuerat. postea per modestum tempe heraclij impatoris instaurata) funditus deijci mandauit. Diruta ē autē āno ab incarnatione domini. M. xviij. quo tempe ei prefuit vir sincerus heresius nomine eiusdem tyranni auūculus: m̄ris eius frater. Inde cōditio fideliū ex dolore mestissimo ꝛ pluribus augurijs in peius se v̄tit. Exempto rebus humanis p̄scripto tyranno. filius eius dahernitius ex petitione cōstantinopolitani agere cepit. reedificandi potestatē fidelib⁹ concessit. Cum autem vires xp̄ianorū in hierosolima p instauratione non sufficientes essent habita petitione ad imperatorem constantinopolitanum. Is de ꝓprio fisco sumptus necessarios ministrari p̄cepit. Eāqȝ vt nūc est eccl̄iam sancte resurrectionis anno ab incarnatione dn̄i. M. xlviij. miro ardore reedificarūt.

Cāpanus astronom⁹



Guido musicus



Campanus celeberrimus doctor. ꝛ maxim⁹ astronomus. Hac tempestate in precio ex̄ns. nonnulla accuratissime scribit. atqȝ errorem aliquātulꝫ. in ptolomei magni astronomi. calculatione adinuenit. videlicet quo ad lune ꝛ stellaꝝ motū. ac etiam in nonnullis alijs. Hunc tamē preclarū virū excusatum habet. cū hoc ei nō ꝓuenerit. ob ingenij defectum. veꝝ ob penuriā tempis. maxime quo ad motum octaue spere ad quē longū tēp⁹ requiritur. eius theorica ac computus laude digna sunt

Hugo abbas



Lanfrancus



Guido quidam celeberrimi nominis musicus. patria etruscus ex ciuitate arretio natus. Et ipse per hoc tempus plurimū claruit. ꝛ canendi moduꝫ in sacris videlicet per flexuras ꝛ digitoꝝ notas dinumerādo melliflulum reddidit. ac regulas tradidit.

Hugo cluniacensis abbas homo sane (p̄ter doctrinam) genere. pietate religione. clementia atqȝ insignis. per hoc tempus in odilonis abbatis loco substitutus nonnulla perscripsit eruditione ꝛ laude digna.

Theobaldus



Hermānus cōtractus



Lanfrancus natione papiensis. doctor quidē eximius. ꝛ anshelmi egregij doctoris p̄ceptor. Hijsdem tpibus in gallijs insignissim⁹ fuit. q̄ cū apud parisius legendo. scribēdo. disputādo clarissim⁹ haberet. fact⁹ diuino spiritu scol̄ abrenūciauit. ꝛ ad ꝓpria remeauit. vbi rebus suis paupibus erogatis maxima cum hūilitate q̄ ad vixit soli deo tanq̄ȝ verus xp̄i fu⁹ militauit. q̄ postea ex abbate cadom̄. fact⁹ archieps̄ cātuarien̄. pleraqȝ bona in eccl̄ijs anglie fecit. Hic p̄ ceteris libꝛ insigne noīe Scintillarē ꝯ berengarij errores cōposuit. ꝛ alia p̄clara edidit.

Theobaldus etiā nobilis frācus vir religiosus hisdē q̄ȝ tpibus apud vicētinos ꝛ doctrina ꝛ vite sctītate multo ī p̄cio fuit. ac quedam composuit.

Hermān⁹ p̄terea ꝯctus ꝛ ip̄e religiosus p̄ria alemān⁹ ingenij p̄stantissimi vir hac etiā tēpestate cū ī diuinis exercitatissim⁹ esset. multos q̄dem ꝛ egregios cōposuit hymnos. atqȝ in honorē v̄ginis marie nōnullas celebresqȝ cōposuit. inter q̄s Salue regina precipua habet. Sed de q̄dratura circuli multa ꝛ docte ꝛ acute descripsit. ac quedam alia.

COrpus gigantis. ea tempeſtate pallantis Euandri filij. in q̄dam ſepulcro repertū ē. ad cuiꝰ caput lucerna accenſa inuenta ē. Cuiꝰ ſepulcri epigrāma erat. filius euandri pallas quez lancea turni. militis occidit more ſuo iacet hic. hos verſus tūc nō editos arbitrātur. quāuis carmentis lr̄as latinas inueniſſe dicatur. ſ; ab ennio vel alio poeta antiq̄. habebat id cadauer in medio pectoris vulnus. Cuiꝰ hiatꝰ quatuor pedibus ꝛ ſemis menſuratꝰ ē. lucerna aūt ardens inuenta nullius liq̄ris aſpergine aut flatus violentie extingui poterat. Sed q̄dā ſbtilioris ingenij ſubtus flāmam ſtilo foramē fecit. Quo facto mox vt aer ſbintrauit ignis euanuit. Corpus aūt tante vaſtitatꝭ erat. vt muro applicatū altitudinē meniū vinceret. Sed diebꝰ ꝑcedentibus ſtillicidijs infuſum. cōem mortaliū corruptione agnouit. ſoluta cute neruiſq; fluentibus.

Berengarius



BErengarius doctor natione turonenſ andegauenſ archidiaconꝰ ꝑ hec tēpora cuz diu ſanctitate ꝛ doctrina inſignis ꝛ clarus fuiſſet. ob doctrine ſue amplitudinē primo cōſuſus in eucharīſtie ſacro turpiter errauit. et multoꝝ aīos tp̄o ſuo errore infecit. Sed diuina poſtea illuſtratus gratia errorē ſuū publico cōcilio vercellis habito emēdauit. vt in decretis hꝫ de cōſe. di. 2. c. ego berengarꝰ Emendacioneq; facta. ſtatim ſophiſtice diſcipline ſtudio omiſſo. primo oīa pauperibus erogauit. factuſq; ꝑdupimus labore manuuz ſuaꝝ quoad vixit viuere voluit. ꝛ vniuerſum vite ſue tempus ſanctiſſime contriuit.

COncaliū q̄z vercellenſe ſeq̄ntibus annis in vercellaꝝ ytalie vrbe leonis pōtificis iuſſu cōtra iſtū berengariū ꝛ eius errorem celebratꝰ in q̄ quidē concilio idē berēgarius andegauenſis archidiaconꝰ cuiuſdā eccl'iaſtici erroris auctor damnatꝰ fuit. Et poſtmodū (vt dictū ē) illuſtratus optime vixit.

CIrca idem tēpus anno dn̄i. M. xl. claruit. b. iohēs fundator ꝛ iſtitutor ordinis vallis vmbroſe. ſb regula militantis btī bn̄dicti. cū q̄buſdā ꝯſtitutōnibus eoꝝ ſupadditis. Et in habitu griſeo. que religio multa monaſteria in tuſcia ꝛ longobardia ſuperiori habet. Hic itaq; glorioſus ſanctus de ciuitate florētie oriundus p̄re gualberto milite florētino natus. hac de cauſa. vt ex eius habetur hyſtoria ad religionē ſe contulit. Cū inimicicias aduerſus finitimos gereret q̄ fratrē ſuū obtrūcauerat. Die quadā ex agro florentiā rediens armatoꝝ multoꝝ manu ſtipatus. oportune in eū q̄ fratrē interfecerat nō ꝑcul a monaſterio diui miniati in mōtanis incidit. Qui cū ſe circūuentū videret. nec ſalutꝭ ſpes ſibi ꝓponeret. Ad huius ioannis gualberti pedes humiliter ꝓcidit. ſuplex ꝑ ih̄m xp̄um crucifixū cancellatis manibus ad pectus. petens ſibi veniaz dari. ꝛ fraterne cedis culpam ignoſci. q̄bus p̄cibus cōmotus ioannes om̄e illud qđ ſuſceperat odiū. de fratris nece ſtatim īfregit. ꝛ culpā oēm cōdonauit. At cū vltra ꝓgreſſus eccleſiam diui miniati occurrentē intrauit. ꝛ an crucifixi effigiē cōſtetiſſet. ꝛ om̄e crimē remiſiſſet. Illico cūctis cernentibus crucifixi ymago motu capitis illud cōprobaſſe viſa ē. ꝙ ob eius reuerentiā, capitali inimico pepciſſꝫ Adhuc crux illa ꝓ iudicio tanti miraculi in eccl'ia miniatis ꝓꝑe florentiā in monte cuz veneratione vſq; in hoc tp̄s demonſtratꝰ. vbi olim fuit monaſteriū nigroꝝ monachoꝝ. nūc aūt alboꝝ id ē montis oliuaꝝ. Talis igit miraculi monimento vir ſanctꝰ ꝑmotꝰ. ſtatim ſe religioni cōtulit. ꝛ vt heremita in eā appennini ꝑtem q̄ vallis vmbroſa dr̄ ſeceſſit. vbi ꝛ vite ſanctitate dei ſummi in ſe gr̄am maiorē exptus ē. atq; ita primus monachus deuotiſſimꝰ illius ſacri ordis vallis vmbroſe illis in locis templū poſuit. a quo poſtea multa alia loca nomē ꝛ originē duxere. Hec q̄dē religio poſtea viris ſctītate ꝛ ſcīa clariſſimis floruit. Joannes aūt factꝰ religioſus ieiunijs ꝛ abſtinētia eſce ꝛ potus ac vigilijs carnez domare cepit. ꝛ ocium vitare. ꝛ orationibus ꝛ pijs operibus inſiſtebat. deinde ī miraculis fuit copioſus. languidos ſanitati reſtituit. Tandem beatus pater ſenio cōfectus inſirmatus congregauit om̄es abbates varijs ex locis ꝑnūciās ſuū exitum hortatus omnes ad obſeruantiā regule ꝛ vnitatem. ꝛ dilectionē fraternā ſumptꝭ deuote ſacramētis ſp̄m celo reddidit. Anno incarnatōnis. M. lxxiij. quarto ydꝰ iulij celeſtia petens miraculis plurimis clarus. quā ob cauſam paulo poſt gregorius huius nominis ſeptimus pontifex eum in numero ſanctorū retulit. Sepultus autem fuit poſt obitum tercia die i eccleſia monaſterij de paſignano. poſt cuiꝰ tranſitum deus omnipotens multa per eum miracula fecit.

Ordo vallis vmbroſe.



S. Joannes gualbertus monachus



Vlma inſignis vrbs ſueuie. ad vlteriorem danubij ripam ſita. qui fluuius ex hilaro ⁊ blauo fluminibus in eo loco exoneratur. indeq̄ nauigabilis redditur. vt Sueuia. baioaria. auſtria. ⁊ pānonia. ob nauigia danubij non parua ſentiant cōmoda. Cum v̄o hec inclita vrbs in fundatione imperij inter villas quatuor ponatur. ne ab exteris ſine ornatu ac muro eſſe cenſeatur. Cum galli ingentes ciuitates veluti pariſius ⁊ lhuronem villas nominabant. Ipſa v̄o vlma tū muris foſſatis ac menijs atq̄ publicis ac priuatis edibus pornata exiſtat. Et nobilibus familijs a tpibus caroli magni imperatoris aucta ſit, ideo in eius laudem ac deſcriptionem vrbis metra heroico deducta carmine edita ſunt.

Vlma decus ſueuie: qua primo ab origine ducat
Principium: nullis ſat certum annalibus extat
At ꝙ ⁊ antiqua ⁊ preſignis ſit: probat ipſum
Nomen: quod latio deſumptum eſt fonte. ꝙ apta
Vlmetis plena poſita eſt vligine terra
Nanq̄ vbi defoditur circū vrbem: glitea craſſis
Arboribus tellus habilis reperitur: ⁊ inde
Barbarie ſpreta: nomen capit vlma latinum:
Vrbs libertina eſt. romano ſubdita diuo
Imperio regis: villis ex quatuor vna:
Non quia villa ſiet. ſed quondam forte reuicta et
Vi belli vaſtata. iterum conſtructa carebat
Temporibus certis muris. firmiſſima iam nunc
Ipſis: contiguo hos a parte danubius alueo
Preſluit: hic ſapido repletus piſce: breui illum
Per mediam labens vrbem curſu blauus intrat
Preterea cincta eſt foſſatis ipſa profundis
Turribus excelſis, domibuſq̄ impleta decoris



Affluit ꝛ pluri populo.q̃ꝫ multa per orbem
Oppida: que ſepti ſpacio perlacius extãt
Pulcras inter habet ſtructuras grãde labore ꝛ
Arte atqꝫ expenſis opus eccleſiam genitrici
Sacram diuine: cui vix equabilis orbe eſt
Ampla quidem valde: grandis quoqꝫ molis in altũ
Suſtentat laquearia magna: capaxqꝫ frequẽtis
Turbe multa inibi feſtiuo milia ſole
Conueniunt: hic magna dei veneratio crebro eſt.
Quo ſol eois exurgens montibus ignes
Spargit: vix templum parochos continet vnum
Vlma ſenatores prudentes obtinet: illi
Publica ſagaci diſponũt cõmoda ſceptro.
Unde breui creuit: locuples ex paupere ſerua
Facta hera: qꝫ multas iã opulentas cenſibus vrbes
Perpetuis ſuperat: comitatus tris fere cum omni
Appendice ſuo retinet prompto ere coemptos
Unam inter plures: non paruo denicꝫ fructu
Mercem agitat: panno lino lanaqꝫ parato
Veſcanicã hunc aliqui vocitant tractata frequentat
Negociũ variũ eſt: hoim hinc pars maxima ſeſe.
Hic nutrit: pereunt multi ditantur in ipſo
Sunt alie laudes vlme quas promere cunctas
Mentio materie prohibet breuiata valete

ΤΕΛΟΣ· ΜΟΝΟΚΩΛΟΥ · ΑΣΤΟΥΡΑΜΜΑΤΟΣ·



VIctor ſecũdus papa gebhardus antea vocatꝰ. eccĩe eyſteteñ (q̄ olim aureata dicebaẗ) eṗs in ordine decimuſſeptimꝰ. natione alemanꝰ ex bauaria põtificalem dignitatē poſt leonē adeptus. magis heinrici grã. q̃ꝗ quã aliq̇ ſcribãt liberis ſuffragijs. Verebaẗ eĩm clerus ꝑpluſq̃ romanꝰ heinrici potentiã. victorē igiẗ ꝓponũt legato Yldebrando ad heinricũ ob cã rem miſſo. q̇ oĩa ex ſententia romani cleri impatoriſq̃ ꝑfecit. at victor in ſede oĩm ꝯſenſu cõfirmatus. magnã ſynodũ abnuẽte impatore florẽtie hũit. In q̄ quidē multos eṗos. tũ ſymonie. tũ fornicationis cauſa eṗatu ꝑuauit. clerũq̃ admonuit q̃d maxime ad ſe ꝑtinetet. ꝓpoſita pena his q̇ leges canonicas trãſgrederẽẗ. Sũt q̇ ſcribãt victorē ad heinricũ ꝓfectũ. magnificẽtiſſimeq̃ ab eo habitũ. alij võ yldebrandũ eo ꝓfectũ putant. Is cũ heinricũ impatorē. ne aliq̄ a ſe peteret iniuſta demulcere cupiẽs yldebrandum ſbdiaconē ad illũ miſit. q̇ opportune cuꝫ accidit vt impator graui quo obijt morbo implicitꝰ heinricũ filiũ romanoꝝ regē ac ceſarē dixerit. Victor aũt pontifex pontifitatus ſui anno ſecũdo. mẽſe tercio. die quartodecimo moriẗ. vacat tũ ſedes dies. xi.

STephanus nonꝰ papa fridericus antea vocatus. natione lotharingus caſſinenſis abbas. victori defuncto in ſtephanũ nonũ pontificē canonice ē creatus. pontificatũ adeptus ſtatum curauit. vt mediolanenſis eccĩa q̄ a romana ducentis fere annis inſolenniter ſe ſubtraxerat. Inter alias eã maiorem ſupioremq̃ recognouit. Is pontifex oēm fere ytaliã atq̃ burgundiam labe ſymoniaca inq̄natã intelligens. yldebrandũ archidiaconē ipis purgandis reformãdiſq̃ prouincijs legatum miſit. Qui eo munere ſicut ⁊ ceteris diligenter atq̃ feliciter vſus. cũ aũt ꝯciliũ florẽtie ꝯuocare cepiſſet ad octauũ menſem. octauũq̃ ꝑiter diem defunctus eſt. Florentie quoq̃ in cathedrali eccleſia honorifice ſepelitur.

BEnedictus decimus natione campanꝰ. qui primꝰ nũcius dicebaẗ. duꝫ vix exequie pontifici ſtephano in florentia celebrate erãt. cũ romani potentiores oppida ⁊ caſtella in vrbis terrã poſſidẽtes capitaneos tũc appellabãt. pontificē ex factione ſua creare ꝯſtituerunt. primꝰ tñ oĩm gregorius de tuſculano ex gēte patricia romanꝰ mintiũ velitrenſem eṗm inuitis ac reclamãtibus cardinalibus ⁊ clericis qui rome tunc erant. in romanũ pontificē acclamari ac haberi obtinuit. quē benedictũ voluit appellari. Per id võ tẽpis agnes tercij heinrici impatoris relicta filij regis adoleſcẽtis regni curã adminiſtrationemq̃ gerebat. Mintio igitur velitrenſe in romanũ pontificatũ intruſo. yldebrandus archidiaconꝰ cardinales ⁊ epiſcopi alijq̃ eccleſiaſtici cum canonicã electionem rome nequirent facere. ſenas acceſſerũt. vbi plurimoꝝ ꝯſenſu yldebrando inſtante. Gerardus vir tanto magiſtratu dignus eiecto benedicto pontifex creatur. Benedictus itaq̃ mẽſe nono. die. xx. pontificatu deiectus. velitras exulatum abijt.

NIcolaus ſecundus papa natione allobrogus gerhardus antea vocatus epiſcopus florentinus. ob virtutem ⁊ animi preſtantiam. abrogato benedicto haud legitime creato. pontifex maximus ſenis decernitur. Iſq̃ prudentiſſimus pontifex eo in concilio formã pontificum romanoꝝ a cardinalibus eligendoꝝ inſtituit q̃ꝫ diſtinctione vigeſima tercia iuris pontificij decreta nũc habent. Secundum quã inſtitutionem factam põtifici. patribuſq̃ placuit generale conciliũ apõ ſutriũ conuocari. Ibiq̃ anno domini Milleſimo quinquageſimonono. Cõcilio habito vbi epiſcopi ⁊ proceres interfuere benedictuꝫ abdicare coegit. inde romã proficiſcens. Secũdo apud lateranũ concilio habito legem tulit vt in decretis habetur. In eodem concilio quidam reuocatum ab errore ſuo berengariũ ferũt qui arbitrabatur in ſacramento eucharistie non eſſe verum chriſti corpus niſi vt in ſigno ⁊ figura miſterione. Sunt qui ſcribant heinricum quartum a Nicolao ſecundo coronam imperij accepiſſe. Nicolaus autem vir omni vita probatus. tercõ põtificatus ſui anno. menſe. vi. die. vi. ⁊. xx. moritur. Vacat tum ſedes dies. xij.

ALexander ſecũdus anſhelmus antea vocatus. patria mediolanẽſis. epiſcopus lucenſis. mortuo nicolao ob hũanitatem benignitatem ⁊ doctrinã abſens etiam pontifex creatur. Iſq̃ luca acceſſitus in pontificali habitu romã venit. Atuero ciſalpini epiſcopi arbitrati ob dignitatem prouincie par eſſe vt e ſuo numero aliquis eligereẗ. Giberto parmenſi viro potentiſſimo admodũ annitente ab heinrico impatore obtinuere. reclamãte agnete vt alter pontifex eligeretur. Reuerſi igiẗ in longobardiã pſeudo eṗi cõciliabulo ſuoꝝ coacto cadolũ parmenſem i antipapã elegerũt. Cui ciſalpini oĩes obtpaucre. p̄ter mathildim optimã feminã. Superueniente deinde cadolo in pratis neronianis ſub radicibus aurei mõtis graue pliũ ꝯmittiẗ. Repulſus ab vrbe. quē cincius rõni prefecti filiꝰ poſtea egre i arcē adriani ꝑduxit. Cognito errore heinricꝰ ipator alexãdro reſtituitꝰ. Veniẽs ad vrbē põtificatꝰ ſui ãno. xi mẽſe. vi. moriẗ. i baſilicaq̃ lateranẽſi ſepeliẗ.



Linea imperatorum
Heinricus quartus



HEinricus quartus heinrici tercij ꝑdicti fili⁹. anno dñi. M.lvij. patre defuncto licz adoleſcens ab electoribus ceſar appellat⁹. imꝑauit ãnis. 48. vel vt alij hũc q̄nquaginta. Mortuo nanq̧ p̄re ſb cuſtodia m̄ris ſue agnetis imperatricis fuit. q̄ aliquãto tp̄e prudenter impiũ rexit. cuz pace gubernans. Js poſtmodũ ꝯcilio ſuoꝝ deceptus. ſpretis m̄ris cõſilijs ab eo alienatis. q̄ diſceſſio maxime diſcordie ſemĩariũ fuit. Jmpatrix autẽ religioſa mulier cum nollet fluctibus turbationũ inuolui. vitã religioſam elegit. ⁊ ad monaſteriũ fructuarienſe ſe ꝯtulit. Inde deuotõis cã. et ab Ottonis coloniẽſis archiepi tyrãnide pulſa. cõtulit ſe romã. ibi vitã celibẽ duxiſſe oñditur. Nã locoꝝ ſanctoꝝ dulcedine capta ſancl| opibus ⁊ elemoſinis vacans. ſancto fine q̄euit. Cui⁹ corp⁹ in eccl̃a. b. petri iuxta altare beate petronelle ſepultũ ẽ. Nec multo poſt tp̄e Cõradus eius filius ſecũdo genitus quẽ p̄r adhuc viuens ytalie p̄fecerat. morit ⁊ florẽtie honorifice ſepelitur. Heinricus aũt rex victorioſus rome coronatus ꝑ apuliã ducto exercitu in p̄riam cũ honore reuerſus. Fuit longo tp̄e princeps admoduz glorioſus ⁊ fortunatus. ore facundus. ingenio acutus. elemoſinis largus. in re militari fortunatiſſim⁹. quãuis in fine impij ob recõpenſationẽ atrocitatũ ⁊ pſecutionũ. multas. ne dũ a principibus veꝝ a ꝓprio filio ꝑtulit calamitates. adoleſcentie vſus libertate ſaxoniã incolere p̄ ceteris regionib⁹ cepit. Uez cũ cepiſſet nobiles opprimere ⁊ venatui ac ludo magis q̧ adminiſtrãde iuſticie opam dare. Gens ſaxonũ animis acerrima. eũ deſpicere ac plura in eũ romano pontifici nũciare cepit. Relicta igit ſaxonia. alias regiones imperij gubernare propoſuit. Inde cũ ſummoꝝ pontificũ auctoritatẽ potẽtiãq̧ diminuere ſtatuiſſet. Et ꝯ alexandrũ ſecũdũ ſciſmata ſuſcitaſſet Cadolũ parmenſem ep̃um agnete ei⁹ vxore reclamãte pontificẽ creans. inde cedes exorte. Dũ hec in ytalia fierent. Heinricus rex bello ſaxonuz implicitus. Et ſi illos inſigni prelio ſupauit. tamẽ ſbigere nequiuit. Nec tñ ex victoria ceſſit incruenta. qꝛ ceſa ſuoꝝ militũ q̄nq̧ milia amiſit. Ea vo ex victoria tantũ intumuit. vt nepharia queq̧ in pontificem ſit auſus. primũq̧ illi obedientiã ſubtrahere volens. Sigifredo id archiep̃o maguntino innuit. Cui⁹ edicto apud wormaciã cõciliabulũ ꝯuocatũ ẽ. ⁊ ep̃i abbateſq̧ regnoꝝ heinrici. ne gregoriũ in põnficem haberẽt ſunt admoniti. qua impulſus cã gregorius hos ep̃os cõmiſſis priuauit eccleſijs. Heinrico autẽ gubernationẽ titulum ⁊ dignitatẽ regni interdixit oĩbus principibus ⁊ pplis auctoritate aplica abſolutis. Inde p̄lati principes ⁊ ppli pars regni theotunicoꝝ maxima animis ab heinrico alienari ceperunt. primiq̧ ſaxones exarſerũt in bellum. Cognita itaq̧ gregorij cenſura heinricus ꝑ literas ſupplex veniam precat. Eius precibus ꝑmotus pontifex canuſſum agri regienſis oppidũ ad mathildim cõceſſit. Illuc heinricus cũ oĩbus copijs ꝓpere ꝓperãs. depoſito impiali ornamẽto. denegatũq̧ primo die ĩgreſſum eq̄nimiter tollerãs. loco ꝑ noctẽ nõ mouit. ⁊ glacie ferũt cõculcataq̧ diu niue ꝑ aſprimũ hyemis ſydus ſolum. in quo rex ſtetit vel iacuit. obriguiſſe. Cui demũ pontifex mathildis comitiſſe adelai ſabaudienſis comitis interuentu introductũ. regẽ in ſinũ m̄ris eccl̃e recepit. pace iureiurãdo firmata. impator papiam verſus iter arripuit. vbi paulopoſt pacis federa abrũpens. rebus nouis ſtudere cepit. Et quorũdã ep̃oꝝ ſeditionibus ꝯcitatus. gregoriũ pontificem denuo deponere ſtuduit. Et habito couentu gibertũ rauennatẽ archiep̃m pontificẽ creat. eũq̧ clementẽ appellat. ⁊ ſecũ romã hoſtili animo adduxit. vbi ꝓphanata baſilica petri gregoriũ in adriani mole obſederũt. q̄ ad guiſcardũ appulie ducẽ miſit. ⁊ cum magno impetu romaz venit. pauefactus heinric⁹ in germaniã cũ clemẽte abijt. auguſtã vrbẽ obſedit. anno deinde milleſimo nonageſimonono aquiſgrañ. filiũ iuniorẽ heinricũ q̄ntũ regem fecit. q̄ anno deinde ſexto in p̄rẽm ira excandeſcens maximis prelijs ac probris affecit. apud leodiũ vrbẽ euz ꝑlio ſupauit. qua iniuria ⁊ dãno cõfractus eũ merore vitã egit lugubrẽ. ac demuz cuz dedecore aĩam exalauit. añ hunc impatorẽ. nullum ĩpatorẽ a põtifice ſummo excõicatũ ferũt. In leodio igit p̄mo ſepult⁹ inde ad ſpyrẽſem vrbẽ delatus q̄nq̧ annis inhumatus manſit. demũ honorifice ſepulture traditus.

Rudolphus rex



RUdolphus ſaxonie dux. cum heinricus rebus nouis ſtudere deſtitit. pacem federa abrũpens. eo alemanos principes in dignitate rei motos ꝓpulit. apud forcheym ĩ regẽ eleuat. a q̄bus deductus maguntiã in medio q̄drageſime a Sigefrido metropolitano ĩ regẽ inungit. poſthabito heinrico primo pecijt heinricus a pontifice vt rudolphũ execrationibus ab occupatione regni depelleret. Id vo cũ impetrare nequiuiſſet ſumptis armis magna clade ⁊ incerta victoria vtrũq̧ dimicatũ ẽ. Miſſi iñ q̄dem ab vtroq̧ legati ad pontificẽ rogatũ vt in partes ſuas declinaret. Quibus nil aliud ip̃e reſpondit. q̧ vt ab armis diſcederent. ſed puſq̧ ea perferrerent iuſſa. illi iteꝝ primo grauiore ꝑlio concurrerunt. Et poſtea auditis nũcijs parere dicto pontificis ſpoponderũt. Subſecuti vo erant miſſi ad res alemanie inſpiciẽdas pontificis oratores Albineñſis ep̃us cardinalis. aquilegienſis p̄riarcha. ⁊ paduanus epiſcopus. quibus rñdit heinricus niſi rudolphus pontificis auctoritate excõmunicaret ſe nullatenus aſſenſuꝝ. Heinricus igit coactis ſummo conatu copijs ad rudolphũ regem in ſaxonia agentem inuadendũ duxit. Cui rudolphus aduenienti triuis caſtris obuius eſt delatus. Congreſſi iã quarto prelio rudolphus caſu a ſuis vulnerat⁹ longiuſcule retroceſſit heinricus fuga ꝓlapſus loco tam abdito latitauit. ſeptimo tandem die preter oĩm ſpem fuerit inuentus. inter vulneratos rudolphus expirans in Merſburga ſepelitur.

Ordo grandimōtenſis Inicιū habuit anno .1078. p Stephanū.



ORdo grādimōtēſis ſb p̄re ſtephano. Anno dñi. M. lxxvj. ortū habuit. hic fili⁹ ſtephani nobiliſſimi viri de auernie partibus. a p̄re ſuo in puericia ductus ē beneuētum. vbi a ſancto Milone archiep̄o xij. annis educatus regulā bñ viuēdi didicit. deniqꝫ diſcedens pagratis multis heremis. ⁊ de canonicoꝝ monachoꝝ ⁊ heremitaꝝ vita q̄ imitanda ſunt memorie ↄmendans. in aq̄tania ꝓpe lemonicas ad montem nemoroſum. q̄ muretum dr̄ xp̄o duce ꝑuenit. vbi fontes repit et rupes terrā deſertā. ⁊ iniā q̄ tota ſiluestris nouo hoſpiti ſuo potū frigidiſſimū ⁊ domū ventis expoſitā offerēs. afflictionē corpis ⁊ requiē mētis manifeſtis indicijs promittebat. Tunc gaudēs ſtephan⁹. ibi deo ſe futurū omi tpe ſpopōdit. Trigeſimū etatis ſue annū agens habitare cepit heremū in ieiunijs vigilijs ⁊ orōnibus ↄtinuis ſeruiēs deo. cibus ei panis ⁊ aq̄ ⁊ interdū farine ſiliginee ſorbiciūcula atqꝫ poſtq̄ꝫ diſponēte deo diſcipulorum ei⁹ numerus creuit. Inſimul nō q̄ſi vn⁹ ex illis factus eſt. ſ minor oībus illis. Tādem ī infirmitate ↄſtitutus in q̄ deceſſit fratribus ait. Deū vobis relinquo. cui⁹ ſunt vniuerſa. Si amādo paupertatem ei adheſeritis. tp̄e ꝓuidētia q̄ gubernabat oīa vobis largietꝰ q̄ nouerit expedire. Inde migrauit ad dñm anno etatis ſue lxxx. In ordine diaconatus cōſtitutus. Pio p̄re orbati frēs petrū lemonicenſis in p̄orem elegerūt. ſub cius regimine ꝓfecerūt frēs. monachi ſancti auguſtini locū p̄dictū mureti in quo deo ſuiebāt ceperūt calūniari. ꝓtendētes ad ius eoꝝ ꝑtinere. Sed q̄ potius aufferenti tunicā ⁊ palliū volebāt dimittere. hūc locū aliū ꝑq̄rebant. vbi caput ſue religionis inſtituerent. nulloqꝫ idoneo repto. Tandē ↄſiliū inierūt. vt locū idoneū deus oſtenderet. Et cū ter agn⁹ dei cantatū eſſet. vox celeſtis audita ē. In grādi mōte In grādi mōte In grādi mōte. Quā prior ⁊ nonnulli frēs audierūt. Finita igitur miſſa venientes ad locum ſibi reuelatum ſatis mureto vicinū eccleſiam ⁊ domos fecerunt. Et accipiētes ſctm̄ corpus in grandi mōtē trāſtulerūt. Paucisqꝫ ſciētibus ſubtus p̄ſbiterīciū añ altare recondiderūt. vbi poſt paraliticus poſit⁹ inſcius ſanitatē accepit. ⁊ cecus viſum. ⁊ alia miracula fecit q̄ prior ne tumultus fieret ei edicto prohibuit.

S. Stephanus



Petrus Damianus



PEtrus damianus doctor ⁊ eccīe ro. cardinalis ep̄s. in diuinis ſcripturis eruditiſſim⁹. Hijs tēporibus eas ob res multo in p̄cio hitus ē. in ytalia vita ⁊ ſcīa inſignis. q̄ ⁊ nōnulla laude digna edidit opuſcula. Sermōes q̄ꝫ elegātes. ſcripſit ⁊ regulā heremiticā. ⁊ de ordīe vite heremitice. Itē libꝝ ↄ iudeos. narrat ⁊ plura exempla q̄ ſuis tp̄ibus cōtigerūt. Erat eñ vir religione ⁊ hūilitate ac ſapīa noīatiſſim⁹. Qui cū cardinalis ep̄s eſſet. vt ſoli deo hūilitate ſeruiret ep̄atui ceſſit. vt deo liberius vacaret. Et cū a gregorio pōtifice eā ob rem rep̄henderetꝰ librū pulcerrimū ad eū ſcripſit. reddēs roem q̄re ep̄atū dimiſerit. Hūicus ait lorica ferrea veſtitus erat ad carnē. duobuſqꝫ ferreis circulis cinctus in corꝑe ⁊ duos ꝑ armos brachiorū.

Jo. Serapion



IOannes medicus cognomēto ſerapion ꝑ idē tēpus claruit. Et de ſimplicib⁹ medicinis multa cōſcripſit ac librū breuiarij de morbis arcendis. Et q̄m a ceteris medicis roſas collegit. Serapio cognomiatus ē. Sorapio eñ roſeū ſonat vt teſtis ē Plini⁹ lib. 12. ca. 13.

Iſaac medicus



Zeno ⁊ Arnulphus



ISaac Benimirā medicus celeberrim⁹ ſalomōis medici filius. Et ipe tepeſtate iſtac. in medicina plura ſcripſit. de dictis vniuerſalibus ⁊ ꝑticularibus de febribus de vrina. ⁊ ſtomacho. In ph̄ia q̄ꝫ de elementis ⁊ diffinitōnibus tractatus compoſuit.

ZEno ep̄us treuerēſis a comite treueroꝝ theoderico capt⁹. ⁊ tercio de rupe p̄cipitato. tandem gladio ꝑcuſſus interijt.

ARnulph⁹ q̄ꝫ ſctūs ecnobio ſctī medardi ſignis ⁊ v̄tutib⁹ pollebat ſua ſctītate elegit ꝓpoſitū incluſionis. Inde abbas euſdē monaſterij tandē iuſſu pontificis ſummi ep̄atum lugdun. rexit.

Ordo canonicoꝝ regularium



ORdo canonicoꝝ regulariū. tpe gregorij pape ſeptimi ⁊ heinrici imperatoris anno dñi milleſimo octuageſimo refloreſcere cepit in ecclia btī qntini belnacēſi. Qui primū ab aplis. poſtea a btō Auguſtino epo ⁊ doctore eximio regulariter inſtitutus ſub mgr̄o yuone venerabili eiuſdē eccle ꝑpoſito. poſtea carnotenſi epo. De iſto ordine illi inſignes viri et doctores claruerūt. hugo de ſancto victore. Et richardus de ſancto victore Et hugo de ſancto ſollicto. Ad iſtū qꝫ ordinē ptineревi deſ ordo premōſtratenſiū de quo in ſequentibus.

yuo epiſcopus



YVo clariſſim⁹ canonicꝫ doctor ⁊ carnotēſis epiſcopus apud gallos maxio ī ꝑcio habet. q̄ ⁊ inter cetera ſue v̄tutis et ingenij opa. q̄ edidit. poſt yſidoꝝ hiſpalenſem epm decreta collegit. Et ab breuiauit aplica. atqꝫ ea ī vnū collegit volumē. qꝫ poſtmodū ⁊ q̄dā hugo cathalanenſis eps. Et poſt eū Gracianus in meliorē formā redegit alia qꝫ mēoratu digna compoſuit.

RAſis medicus celeberrimus. ac natōe penus ſeu aphrican⁹ h̄ tpe viguit ⁊ clariſſimus fuit. Cui alij bechilo ꝓpriū nomē fuiſſe tradūt. Ꝭ Auicenna in tercia ſen. tercij canonis. T. 3. c. 7. mcametbū eū appellat. q̄ cū in almāſoria vrbe enutritus fuerit ibidē linguā arabicā optime didicit. Et in eadēꝫ lingua ex oībus aū ſe medicine auctoribus infraſcripta collegit volumina. Et primo de medicinaꝝ correctione li. j. antidotariū lib. j. De cura morboꝝ iūcturaꝝ. Libꝝ continentē oēm medicine ſciam. Continens raſis appellatū. Librūqꝫ almanſoris ad regeꝫ ei⁹ nominis. Deqꝫ morbis pueroꝝ librū. ac diuiſionū librū vnū. In aſtrologia quoqꝫ aphoriſmoꝝ atqꝫ in alchimia libros duos ⁊ alia multa.

Raſis medicus



MAthildis comitiſſa nobiliſſima ⁊ optīa atqꝫ illuſtris femina. ꝑ hoc tp̄s cū ro. eccl̄a bene ſentiēs. v̄tute ⁊ rebus optime geſtis clara ⁊ inclita vbiqꝫ p̄dicat. Hec eīn nobiliſſimū bonifaciū ⁊ magnificū virū. ⁊ beatricem heinrici filiā hūit parētes. Que cū vnica eſſet filia. poſt ipos parētes in dūio luce. parme regij ferrarie. mātueqꝫ ac ei⁹ ethrurie ptis quā nūc p̄imoniū vocam⁹ ſucceſſit. Quāobrē ī tota ytalia clariſſima fuit. Et ꝓpterea q̄ndam principē noīe gotifredū in ytalia potentiſſimū duxit maritū. Cū certe illuſtris femina nō mō richardi. ⁊ guilielmi apulie ⁊ calabrie ducū. Ꝭ ⁊ heinrici potentiā ꝯ ro. pontifices exercentē magnanimiter repreſſit. et q̄ de eccleſiaſtico iure occupauerāt reſtituere coegit. Vez cuꝫ heinricus filius heinrici ceſaris in ytaliā a p̄re miſſus dū apud parmā vrbem machildim ⁊ ei⁹ virū ꝓfligaſſet. ⁊ gothefridū interfeciſſet. ipa mulier azonē eſtenſem (q̄ prioris viri in q̄rto gradu ꝯſanguine⁹ erat ignorās) accepit maritū. Cū quo ꝑ aliquot mēſes cohabitās. tandē recognita gregoriū cōſuluit pontificē. q̄d ſup hoc agere cōſuleret. Cui pontifex imꝑauit. vt ꝓtin⁹ ab ei⁹ conſortio abſtineret. Ac ſic diuorcio facto deinceps orōnibus ⁊ vigilijs deo ⁊ ro. eccle militare ſtuduit. Tandē vo āno ſalutiſ nr̄e. iiij. etatis aūt ſue ſexageſimo nono in bondeno agri mantuani opibus bonis plena migrauit ad dn̄m. Teſtamentū ſuū hoc mō cōfecit. In primis nāqꝫ oīnes ſuos ⁊ ancillas liberos eſſe voluit. Deinde vaſa queqꝫ aurea ⁊ argentea. veſtes quoqꝫ oīnes precioſiſſimas eccleſijs ꝯdonauit. Mantuanū inſup monaſteriū ab ipa ꝓ maiori ꝑte ſua impenſa cōſtructum. ac canuſſinū frixionariūqꝫ mōaſteria. atqꝫ alias baſilicas plurimas p̄dijs ⁊ alijs donarijs innūerabilib⁹ ampliauit. His geſtis in extremis cōſtituta oīa xp̄i ſacra ab anſhelmo epo deuotiſſime ⁊ reuerenter ſuſcipiens. poſtqꝫ etiā oīne eius p̄imoniū beato petro cōdonauit. ſanctā aīam deo reddidit. Eiuſqꝫ corp⁹ (nullo honoris genere qd̄ impendi magno principi poſſit non adhibito) ab vniuerſis clericis ⁊ populis ad ſanctum benedictū agri mantuani defertur. ⁊ mauſoleo quod nūc cernit ſepelitur.

Mathildis comitiſſa



GIbertus antipapa hoc anno ab heinrico ceſare prim⁹ epoꝝ male ſentientiū ſynodo habita. ꝯtra gregorium papam, in germania pontifex creatur. ⁊ clemens appellatur. Qui cum heinrico ⁊ eius filio coniūctis copijs in ytaliam venēs romam profectus. leoninā vrbē mox cepit. ⁊ in vrbē deditōnē recepit. tādem poſt multa geſta morte ſubitania correptus ſceleꝝ penas dedit.

Anno mundi.6273. Anno xpi.1074.




GRegori⁹ ei⁹ noīs.vij.papa.natione hetruſcus.p̄re ſoanenſis.p̄re bonicio
yldebrandus monachus antea vocatus.poſt Alexandrū pontifex factus.
Vix dū eius pontificis exequie ſolēniter ex more erāt celebrate quū clerus ⁊ po
pulus cū funeris pompā congregati yldebrandū archidiaconū acclamarūt.a be
ato petro in pontificē eſſe electū. Ad eoſq̄ʒ clamores exciti cardinales cōclaue in
greſſi eūdem canonice delegerūt.quē gregoriū ſeptimū placuit appellari. Is an
nus erat heinrici quarti ceſaris regni duodeuigeſimus.ꝑ qđ tp̄s bello ille cū ſa
xonibus grauiſſimo implicitus erat. Vir certe deo ⁊ hominibus gratiſſimus.pru
dens.iuſtus.clemēs.pauperꝝ pupilloꝝ ac viduaꝝ patron⁹. Et eccl'ie ro.ꝯ hereti
coꝝ improbitatē ⁊ maloꝝ principū potentiam res eccleſiaſticas ꝑ vim occupare
conantiū vnicus.ac acerrimus defenſor. adeptus pontificatū ſtatim heinricū im
peratorem admonet.ne deinceps largitione corruptus. ep̄atus et bn̄ficia alicui ꝑ
ſymoniacā cupiditatē cōmittat. Gregori⁹ itaq̄ʒ oratores ad regē miſit denūcia
turos ſe ſi in pontificatu cōfirmaret.nullatenus errores illius toleraturū proin
de aut aliū pontificē fieri curaret.aut ſe ad ſatiſfactionē cōdignā pararet. Rex tn̄
facti mō ac veritate cognitis electioni eius aſſenſum p̄buit. Nihiloq̄ʒ min⁹ pſti
tit in ſentētia heinricus.quāobrē oratores bremenſe ep̄o q̄ regis p̄uitacie adiu
tor impulſorq̄ʒ fuerat excoicato.romā ſunt reuerſi.paulopoſt hermānū bamber
genſem ⁊ aliū conſtancienſem ep̄os rome agētes.⁊ de ſymonia conuictos ponti
fex dignitate p̄uauit. ieiunio ſubinde q̄drageſimali adueniente gregori⁹ ponti
fex ꝯciliū laterani cū celebraret interfuerūt guibercus rauēnas archiep̄s ⁊ maxi
ma longobardie ep̄orū pars. Cui⁹ inde admonitioni heinricus ſuadēte giberto
obtꝑare noluit.immo gibertus vir ſeditioſus ꝯtra gregoriū Cinciū ro.ciuē pre
fectiq̄ʒ vrbis filiū virū vtiq̄ʒ temerariū ꝯcitat.qui ſtructis inſidijs pontificē ī na
talis dn̄i nocte celebrantē cepit.⁊ in turrim recluſit. romani ſeq̄nti die eū liberāt
⁊ cinciū pſequūtur edes eius ſubuertūt.q̄ ad heinricū confugit.quos oēs papa
anathemate notauit cinciū ⁊ adiutores.heinricū q̄ʒ dignitate regia p̄uauit. Ve
rū paulopoſt ſynodo habita in ea multa conſtituit.heinricus itē habitu ꝯuentu
ep̄oꝝ male ſentientiū. Gibertū denuo pontificē creat.clementēq̄ʒ appellat romā
venientes gregoriū in adriani mole obſederūt. Is a roberto apulie duce liberat⁹
ſecūq̄ʒ caſſinū ac ſalernū ꝑducit.vbi nō ita multo poſt pontificatus anno.xij.mē
ſe vno.diebus tribus ſancte ⁊ pie moritur.

VIctor tercius papa deſideri⁹ antea vocat⁹. montis caſſini abbas pontifex
creatus.ſtatim Gregorij partes ſuſcepit.contra gibertum antipapā tutan
das quā ob cām heinrici imperatorē ſibi cōſtituit inimicū vt aliq̄ ferūt ei⁹ fraude
(vt martin⁹ ſcribit)veneno in calicē iecto.dū ſacrificat necat̄. Vez vt Vincenti⁹
ſentit diſſinteria perijt q̄ꝙuā id a ſuſpitōe veneni nequaq̄ʒ alienū.veneno em̄ pe
titi corruptis ⁊ labefactatis inteſtinis interdū in diſſinteriā v̄nit̄.anno igitur
vno.menſe quarto.pōtificat⁹ſui.non ſine ſuſpitōne dati veneni moritur.

Anno mūdi.6283. Anno xpi.1084.

VRban⁹ ei⁹noīs ſecūd⁹.otto vel odo antea vocat⁹.monachus cboniacenſis primo.deinde cardina
lis hoſtiēſis.poſtremo q̄nto mēſe poſt mortē victoris pōtifex creat̄.vir q̄dē doctrina ⁊ ſcītate vite q̄
uis grādi magiſtratu dignus. Cui⁹ etiā plurime ad mathildim extant epiſtole ſucco plene. Is v̄o parū ro
manis reb⁹ nouis ſtudētib⁹ fidens. melphim ſe cōtulit ſynodū hītuꝛus q̄ tuti⁹ eō ꝓficiſci liceret.pontifex
itaq̄ʒ cū in ytalia nullibi q̄etis locū cerneret in gallias ꝓfecturus.placentie ſynodū hūit in q̄ licentiā q̄ꝛūdā
eccl'iaſticoꝝ mirifice compeſcuit. Inde v̄o in gallias abiens rem memoratu dignā aggreſſus eſt. Concilio
em̄ apud clarūmontē habito principes gallie ad recupandā hieroſolimā a ſarracenis occupatā animauit.
Eūq̄ʒ inuenim⁹ gibertū antipapā poſtea vouiſſe. vt vrbanus ſecūdus pontifex roman⁹ cū multa ad rei ec
cleſiaſtice reformationē ornatuq̄ʒ claromontenſi in ꝯcilio ſtatuiſſet. eo anno q̄ xp̄iane ſalutis nonageſim⁹
quartus ſupra milleſimū fuit facinus eſt aggreſſus maximū excelllentiſſimūq̄ʒ oīm q̄ fuerint pontificis ro
mani cuiuſpiā dictu auſpicijs ⁊ auctoritate hacten⁹ intentata. Liberande em̄ a turcis ſarraceniſq̄ʒ hieroſo
lime ⁊ continenti terre ſancte in hunc maxime modū intendere cepit. Patribus ⁊ ea que concilio inerat ex
omni orbe xp̄iano multitudine ad cōcionē vocata. Vir ip̄e eleganter doctus ornatiſſimā habuit orationē.
vt tricenta milia hominū nomen in militiam chriſti dederint. ſignūq̄ʒ crucis ſuſceperint.quo facto romam
ſtatim redijt vt compoſitis in ytalia rebus.ytalos quoq̄ʒ animaret. Sed maximis ſeditionibus a Joanne
pagano viro ſceleſtiſſimo exagitari cepit.in domo petri leonis potentiſſimi ciuis. biennio ſe continuit. ve
rū mortuo ioanne liberior factus ad cōponendū eccl'ie ſtatū animū adijcit. Tandē vir ſctūs poſt multas ꝑ
ſecutōnes ⁊ labores duodecimo pōtificatus ſui anno.menſe quarto. die.xix.apud ſanctū Nicolaū. Carce
ris tulliani in edibus petri leonis morit̄.q̄rto kal̄.auguſti.eius corp⁹ ꝑ tranſhiberinā regionem ad vitan
das inimicoꝝ inſidias q̄ etiā mortuū ledere conabat̄ ad.s.petrū delatū ibi honorificētiſſime ſepultum.

Ordo Cartuſienſium.



ORdo carthuſienſiū in gallijs anno dñi. M.lxxxvi. in dioceſi gratianopolitanēſi a brunone theologo viro ſanctiſſimo initiū ſumpſit. q̄ poſt ſui inſtitutiōnis originē auſpice xp̄o in dominibus ac pſonis augmentū accepit. iō ab alexandro tercio ⁊ q̄rto ⁊ ceteris pōtificibus ſummis. approbatus ſic ꝯfirmatus extitit. ac varijs priuilegijs dotatus. Cū inter omēs ordines eccl'iaſticos pmatū non rōne tp̄is ſ; rigoroſitatis ſemꝑ tenuit. Et ꝓpterea eum ſpecioſiſſimā ecclie colūnā appellant. ¶ Ex hꝭ q̄z ſtupendo euentu principiū habuit. Cū ī florida ciuitate pariſius gymnaſiū celeberrimū floreret. ⁊ ī omī genere doctrinaꝝ ex varijs regiōibus ſcolares atq̄ doctores clariſſimi lr̄is operam darent. Inter ceteros vnus ſingularis ſcientie claritate. probitate vite. maxime fame pollebat. Cui poſt obitū in eccl'ia ſolennes exequie parate ſunt. vbi ſepulture tradi deberet. ad quē honorandū ingens numerus doctoꝝ magiſtroꝝ ⁊ alioꝝ cōueniebat. Corpus vo mortuū in feretro poſitū dū exequie celebrarent̄ ſurrexit. Et in loculo reſidens voce magna cūctis audientibꝰ clamauit. Iuſto dei iudicio accuſatus ſum. quo dicto. vt priꝰ iacuit. de qua voce omēs territi obſtupuerūt decreuerūt ne ſepulture ea nocte traderet̄. ſ; die ſeq̄nti iterū cōuenirēt. fama ꝑ vrbem diuulgata. multo plures ad ſpectaculū cōuenerūt q̄ eadē forma pfata vba dixit. Et vt exitū huius rei ſcire poſſent. Tercia die tota ferme ciuitas confluebat. Tercio doctor mortuus ſurgens clamabat. Iuſto dei iudicio dānatꝰ ſum. qđ audientes pene exanimes reddidit. ideo eccl'iaſtica ſepultura dānatꝰ fuit. Aderat ad hoc ſpectaculū bruno q̄ diſcipulis ait. Videtis quō tam celeberrimus ac ab oībus ſanctus reputatus miſere perijt. Nūq̄d ⁊ nos perire volumꝰ. ⁊ nō potius ſaluari. nō eſt locus ſalutis niſi mūdum relinquamus. Sic cōpuncti ſolitudinem queſierunt.

Bruno pmꝰ cartuſieñ



BRuno vir ſanctꝰ ⁊ clariſſimꝰ phūs atq̄ theologus natione theutonicus ex vrbe colonia. lr̄is a primeua etate eruditꝰ. remēſis ecclie canonicus ſcolarū q̄z apud pariſiꝰ mgr̄ hiſdē tp̄ibꝰ cū ī gallijs legēdo ſcribēdo ⁊ diſputādo clariſſimꝰ haberet̄. Relicto ſeculo ⁊ pompis eiꝰ. cū ſeptē viris doctiſſimis in herenū cartuſie ſeceſſit. Ibiq̄z monaſterio ſtructo ꝓpoſitū monaſtice cōuerſationis ſatis arduū ibidē inſtituūt. Quē rigorē obſuantiaꝝ poſt ānos q̄dringentos vſq̄z in preſentē annū ſeq̄ntes ſumme obſuarūt. habēt em̄ ꝓlixa ieiunia. omībus ſextis ferijs in pane ⁊ aqua. ab eſu carniū ſꝑ abſtinēt. etiā in grauiſſima egritudine. q̄ ad veſtitū ſp̄ cilicio ad carnē induūt̄. q̄ ad ſolitudinē. nūq̄z exeūt excepto ꝑore ⁊ ꝓcuratore. ac in cellis ſoli manēt cū arto ſilentio. vigilias magnas hn̄t ob officij ꝓlixitatē. Cuiꝰ ſcti ꝓpoſiti hugo gratianopolitanꝰ ep̄s q̄ ab eodē brunone habitū monaſticū ꝑcepit auctor fuit. Ferūt ⁊ aliqui inter ceteros brunonis diſcipulos vrbanum papam vnū fuiſſe.

Hugo ep̄s gr̄anopolitāꝰ.



HUgo Gracianopolitanus ep̄s. Cuiꝰ mr̄ de eo ꝑegnās ꝑ ſomniū elegantem puerꝝ ꝯcepiſſe ait. quē ſiſtendū dei aſpectibꝰ ſcti in q̄bꝰ erat ⁊ b. petrus deferebant ī celū. ideo natus ⁊ puer factus addiſcendis lr̄is applicatꝰ fuit. Sperabat em̄ ſingularis meriti ⁊ gratie futurus apud deū. diuia q̄z gr̄a plurima virtutū ornamenta ī eū cōgeſſit. heremꝰ cartuſie calienſis. Abbatia excubiaꝝ. heremꝰ canonicoꝝ regulariū ⁊ apud ſanctū ruſennū. ⁊ apud gregoriū domꝰ. ip̄o annuente ceperūt. Ipaq̄z ſpūaliter ⁊ corꝑaliter fouēte ꝑfecerūt. Hic ī ſolitudine cartuſie deus ſue dignationi ꝯſtruētē hitaculū vidit ꝑ ſomnū. ſtellaſq̄z ſeptē ſibi pſtātes itineris ducatū. Et ſctitatis eiꝰ odore tracti ad ip̄m venerūt ſeptē viri q̄ oēs vno deſiderio ſucceſi locū heremitice vite cōgruū q̄rebāt. Horū pmus vt pmiſſum fuit mgr̄ bruno vir religione ⁊ ſcīa famoſiſſimꝰ alijq̄z q̄tuor lr̄ati ⁊ duo laici. q̄s hugo benigne ſuſcepit ac voti cōpotes fecit. Cuiꝰ ꝯſilio cartuſie ſolitudinē intrarūt atq̄z extruxerūt. Hic āt ſctūs vir mīris v̄tutibꝰ ornatꝰ q̄ cūctis inibi hītantibꝰ inſigne ſctitatis exēplū pbuit eccle dei admodū vtil̄. ep̄alē ſarcinā exuere ac q̄eti aīe vacare deſiderās. nec ab honorio nec innocentio obtinere potuit. q̄uis ſenio grauatus. Credebat em̄ ſola auctoritate ⁊ exemplo plus ſubiecte plebi ꝓdeſſe poſſe debilis ⁊ egrotus. q̄z quiuis aliꝰ ſanꝰ ⁊ robuſtꝰ. Inde cepit indies magis deficere aderāt viri de cartuſia ⁊ de caleſienſi ⁊ excubiaꝝ domibus ad ſeruiendum nec vlla perſona ſecularis ad obſequiū admittebatur. Tandem anno domini. M.cxxij. etatis ſue octuageſimo conſecrationis ſue. lij. mortem obijt. qui per Innocētium ſecundū ſanctoꝝ cathalogo eſt aſcriptus.

Expeditio xpianoꝝ ꝑ liberanda hieroſolima facta tpe vrbani ſecūdi. Anno. 1094.

Temporibus vrbani concilio apud clarūmontē habito. ſua eleganti oratione pontifex principes gallie ad recuperandam hieroſolimā a ſarracenis iam diu occupatam animant. Vox em̄ oīm dictu mirabile. vnico vt apparuit ore prolata intonuit. Deus vult. deus vult. ad quā vocem pontifex ſubiūxit. Uiri fortes. ea que dominus in os veſtrū poſuit verba. vobis in bello pro teſſera erūt. Et itum in expeditionem pſeueraturiq; in bello ſancte cruce ex rubenti panno ſagis inſuta pectus inſignibūt. Dum vo pontifex cum pr̄ibus de imperatore deligendo conſultant. mlta hoīm milia in contionis loco cruce ſignati ſunt. paucoſq; intra menſes trecenta mortaliū milia in id deuota. bellum ſe itineri accinxerant. Interea cruce ſignati principes diuerſis vijs iter ad conſtantinopolim ſunt ingreſſi. primuſq; oīm petrus quidam heremita abſtinentie fama celeber ducem ſe multis exibens ꝑ alemāniam hungariāq; perrexit. Cui gothefridus euſtachius ⁊ balduinus fratres cognomine bolionij comites em̄ bononie gallice. ⁊ quidā potentiſſimi erant ſe illis itineris ſocios addiderūt. Maiores vo preſtantiū ducū ⁊ nobiliū manus. hinc podienſis eps̄ belli dux. ⁊ Raymūdus ſancti egidij comes. Inde hugo magnus philippi frācoꝝ regis frater. Et robert⁹ flādrie. ⁊ ſtephan⁹ carnoti comites. trāſmiſſis alpibus ꝑ ytaliā iuerūt. primo romā ꝑuenere. alme vrbis locis deuote viſitatis. Et vrbani pontificis bn̄dictione habita. Tripartito ꝓfecte copie. vna brundiſiū. barulenſem portū alia petit. Et tercia ydrūtum. boemūdus aūt relicta melphi cū. xij. milib⁹ electoꝝ hominū ytalice iuuētuti in eādē expeditionē ꝓficiſcit̄. Peruenerat iam cōſtantinopolim petrus heremita et in ſuburbijs caſtrametatus. Et nec eos ex gallijs alemānoſq; ductos adeo continere ſciuit. quin in conſtātinopolitanos fecerūt hoſtilia ſacris ſpoliatis. ꝯmotus itaq; ſuoꝝ malis alexius impator petrū compulit. negato cōmeatu ante tempus boſphoꝝ traijcere. q̄ nycomediā primo. mox niceā ꝑuenietes ciuitatez ipam natura ⁊ preſidio ſarracenoꝝ munitā oppugnare adorti ſunt. Turci vo nō mō tunc. ſ; priuſq; a claramōte diſceſſum eſſet. quid chriſtiani mollirentur intellexerant. qui nicea defenſoribus obſidioniq; perferēde neceſſarijs cōmunita. Uerum cum obſidentibus cōmeatus deficerent. dilaberēturq; paſſim milites xpiani. Cui⁹ rei cauſa a ſarracenis inſidijs oppreſſi. relinq̄re obſidionē coacti. Tantā in fuga detrimentū accepere vt Raynaldus dux alemānoꝝ abnegata fide xpi cū aliquibus militib⁹ deditōem fecerit. Et petrus conſtātinopolim redierit. Que res alexio grata. aperto marte repellere conatur. Tum boemundus alexium partim minis. tum pollicitationibus ad pacem ineundam compulit. vt iter tutū per loca imperij facere liceret ⁊ cōmeatū ꝑberet. Iterūq; ad niceā ventū ē. difficile erat vrbē oppugnare. Cū ſupplementa militū ꝑ lac-

Nicea vrbs:



cum ſubmitti vrbi adiacentem cõtinuo poterãt. Verũ ſuperuenientibus e conſtantinopolim lembis non paucis. in lacũq; miſſis. rex oĩm inopia oppidani preſſi. dies poſt duos ⁊ q̃nq̃ginta ab initio obſidionis deditionẽ fecere. Inde munita nicea. iter ꝑ loca deſerta facere neceſſe erat. bifariã copias diuiſere. Cũ autẽ boamũdus herbidũ ſolum ad riuũ quendã inuenisſet. equos ⁊ iumenta reficere conſtituit. Subito eũ ſarraceni adorti ſunt. quẽ oppreſſiſſent ni hugo ⁊ gothifredꝰ cum q̃draginta milibꝰ eq̃tũ ꝯfeſtim opẽ tuliſſent. Pugnatum ẽ vtrũq; acriter. Eo aũt prelio quo medi turci ſyrij caldei. ſarraceni arabes interfuere ad q̃draginta milia hoĩm cecidiſſe ſequẽti die cognitum ẽ. Solimãnus aũt eoꝝ dux effuſa fuga inde abiens. Inde xp̃iani ſegetibus iam matureſcentibus adiuti ſine vllo incõmodo ycomũ primã lycaonie ciuitatẽ ꝑuenere. Qua in poteſtatẽ dedentibus ciuibus redacta. pari felicitate heracleam tarſumq; cepere. Tum balduinꝰ preſtantis animi ⁊ ingenij vir primus oĩm in aſia dominatũ adeptus ẽ. Tarſo donatus. flexit inde in ciliciam maioꝛ exercitus q̃ minoꝛ armenia vocat̃. Capta deinde ceſarea capadocie ĩ anthiochiã mouere: trãſmiſſis altiſſimis mõtibus. Aliquot inde ꝓgreſſi milia paſſuũ xp̃iani ad flumẽ ꝑuenere vrbi antiochie ꝓpe eõ tiguũ farfar voie. qđ vado trãſiri ſine periculo nequit. caſtris firmatis duces vrbẽ ꝯtemplati. captiuos ſciſcitati ſunt. q̃ eſſet ciuitatis forma. Rñderunt regẽ illius eſſe caſſianũ. Ea vrbs ſicut hebreoꝝ monumenta hñt. Reblata prius inde ab antiochio oꝛtẽtis dñatoꝛe eius nominis primo. dicta ẽ antiochia. duplicíq; circũdatur muro. pars cuius ĩterioꝛ latericio. exterioꝛ q̃draro lapide ſtructa ẽ. Eaq; ſuperbaꝫ p̃ ſe ferens ſpeciẽ. turres q̃dringentas ſexaginta habet. colles q̃tuoꝛ vrbe includunt̃. In quoꝝ celſioꝛ ad oꝛientẽ ſolẽ ſpectant̃ cacumine arx ẽ. natura loci munita. vt omes ſit machinamẽtoꝝ conatus. oĩa oppugnantia ingenia facile fruſtratura. regionẽ incole appellant celiſyriam. ſituſq; vrbis fluminibus fontibuſq; irriguus. agros habet fertiles. ⁊ glebe maximã vbertatẽ. vicinuſq; lacus optimis habũdat piſcibꝰ. Recedit a mari ciliti o vrbs. xij. milia paſſus. vbi farfar fluuius portũ efficit. nauiũ etiam ceteraꝝ capacem. Accepit aũt ea ciuitas maxima ab eccleſie primitiue exoꝛdio oꝛnamẽta. Qđ petrus apoſtoloꝝ princeps primã in eam patriarchalẽ inſtituit. tenuitq; ſedem. Theophiluſq; ad q̃ẽ euãgeliſta Lucas eadẽ oꝛiũdus ciuitate actꝰ apoſtoloꝝ inſcribit. Septimus a petro antiſtes in illa cõſtitutus vt xp̃iani regis antiochi nomẽ aboleret. Eam de ſuo nomine theophiliã appellauit. adeo ſub xp̄i nomine floruit vt ep̃os tres ſupra q̃nquaginta ⁊ centũ patriarche ſuffraganeos. Et ſexaginta ſupra trecentas eccl̃ias vrbs habuerit. Cum itaq; xp̃iani ad eam vrbem natura loci denſiſſimo ſublimiq; muro munitiſſimã diu ſedendum eſſe intelligerent. multa in concilio agitata ſunt a ducibus prouiſa. anno igit̃ ſalutis noſtre milleſimo nonageſimoſeptimo vrbs antiochia magnis operibus obſideri cepta ẽ. Et aboamũdo normãno roberti apulie ducis filio viro vtriq; clariſſimo. poſt duriſſimã obſidionẽ capit̃ pyrrho antiocheno ciue admodũ potente vrbis ingreſſum prebẽte. Qui boamũdi v̾tutem admiratus. dediturũ ſe illis vrbem ſpopondit. Si reliqui xp̃iani eidem cũ imperio preeſſe boemũdũ paterentur ingreſſi vrbem xp̃iani omĩbus fere pepercere ĩ p̃ſidio ſarracenoꝝ tãtũmõ ſeuitum ẽ. Caſſianus aũt rex ad loca montana confugiens ab armenis trucidatur. Sola arx ſuperat. quã dum boemũdus acerrime oppugnat femur ſagitta traijcit̃. Verũ ſuperueniẽte coꝛbane perſaꝝ regis militie principe. cum Senſadolo caſſiani filio antiochiã recuperaturis. Boemũdus iam ex vulnere integer pugnandi copiam facit. Penuria reꝝ oĩm vrgente decertare inſtituit.

Lancea domini



Cum res xp̃ianoꝝ in antiochia ꝑfecto afflicte erant. vt appareret oĩa deſperationis. plena in ꝓxĩe diem futura. niſi deus noſter xp̃ianoꝝ ſalutem tutelamq; ſibi eſſe coꝛdi miraculo oſtendiſſet. Nanq; lancea q̃ ih̃u xp̄i latus in cruce apuit per ſpiritalem viro religioſo factam reuelationẽ. in ſancti andree eccleſia eſt reperta. Quo diuine profectionis ſigno in magnam ſpem erecti animis. duces cũ hoſtibus confligere ſtatuerunt. Perlata itaq; lancea illa tanq̃ vexillo optimo. Qua chriſti latus tranſfixus a longino fuit. hoſtes primo acriter reſiſtentes ſupat boemũdus. accedit. Quorum de numero ad centum milia perijſſe conſtat. Et quindecim milia camelos ceperũt. inde xp̃iani tantã predam abduxerũt vt ab extrema inopia ad ſummã oĩm reꝝ vbertatem ob lancee ipſius miraculum peruenerunt.

Hildebertus ep̃us



Hildebertus cenomãnoꝛum gallie epiſcopus. vir ĩgenio ⁊ ſcientia diuinus. hac tempeſtate elegiaco carmine plurimũ valuit. Is multas tribulatõnes ac carceres ac vincula apud romã pro chriſto ⁊ eius eccleſia ſuſtinuit. Ubi ⁊ epiſtolas plures elegantes edidit. ac verſus quoſdam eleganciores de ſuo exilio. librũq; perpulcrum. de tedio huius vite querimoniamq; ſui ipſius partim metrice. partim ue proſaice compoſuit. atq; oꝛationem deniq; ad trinitatem pulcerrimã ac aduerſus quoſdam de euchariſtia. multa alia edidit.

Sanctus quoq; Maurillius epiſcopus Rothomagenſis ſanctitate preclarus, eo tempoꝛe vixit.

Ordo Ciſtercienſium



ORdo ciſtercienſiū anno dn̄i milleſimo nonageſi
mooctauo. in burgundia a roberto religioſo ac
venerabili molinenſi abbate in heremo ciſtercij p̄mo
ortū habuit. Quē ordinē vrban⁹ papa ſub diui bene
dicti abbatis regula. multis tn̄ additis cōſtitutionib⁹
ꝯfirmauit. Et plurimis priuilegijs dotatus. augmen
tū in toto orbe ſenſit. Cum in ep̄atu lingonenſi mona
ſteriū religione ꝯſpicuū ac fama celeberrimū nomine
moliſin⁹ fundaſſet. Et varijs deinde poſſeſſiōib⁹ atq̄
viris illuſtribus auctū fuiſſet. Cū diuturna ac copioſa
ſocietas v̄tutibus deficere cepit. celeſtium amatores.
Hec vberrima ſpernētes ac paupertatem eligētes. vn⁹
ꝛ viginti mōachi cū p̄re roberto egreſſi. poſt abrupta
cōuallū. ac itineris difficultates varias. Tandem ad
cyſterciū in cabilonēſi dyoceſi locū vaſte ſolitudinis.
horrendi aſpectus deuenerūt. Gratū igit͛ a deo p̄ordi
natū locū acceptant. Ibiq̄ nouū locū religionis ꝛ or
dinē inſtituit. a q̄ loco ciſtercienſiū ordinem nūcupare
voluit. Freti deinde conſilio oddonis ducis burgun
die. Et hugonis archiep̄i lugdonēſis ſedis ap̄lice le
gati. ac walteri cabilonēſis ep̄i. heremū in abbatiā ex
truere ceperūt. Qui breui in oībus mirūmmodū cre
uit. ac viros innūerabiles doctrina ꝛ ſanctimonia illu
ſtres protulit. In latere ſiniſtro eius eccleſie viginti q̄
tuor ſanctoꝝ abbatū ſepulcra cernūtur. in dextra ma
gni alani cum ſuo epigrāmate.

ROBertus vir ſanctus abbas molinenſis ex campania ortus primo monaſterii beati ſtephani in pa
rochia trecacenſi ingreſſus. Inde relicto monaſterio cū alberico. odone iohanne. ſtephano. letaldo
ꝛ petro monachis heremū petijt. ciſterciū auxilio ac auctoritate fret⁹ hugonis archiep̄i lugdunēſis ac odo
nis burgūdie ducis vt diſtrictius maioꝝ inſtituta obſeruaret. In cabilonēſi dioceſi monaſteriū fundauit.
Inde ad moliſmū reuocatus. Albericus vir deuotione clarus in eius locū ſucceſſit. Cui⁹ induſtria in ſcā
religione ac landabili cōuerſatione profecit. Et a paſca
li ſummo pōtifice priuilegijs exēptōibuſq̄ dotat⁹ fuit.

Robertus abbas



STephan⁹ abbas ciſtercij religionis paupertatis ac
diſcipline regularis amator. anno. M.cvij. tpib⁹
henrici q̄nti cartam caritatis auctoritate ſigilli apoſto
lici cōfirmatā p̄fecit. Is ob paucitatē ingredientiū aio
afflictus verētes ob ꝯſtantiā admodū rigidam. in nocte
p ſomniū vidit ingētē multitudinē hoīm clauſtrū adijſſe
Illico ſeq̄nti die bernardus cū fratribus ꝛ comitibus
ingreſſus ordinē ciſtercienſiū plurimū auxit ac decora
uit vt infra patebit.

Stephanus abbas



¶ Hieroſolimoꝝ recuperatio, ꝛ regni eius apud xp̄ia
nos principium.

DUces chriſtiane expeditionis ad kalendarū octobriū diem antiochie cōuenerunt. Boemūdus prin
ceps antiochie declaratus. Interea vo mortuo hugone magno reliqui duces Raymundo excepto q̄
ceſariā cappadocie obſidebat proficiſci hieroſolimā cū exercitu inſtituere. in liciam ſimul cōueniētes. Tor
toſam oppugnare adorti. tribus menſibus fruſtra ꝯſumptis. ſoluta obſidione tripolim mouere. Et pacem
ſupplici illius regulo dederūt. Poſtera die nonaꝝ maij quarta. breuiore licet aſperiore p montes via hiero
ſolimā petere ceperunt. Primiſq̄ caſtris betbelon oppidū arduo in monte ſitum eſt peruentum. Secun
dis ad vrbem zebarim in cuius finibus ab aqua laboratum eſt. Tercijs ad flumē beraim: Inde per calles
arduū ſuperātes montē. Poſtero die quintis caſtris baruthum vrbē maritimā puenere. Et ſb inde ad ſa
gittā poſt ad ſurrū dehinc ad acrū ſingulis caſtris ē deſceſum: perēteſq̄ p diē q̄ ſecuta ē inuenerunt. vonam
oppidū caypbas noīe tandē decima die ad ceſareā applicuerūt maritimā vrbē inclitā paleſtine: quā beatus
aſſerit hieronimus turgos olim. id eſt ſtratonis vrbem appellatam. herodē ꝫ marinimos inſano extructas
opere. de auguſta ceſaris octauij noīe ceſareā appellaſſe. Morati apud eas dies duos. tercio ramolas accū
tes. eaꝫ inuenerūt metu a turcis ſarraceniſq̄ deſertā. Exinde mox de tercia vigilia caſtris ſex progreſſi paſſu

um milia. ſole vix dū orto primū vrbis hieroſolime menia proſpexere. Uideres vo tūc varios ſummo in gaudio motus. pars clamores in celū attollere: iubilis pars ꝛ canticis optimū maximū iheſum venerari. pars lacrimis vbertim in genas fluentibus. in facieq̧ ꝓſtrata ſanctam vrbē. ſanctū venerandūq̧ ſepulcrū dn̄i ſalutabat. Ea aūt vrbs (vt p̄miſſum ē in ſuꝑioribus) in paleſtina ſirie regione arduo in monte ſita: mōtibus pariter arduis circūdatur. nec flumina intus. aut ꝓximo in agro. nec fontes habet p̄ter vnicū ſyloe amnē tenui ꝛ q̄nq̧ ꝑ eſtatem nulla fluentē aqua. Qui montē ſyon radens. vallem ioſaphat mediam ſecat. quā ob aquaꝝ neceſſitatē. ciſternas aquā ꝯtinentes pluuiā intus ꝛ extra ager multas et ꝓpe infinitas habet. ꝑtinet aūt eius ager ad varias gentes xp̄iani noīs inimicas. Nā arabes moabitide ꝛ amonite ab orientali plaga. Sedumei egiptij ꝛ philiſtei a meridionali plaga. Et maritime ciuitates ptolomaida q̄ ꝛ Acon Tyrus ꝛ Tripolis. ab occidentali. tyberiaſq̧ ceſarea philippi regio decapoleos ꝛ damaſcus a ſeptētrionali in hieroſolimitanos fines ſpectāt. Itaq̧ cū primum ad hieroſolime menia portaſq̧ ventū ē. nihil antiquius duces duxere q̄ vrbe in circuitu luſtrata. metandis q̄ oportune caſtris. loca ducibus exercituiq̧ diuidere. Chriſtiani igit̄ comparato omiſariam cōmeatu. q̄tuor locis oppugnare vrbē magnis virib⁹ adorti. cā hieroſolimitanis acriter defendentibus. ydibus iulijs vi cepere. precipua tn̄ in recuꝑanda tanta vrbe laus gothifredi fuit. q̄ partē muri ei ac fratribus ad oppugnandū aſſignatū primus conſcendit balduinoq̧ poteſtatē fecit. vt in vrbē deſcendens xp̄ianis portas recluderet. quibus certe irrūpentibus tanta cedes facta ē. cū in vrbe vel maxime in templo vt morientū cruor tales hoīm ſupgrederet̄. Cepiſſent eadē quoq̧ die templū. niſi nox ſupueniſſet. Poſtridie cū ad ſuperiora templi expugnanda reditum eſſet ciuibus. miſerabili voce planctuq̧ ſupplicantibus. Et per eos p̄ſidiorū primoribus ē cōceſſa vita. In hūcq̧ modum hieroſolima a xp̄ianis capta ē. ydibus iulij nono ꝛ nonageſimo ſupra milleſimū ſalutis anno. Poſtq̄ heraclij imꝑatoris tp̄ibus ea ciuitas a ſarracenis fuerat poſſeſſa. Potiti templo duces vrbis. ꝛ illius purgatione a cadaueribus ſarracenis inuēcta. exuerūt arma. Et ad ſanctū dn̄i ſepulcrū cernui vel poti⁹ repentes perrexere. idem fecit oīs xp̄ianoꝝ multitudo. Petiti poſtea latebris ꝓdeūtes xp̄iani numero pauciſſimi hieroſolimis habitare cōſuerāt. Quibus oſtendentibus vbi dominus iheſus in horto captus. vbi v̄berat⁹ vbi paſſus vbi deinde obſeruatus. ꝛ demū aſcendit in celos didicit omnis populus



Gotfredus primus rex hieroſolime

HIs per octo dies ſumma deuotōne obitis ſpiritalibus gaudijs. de rege vrbi dando agi ceptum eſt. Quā ad creationē cū oīs cōueniſſet xp̄ianoꝝ exercitus. nec vota ſcrutari. nec ſuffragia iniri oportuit. Qd̄ illico gotfredū bolionū regem non magis multitudo omnis. q̄ ipſi duces acclamauere. Geſtatus itaq̧ ducū humeris ad ſacroſanctū dn̄i ſepulcrū gotfredus inter miſſaꝝ ſolennia accuratiſſime celebrata. rex hieroſolimitanus eſt appellatus. Sed is vir eximius dominū vrbis qd̄ tanta principū populorūq̧ xp̄iane expeditionis concordia oblatum erat accepit. regni vo titulū ꝛ inſignia ideo ſe nolle dixit. q2 indecēs nepharīūq̧ duceret diadema aureū peccatore homūtionē capiti imponere. ea in vrbe in qua ſaluator mundi eternus rex ſpineam ſuo ſacratiſſimo madētē ſanguine coronam geſtaſſet. Inde arnulphus p̄ſbyter. Sed nihil in humanis reb⁹ qd̄ ad felicitatem pertineat diuturnū ē. Anno eīn vno poſt captā tot laboribus hieroſolimā gothifredus febri correptus moritur.



Balduinus rex ſecūdus hieroſolime

BAlduinus frater eius gotfredus febre correptus obijt. magno oīm xp̄ianorum qui terram incolebant ſanctam conſenſu. non ſicut frater dominus ſed rex hieroſolime eſt creatus fuit. is annus xp̄iane ſalutis ſupra milleſimū centeſimus primus. quo in anno ſecūdus vrbanus pontifex romanus tanq̄ re ab ſe inchoata dominici ſepulcri liberationis feliciter abſoluta carnis humane carceribus ꝛ ipe liberatus eſt. Balduinus annis. xviij. regnauit cum ſarraceni magnos exercitus recuperande hieroſolime eam conduxerunt. In quos paꝝ ꝓſulte intulit conflictus. tandem vocauit genuēſes ꝛ venetos ꝛ acon vrbem terram mariq̧ oppugnās obtinuit. ac ſarracenos fudit atq̧ fugauit. indeq̧ egiptios ſecundo prelio ſuperauit ꝛ caliphā eorum regem interemit.



STella inſolita hoc anno prima q̄dragesime hebdomada. feria ſexta circa veſperū in auſtrū ꝛ occidentē lucere viſa ē. Et per dies. xxv. eadem hora ſemper ſplenduit. Cui ingens trabes viſa eſt ex oriente occurrere. Poſt hoc in cena dn̄i. viſe ſunt due lune parum ante diem. vna in oriente ꝛ altera in occidente. Non multo poſt Cometes longos ꝛ flāmeos crines per mane ducens apparuit. De qua quidā monachus malmaberie elmerus nomine. Veniſti inquit Veniſti multis matribus lugendum. dudum eſt quod te vidi. Sed nunc multo terribiliorem te intueor patrie huius excidiū minantem.

Anno mundi.6293. Anno xp̄i.1094.

Paſcalis eiꝰ nōis ſecūdus papa natione ytalus e flāminea prouincia. patre creſcentio.mr̄e alfacia. Raynerius an̄ pōtificatū vocatus vrbano pontifici ſb̄ſtitutꝰ.quē gregorius ſeptimus ob virtutē ⁊ doctrinā ſcti̇̄ clemētis p̄ſbyteꝝ creauit. In q̄ q̄dē loco clerus ip̄e poſt vrbani mortē.eūdē paſcalē vita p̄uata ꝯtentū qppe q̄ antea monachus fuerat etiā nolentē ⁊ latitantē pontificē creat.q̄ dicerat humeros ſuos neq̄q̄ꝫ tanto oneri ſuffecturos.ſed expetente pp̄lo. eligente clero collaudante cardinaliū ſenatu pontificū munus ſuſcepit.maxime vo cū ter acclamatū eſſet ſanctꝰ petrus raynerīū virū optimū pontificē elegit. Cui poſtea paſcalis nomen indidere.tiara capiti eius impoſita comitante pp̄lo ⁊ clero equo albo ad lateranū p̄ducitur. Inde poſt vnctionē coronā de more accepit. eccleſie poſtea labenti q̄rūdam ſeditionibus cōſulturus.copias ſuas in gibertū antipapā mittit qui nō multo poſt ſubita morte correptus.a malis tn̄ eccl̄ia dei nō ſtatim quieuit. Richardus campanꝰ comes albertū q̄ndam ſufficit attellanū ciuē q̄ ſtatim a bene ſentientibus abdicare ſe magiſtratu coactꝰ relegat̄. Cauerſes aūt agri p̄neſtini incole theodaricū q̄ndam pōtificē creauere. Veꝝ iꝫ q̄ꝫ p̄nīa ducti q̄nto ⁊ centeſimo die e pontificatu deiectū anachorite habitū̄ induere cogūt. Pacata tandē eccl̄ia romana paſcalis vir magni ingenij animi vrbē caſtellanā ⁊ beneuentuꝫ ab hoſtibus occupatā recepit. Hijs ⁊ alijs plurimis facinoribus ſtrennue geſtis in ciſalpinā ꝓficiſcit̄ vbi guardaſtallū agri cremonēſis oppidū conuentu multoꝝ principū ⁊ epoꝝ habito de homagijs de feudo magna habita ē rō. Rome preterea eccl̄ias.xv.cōſecrauit. Dedicataq̄ꝫ p̄neſte agapiti baſilica romā effuſa obuiā vrbana multitudine honoris cā tandeꝫ rediȷ̄t.q̄ q̄dem ex freq̄ntia inualitudinem incidens ſe paulo poſt moriturū cognouit. Quare acceptis eccl̄ie ſacris cohortatuſq̄ꝫ cleꝝ ad pacē ⁊ cōcordiā.pōtificatus ſui anno.xviij.menſe.vj.die.xij. moritur q̄ntodecimo kal̄.februarij ſepeliturq̄ꝫ in baſilica conſtantiniana.

Gelaſius ſecūdus ioannes antea vocatꝰ p̄ria caietanꝰ p̄re creſcētio nobili genere natus ingenueq̄ꝫ a teneris annis educatus ⁊ doctꝰ in mōte caſſino religionis fundamēta perdidicit ſub odriſio abbate viro ſanctiſſimo hanc ob rem ab vrbano ſecūdo romā accitus. Vir ⁊ ip̄e ſanctiſſimꝰ ⁊ oīn laude dignꝰ.ſi vitā ꝯtinētiſſimā.ſi mores.ſi doctrinā inſpicias. Nā ⁊ cōſtanter ⁊ ſancte in tantis ꝓcellis humanaꝝ ꝑturbationū vixerat.ideo vno oīm ꝯſenſu pontifex creatur. verū cincius fregepanis ira ob hāc electionē ꝑcitus q̄ vnū ex ſuis cardinalibꝰ collegio ꝓpoſuerat quē pōtificē eligerēt.in monaſteriū palladij cū armatis ſatellitibus irrūpens refractis foribus obuiū quēquā ꝑcutit.pontificē obtorto collo in terrā deiectū calcibus ꝯterit in vinculaq̄ꝫ conijcit.cardinales fugā parātes ex mulis ⁊ equis deijcit nullūq̄ꝫ genus ꝯtumelie p̄termittit. Nō tulit tantā iniuriā populus ro.cōfeſtī liberatꝰ in lateranū ducit̄ vbi de more coronat̄. Perſeq̄nte deinde illū heinrico imꝑatore in gallias ꝯfugit vbi ab abbate cluniacēſi magnifice ⁊ ſplendide ſuſcipit̄ intereundū eccl̄ias in tillano ⁊ in tornaco dedicat. tandem ad cluniacenſe monaſteriū ꝑueniens. Ibi dū multa ī eccl̄ie reformatōem tutelāq̄ꝫ cū regibus ⁊ principibus molliret̄.pleureſi correptꝰ pontificatꝰ ſui anno primo die quinto moritur. Sepelitur autem eius corpus intra limina cluniacenſis cenobij.

Anno mūdi.6313. Anno xp̄i.1114.

Caliſtus ſecundus guido antea vocatus natione burgūdus. vienenſis archiepiſcopus originē a regibus francie anglie atq̄ꝫ etiā alemanie ꝓſapia ducens ⁊ vt alij habent comitis burgūdie frater a cardinalibus qui cluniaci tum aderant pontifex creatur. verū non prius pontificiū habitum ſibi deſumpſit q̄ꝫ intellexit ſe ab hijs quoq̄ꝫ cardinalibus confirmari qui rome ⁊ in ytalia remāſerant. Renūcijs cognita romam veniens populo obuiam prodeūte vrbem ingreditur congratulantibus oīmibus. Rebꝰ aūt ex ſentētia rome compoſitis beneuentū ꝓficiſcitur quo principes cōuenere qui iureiurando ꝓmiſerūt ſe in poteſtate pape ſemꝑ affuturos. Inde romā rediens legatos ad heinricum imꝑatorem mittit. Qui pace ſine vlla ꝯtentione compoſita ad vrbem redeūtes tabellam pacis ad lateranenſem baſilicam ſuſpendere publica igit̄ leticia exorta eſt. Pontifexq̄ꝫ interea beneuentū delatus infauſta in expeditione ſua multos ſibi cariſſimos febribus correptos amiſit. Et ip̄e mala pariter vſus valitudine lectica in vrbē eger meſtuſq̄ꝫ relatus eſt.at Caliſtus pontifex valitudine vix dum reintegrata concilium laterani nongentoꝝ patrum congregauit.in quo cū pacem inter multas diſſidentes cōpoſuit.tū maxime eccleſiaſticum ſtatuꝫ reformauit. Et q̄ꝫ plurimū faciendū ē dn̄icum michaelem venetoꝝ ducem vt laborantibus apud hieroſolimā xp̄ianoꝝ rebꝰ ſubueniret miſſis cum vexillo eccleſie nūcijs exorauit. Tandem de deo deq̄ꝫ hominibus bene meritus pontificatus ſui anno quinto.menſe decimo.die ſexto in dn̄o moritur.

Linea ſummoꝝ pontificū

Paſcalis ſecūdus



Gelaſius ſecundus



Caliſtus ſecundus



Linea imperatoꝝ
Heinricus quintus



Heinricus eius nominis quintus p̄dicti Heinrici q̄rti filius anno ab incarnatione dn̄i. M.c.vij. ab electorib⁹ delect⁹ impare cepit ⁊ impauit annis. xx. Iſ viuente adhuc patre rex romanoꝝ declaratus genitorē bello fuerat pſecutus. quod maiori ex parte circa Leodiū coloniāq; eſt geſtū. Mouerat Aquiſgrano cū exercitu filius in genitorē Leodij agentē ducturus. ⁊ p̄miſſe cohortes apud Moſam pontē occuparūt cū paterni milites in illos delati p̄lio decertarūt priuſq; ꝙ heinricus filius acceſſiſſet ſui pōte deturbati clade haudquaq; ſunt confecti. Receſſit itaq; Heinricus filius in colonieſes fidē genitori ſeruātes auxilio archiepi fauētj ſibi fretus Coloniā paruo obſeſſo tp̄e recepit. Inde ep̄m Rotbardū i Herbipoli ponēs ſecuritate ab vrbanis accepta dimiſſis ſaxonib⁹ cū bauarijs ad obſidiū Nurmberg diuertit quā vrbē expugnauit. ſoluto exercitu ratiſponā acceſſit. quē pater illico ſubſequēs Rubertū ep̄m in Herbipoli reſtituit ⁊ auxilio Ratiſponē ſiū filiū vrbe fugauit. poſtea reuerſus Leodiū cōſtituerat illi⁹ obſidionē priuſq; potiref nullaten⁹ relinquēdā. cōtinuaueratq; mēſes quatuoꝛ. cū pater ad annu regni vnde q̄nquageſimū eo in angore animi ē defunct⁹. ⁊ heinricus ipe fili⁹ ei⁹ nomie q̄ntus regna quib⁹ tūc pociebaf retinuit iuſtiore titulo gubernandā. Reliquūq; qd in patris fuerat poteſtate a populis ē p̄miſſum inde annos q̄nq; primos accepti in paterni morte regni Germanie illo cōfirmādo totos adhibuit. nec pontifici romano Paſcali ſecūdo ea rōe aliter moleſtus fuit ꝙ ꝙ ⁊ ipe epōs alioſq; ecciaſticos auſus ē in iuſſu pōtificis inueſtire. Cūq; pōtifice eā auctoritatē petitā cōſtantiſſime vidiſſet denegare dolis rē eſt aggreſſus ⁊ ad ſextuz regni annū veniēs cū exercitu in Etruriā oratores p̄miſit. q̄ oſtenſis mādatis regē ſpopōderūt ſi ad coronationē admitteref iuratuꝝ ſe oēm inueſtiturā oīno omiſſurū vt oēs regnoꝝ ſuoꝝ eccie iura ꝑpria. ⁊ btūs Petrus ſuū habeat patrimoniū ſic a Carolo Luduico Heinrico ſc̄io ⁊ alijs impatoꝛib⁹ factū fuerat. ea ſponſione ſolenni firmata miſit pōtifex ſutriū legatos q̄bus rex ex cōcepta rome formula iuramento ꝑmiſit. Uenit itaq; Heinricus ad terciū ydus februarij ad mōtem gaudij q̄ ⁊ mal⁹ dicif. cui poſtea die ſigniferi cū vexillis ⁊ multitudo populi cū oliue romuſculis occurrerūt. cū eſt ventū ad ſupremos ſcalaꝝ atrij grad⁹ ꝓſtrauit ſe rex ad pōtific pedes ⁊ eleuatū ille ad oſ oſculū admiſit priuſq; introducere ꝓceſſionē ex more impatoriā fecit ⁊ tūc a pōtifice impatoꝛ appellatus ē. poſtea petijt impatorē pontifex vt ꝑmiſſa ſeruaturus inueſtituris abrenūtiaret. ille ſurgens ſeceſſit ac Paſcalē cū vniuerſis eccie p̄latis ꝑ fraudē intercepit eoꝝ bona in p̄dā cōuertit. Poſtera die populus roman⁹ armis correptus ꝯtra theotonicos inſurrexit tādē vrbe eiecerūt. Impatoꝛ aūt in circuitu vrbis rome in vindictā oīa ſuburbana incendio conſumpſit. Romanis tn̄ vt ſe admitterēt muneribus doniſq; tentauit. vna tn̄ romanoꝝ vox fuit vt nūq̄ admitteref ꝙ pontifex ⁊ cleri liberi eſſent. Cōpoſitis igif rebus impatoꝛ a pōtifice cōfirmaf ⁊ coronaf. Uoti compos fact⁹ in Germaniā cū pace redijt atq; Mathildē filiā regis anglie in Magūcia ſponſam accepit. Deinde decimo imperij ſui anno in ytaliā rurſus venit cū rite coronari non obtinuerit a Mauricio archiep̄o coronā accepit. Tandē in man⁹ Caliſti pape iura eccie reſignauit abſolutionis b̄nficiū impetrauit. Poſtremo dū inferiores ꝑtes rheni circuire parat in Traiecio friſie vrbe morbo correptus diē clauſit extremū. Inde ꝑ coloniā ad ſpirā duci⁹ iuxta auū cultu regio ſepelif. Ad cui⁹ tumulū tale inſcriptū ē epitaphiū. Filius hic: pater hic: auus hic: proauus iacet iſtic. In eadē q̄z baſilica Spire de his impatoribus p̄miſſis hec ſcripta i ſepulchris marmoreis ꝯtinēf. Conrad⁹ ſcd̄s ipatoꝛ romāoꝝ āno M.xxxix. nonas iunij obijt. Huius heinrici fili⁹ tercius dict⁹ niger romanoꝝ impatoꝛ anno M.lvi. obijt nonas octobris. verſus ſeptētrionē ſcriptū extat huius. filius Henricus q̄rtus dictus ſenioꝛ ro. impatoꝛ M.c.vi. ſeptimo yd⁹ iunij obijt. Filius eiuſdem Heinricus q̄ntus iunioꝛ romanoꝝ impatoꝛ. Anno dn̄ice incarnationis M.c.xxv. x. kalend̄ auguſti obijt. hec addere libuit ob varia dicta hiſtoricorum.

Anſhelmus lucenſis ep̄s vir doctrina ac ſanctitate p̄cipu⁹ ꝑ hec tp̄a floruit. q̄ operā dederat vt cenobiū tā amplū ſancti Benedicti io mantuano agro Mathildis impenſa edificaref. eodemq; in loco ſepultus. ac Mantuā deinde tranſlat⁹ in cathedralē eccīam ne a vicinis furto ſubriperef cū miraculis continuo clarioꝛ fieret. vbi nūc vſq; miraculis clarus quieſcit.

Anſhelmus ep̄s



Anſhelmū q̄z aliū fuiſſe ea tēpeſtate ſcribūt. Is vir doctiſſim⁹ ⁊ apd̄ anglos tanti p̄cij habitus vt breui ex monacho abbas. deinde Cantuarēſis archiep̄s ſit factus ⁊ p̄clariſſima op̄a compoſuit de meditationibus. Cur de⁹ homo de libero arbitrio. de ſimilitudinib⁹ monologion. de p̄deſtinatione. ⁊ plura alia preſcripſit. nec dū. xv. ſue etatis annū attingerat cū mēte reuolueret vitā quō in deū erigere poſſet. patriā egreſſus partim in Burgundia. ꝑtim in francia ac normānia ad ſanctitate ꝑegit ⁊ p̄ceptorē Lanfrancū elegit qui in candonieſis cenobij regimine aſſumptus ipe prioris officio functus eſt grinlacenſem:

Felicia quoq; hec tp̄a fuerunt que etiam Sigibertum monachū balbatenſez virum ſpectate doctrine protulere qui in omni ſcientia literaꝝ ingenioſus. temporum deſcriptoꝛ poſt hec tp̄a obijt.

Ordo templarorum



ORdo templatoꝝ militū (vt multi aſſeuerant) ſub Gelaſio iſto pontifice apud iheroſolimā initium ſumpſit ⁊ ducētos ferme ꝑ annos ꝑdurauit. Auūt enī veteres poſt ſubactū a gothifredo clariſſimo Lothoringie duce ihrl'm regnū quoſdā pios hoīes de militari diſciplina ꝯſpicuos. eo ꝙ peregrinos venerāda loca deuotione viſitātes incurſionib⁹ ⁊ latrocinijs cernerent infeſtari. deo ſuā militiā deuouiſſe ⁊ apud iheroſolimā cōmorātes ꝑegrinātib⁹ vltro ſua ſubſidia impēdebāt. His primo numer⁹ paruus ⁊ volūtaria paupertas. ⁊ magiſter vnus in porticib⁹ templi fuit. Ex q̄ etiā ſortiti cognomē. habitātes itaqꝫ nō longe a dnīc ſepulchro ꝑegrinos ingēti charitate ſuſcipiebāt atqꝫ eos per ſacra loca armati deducebant. ⁊ inde ſine aduerſariorꝝ moleſtia reducebant. Hos vita fide ⁊ grā multi peregrini in europā redeūtes mirūimmodū cōmendabant. ⁊ elemoſinas donariaqꝫ largiſſima eis conferebant. Cū plurimo pio opi adhererēt ab honorio ſummo pontifice palliū albū ꝓ habitu ⁊ vite regula ꝯceſſum eſt. cui pallio poſtmodū ab eugenio ſucceſſore rubea crux ſupaddita. cui militarent clarius ꝑbuit argumentū. quibus ⁊ btūs Bernhardus abbas regulam cōpoſuit obſeruandā. Sane dū pene eos pauꝑtas nouerca libidinū viguit militie votū ⁊ viuendi exhibita norma optime obſeruata illos fecere ſanctitate florentes. Attamē dū pio opi vndiqꝫ xp̄ianoꝝ opa affluēter opem afferūt. ſenſim ſubintrare delicie atqꝫ libidines incepere. ⁊ vti a principio relictis perituris diuicijs hoīes ſacro opi ſubintrabāt. ſic in ꝓceſſu quaſi ad paratos theſauros ceperūt impatientes inopie euolare. inde caſtris vrbib⁹ populis impare. ſibi quietē. ſeruis bella cōmittere ⁊ militie magiſtratū oneris olim officiū in honorē potiſſimum ſublimare. quibus ſici decliuū a virtute labentibus eorum exterminationem ſub clemente quinto pontifice infra edocebimus.

Anno dnī milleſimo. xx. ab incarnatiōe (vt ſcribit Vincētius) cepit ordo tēplaris militie. qui dicūt ſci Johānis hieroſolimitani. hi degunt ſub regula beati Auguſtini habētes habitū nigrū mō laycalis cū cruce alba in pectore. qui deputati ſunt ad pugnādū corporaliter ꝯ infideles. quorum locus principalis Rhodis inſula. qui ſubdūt magno magiſtro rhodi. Similiter omnia coꝝ oratoria ꝑ orbem diſpſa q̄ multa ſunt ⁊ opulēta. ⁊ q̄a pauci eoꝝ ſunt clerici. priuilegio tn̄ ꝑſonali ⁊ reali clericoꝝ gaudētes ſunt. horaſqꝫ ſuas ex oratione dnīcali videlicet pater noſter indies ꝑficiūt. de quo inferius fiet mentio.



Apud Indos generale ⁊ p̄cipuū eſt cognomē ſuoꝝ patriarcharū Johānis p̄ſbiteri. q̄s in p̄mis Matheus aplus. deīn eunuchus Cādicis regine in ethiopia ꝯſtituere. ⁊ Indiā beat⁹ Thomas aplus ad fidē conuertit. Johānes aūt p̄ſbiter non ſolū pontifex ſed et magnus impator cenſet. Cui impio duo ⁊ ſeptuaginta reges parere ⁊ tributa pendere quotannis dicunt. In quoꝝ regnis. xxvij. ſupra cētū archiepī p̄ſident. In ciuitate aūt ꝑmaxima noīe Bibrith ſedem pontificatus ⁊ imperij habent. Anno aūt dnī. M.c.xx. Johānes patriarcha vn⁹ de maximis Indoꝝ romam veniens calixto pape cardinalibus ac ceteris p̄latis in publica aſſiſtentia narrauit quo ſanctus Thomas aplus quotannis diuiniſſimo ſacramento populum in India communicat manu ſua porrectū dignis ⁊ retractū ab indignis apud ciuitatem Hulnam.

Burdinus antipapa natione hiſpanus quē Heinricus q̄ntus impator ſecūdo gelaſio pontifice viuo in ydolū erexerat ſutrij ſe continuerat. cui benedict⁹ nomē datū fuerat ꝑ id tpis apud vrbē romam ſecūdo caliſto pontifice romano rebus ecclaſticis intēto contra eū pontificis nomē vſurpare volēs. In ea vrbe eum cetani comites tirannuli defenſauerant. Dumqꝫ caliſtus concilio intētus eſſet vias illi claudiam ⁊ aurelianā adeo latrocinijs fedauerant vt nemo illis romā tutus ſecuruſqꝫ poſſet accedere. Quobrem caliſtus pontifex copijs vndiqꝫ contractis ſutriū obſedit. cuius oppidani infelice Burdinum e veſtigio tradiderūt. Iſqꝫ camelo ꝯuerſa in beſtie caudā facie impoſitus romāqꝫ ꝑductus non minus in vrbe q̄ꝫ in toto itinere ridiculo plebi fuit. abſtinens tamen caliſtus ab iniqui hominis ſanguine illum in cauēſe monaſterium detruſit. Multa interim caliſtus in Rogerium Sicilie comitem ſe regem ytalie appellantem animo non minus celſo q̄ꝫ irato dum molit᷑ obijt vt ſupra p̄miſſum eſt.

Bernhardus clareuallenſis abbas natione burgūdus. hic ex caſtelliōe burgūdioꝝ caſtro nobili ortū habuit ex parētibus nobilib⁹. cuius pr̄ Teſſelinus miles ſtrennuus ac deuot⁹ opidi defontanis ꝓpe diuionē. mater Aleth ex caſtro montis barri. que p̄ter Bernhardū terciogenitū q̄nqꝫ filios ac filiā ſanctimonialem in lucē ꝓduxit. q̄s cibis cōibus ac groſſioribus (vt liberius ī monaſterijs deſeruire poſſent) enutriuit. Uidit aūt ſomniū dū in vtero geſtaret bernhardū catellū candidū in dorſo ſubruffum ꝛ latrantē p̄ſagiū futuroꝝ vt magnos latentos in detractores eccīe faceret. Cū. xxij. attigiſſet annū cū. xxx. ſocijs (relicta domo paterna) in ciſtercienſi monaſterio anno M.c.xij. religiōis habitū deuotiſſime ſuſcepit qđ a Stephano religioſiſſimo viro aū ꝑ annos. xv. firmatū extitit. in q̄ tantū ꝓfecit vt breui tpis ſpacio ob maximā ſanctitatē ꝛ doctrinā clareuallēſis abbas ab oībus creatus fuerit. cui quidē loco maria cū gloria ꝑ ſex ꝛ triginta annis p̄fuit. ꝛ ī vita ſua monaſteria centū ꝛ. lx. ſui ordinis extruxit. illuſtrās eccīam ſanctitate vite et ſuauitate doctrine ꝛ miraculoꝝ glīa. Preter eīm laudabilē vitā ꝛ ſanctitatē maximā īgenij ſui plurima edidit monumēta. de ꝯſideratiōe ad eugeniū papā. de cāticis cāticoꝝ. de amore dei. librū meditationū ꝛ plura alia: omelias q̄z varias. ep̄las ac ſermones. Cū apud oriētales edīſſa vrbs xp̄ianis ablata eſſet bernhard⁹ tantā noī xp̄iano īiuſtā ignominie notā īdigniſſime tulit. Is p̄ncipes p̄latos nobiles et populos galliaꝝ pene ſingłos adiēs incūdā eē expeditionē vexilla crucis ī barbaros ꝓferēda ꝯcionabūd⁹ clamabat. ꝛ cōradū ro. regē ducētē expeditionis mun⁹ induxit. Deniqꝫ p⁹ inſta miracula ꝑpetrata cōſūmatis vite ſue annis circiter. lxiij. obdormiuit in domino.



Sanct⁹ Bernhard⁹ abbas clareu elleuſis





Petrus alfonſus circa annū dn̄i M.c. claruit genere iudeus antea moiſes vocat⁹. q̄ relicto iudaiſmo baptiſmi ſacramētū deuotiſſime ſuſcepit. ac librū pulcherrimū ꝑ modū dialogi elegātē cōpoſuit in q̄ contra iudeos ꝛ ſarracenos egregie diſputat. Alij tn̄ ſcribūt illū ad conuerſionē veniſſe circa ānū dn̄i M.c.vi. et ab Alphonſo hiſpanie rege ex ſacro fonte ſuſceptū. ꝛ id factū ī die natalis aploꝝ petri ꝛ pauli. vn̄ ob venerationē ꝛ memoriā ei nomē impoſitū fuit petrus. ꝛ ob hoc alphonſi cognomētū habuit. ea geſta ſunt in ſede hoſtiēſis ciuitatis. qui poſtea chriſtianā legē omnibus preſtantiorē eſſe concluſit.

Petrus alfonſus





Sacro igne hac tēpeſtate in occidēte multi accēdūt. mēbris īſtar carbonū nigreſcētib⁹. q̄obrē anno dn̄i M.c.xxviij. multi d̄ pago ſueſſionico ſacro igne ſuccēſi ad eccīam b. marie ī ciuitate ſueſſioꝝ ſitā conuenerūt. ibi diebus pauc̄ mīaꝫ dei ꝛ beate Marie preſtolantes ſalutē conſecuti ſunt.

Sanguis hoc anno idib⁹ iunij in agro emiliano ꝛ flāminco pluit ꝛ apud rauēnā ꝛ parmā. q̄ res plurimis terroꝝ fuit.

Porca quedā in liginenſi porrochia teſte vincētio gallo enixa ē porcellum hoīs faciē habentē. eodē quoqꝫ anno pullus galline q̄drupes nat⁹ eſt

Acies ignee apparuerūt in celo q̄ ꝑ totū celū ſperſe plurima parte noctis viſe ꝛ ſtelle ꝑplures de celo ī terrā cecidiſſe viſe ſunt. ſupfuſa aq̄ fum⁹ cū ſono exibat



Hiēs inſup aſperrima fuit. ꝓ q̄ ſtatī valida fames ſubſecuta ē. ac hoīm mortalitas luēſqꝫ aīaliū agreſtiū ꝛ domeſticoꝝ. ſtrages quoqꝫ auiū mutuo concertancium extitit.

Terremotus p̄terea in ytalia multis ī locis q̄draginta dieꝝ ſpacio ꝑdurauit vt ville amote ſint.





Luna. xiij. intēpeſta noct̄ ſtell̄ lucētib⁹ eclipſim paſſa verſa ē in colorē ſanguineum.

Monſtrū quoddā geminū corpis mul̄r peperit ante habens faciem homis retro canis.

Iohannes de temporibus qui fuit armiger caroli magni ꝛ vixit annis. ccc. lxi. moritur.

Anno mũdi. 6323. Anno chriſti. 1124.

Linea ſumoꝝ pontificū

Honorius ſecundus



Innocentius ſecundus



Celeſtinus ſecundus



Honorius ſecundus q̄ ⁊ Lambertus flagnani imolenſis agri genitus Hoſtienſis epũs eo tpe pontifex creat̄ q̄ Balduinus ab hoſtib⁹ ꝑcio redempt⁹ antiochiā iheroſolimitano regno adiũxit. Honori⁹ etſi obſcuro loco natus erat tñ līatura ⁊ moribus tanto magiſtratu dignus videbat̄. verũ nõ adeo eius ſingreſſus laudat̄ cũ ambitiõe quorũdā poti⁹ ꝙ oīm bonoꝝ põtificatũ inierit. nā populus ipe Saxonē ſancti Stephani cardinalē pontificē ꝑcupide nimiũ optabant. id q̄ȝ ſe cupere leo fregepanis oſtendebat. At vero cũ id velle Leonē cardinales quidā cernerēt ne ex eius ſententia pontificē legerēt omiſſo Saxone Thebaldũ ſancte anaſtaſie pſbiterũ cardinalē pontificē delegũt quē Celeſtinũ appellarũt. tũc Leo nõ amplius imorandũ ratus Lambertũ de q̄ ante ꝑmiſſum pontificē ꝓponit. cleroꝙ electionē approbante. q̄ inde oīm cõſenſu pontifex maxim⁹ cõſalutat̄. qui cardinales quoſdam viros inſignes creauit quoꝝ opa poſtea magnis in rebus vſus eſt. At vero cũ in pontificatu recte gubernato quinquēnio ac menſibus duobus vixiſſet collachrimantibus omnibus morit̄ ⁊ in baſilica lateranenſi nullo non genere honoris adhibito ſepelitur.

Innocentius ſecundus ad annũ ſalutis triceſimũ ⁊ vndecies cētenũ Honorio ſucceſſerat. patria roman⁹ ex Thiberina regiõe patre iohanne. qui pontificatu ſuſcepto ſtatim in Rogeriũ Rogerij comitis ſicilie filiũ mouet. Is ſeſe ytalie regē appellans egre tulit adeo vt iracũdia magis ꝙ viribus ad eā rē aggrediendā neceſſarijs fretus tumultuario cõtractũ impetu exercituȝ in illũ duxerit tanta ꝓfectus celeritate vt apud ſcti Germani opidũ improuiſu impetu ſit repulſus. oppidoꝙ capto. at Guilhelmus calabrie dux Rogerij filius cũ exercitu veniēs cõmiſſo ꝓlio pontifex cũ cardinalibus capti gloriā adeptus eſt. Rogerius tamē modeſtia vſus pontifice cũ ſuis liberato quicq̄t voluit ab eo ꝓter regni titulũ impetrauit. reuerſus romā Innocētius Adulterinũ pontificē nouũ ſibi ſuffectum reperit. Petrũ petri leonis filiũ qui ſe Anacletũ pontificē appellaret. Is ſpoliauerat abſente Innocentio primarias vrbis eccl̄as aureis argēteiſꝙ ornamētis et cõflata inde ingenti pecunia multos in vrbe corrũperat. ꝙobrē ſibi ⁊ ſuis timēs Innocētius Conrado Sabinenſi epo cardinali vicario ſuo in vrbe relicto roma migrans cuȝ cardinalib⁹ ⁊ curia ꝑ piſas ⁊ genuā ad Philippũ regē in frāciā eſt delatus. Inde celebrato apud claꝝ montē cõcilio Petrũ antipapā ⁊ ſectatores cuȝ damnaſſet Aurelianũ ſe cõtulit. In belgis deinde habito cõcilio in ytaliā cũ Lothario impatore redijt. Celebrato apud placentiā cõcilio piſas ſe contulit. ⁊ cũ genuenſi populo reb⁹ breui cõpoſitis. tandē romā acceſſit pontifice in lateranũ ⁊ rege in auentium montē a populo ꝑductis quies pata ē maxima ciuitati. celebrataꝙ ſynodo laterani cõſtitutõȝ q̄ extat. Ne q̄s in clericũ man⁹ audeat inijcere violentas inter alia fecit. afflixit vero huius põtificis extremo tpe omēȝ ytaliam fames valida. pontificat⁹ ſui anno. xiiij. menſe. vij. die. viij. moritur.

Celeſtinus ſecundus Guido antea vocat⁹ ſcti Marci pſbiter cardĩalis natione tuſcus mortuo innocētio ad annũ ſalutis terciũ ⁊ q̄drageſimũ ſupra vndecies cētenũ põtifex creat̄ oīm cõſenſu. Fuit aũt ortus e caſtro feliciatatis q̄d nõ nulli ciuitatē caſtelli eſſe affirmant Typhernũ ab antiq̄s appellatũ. Hic btūs in hoc tantũmõ dici poteſt ꝙ nullis ſeditionib⁹ toto ſuo põtificatu ob breuitatē tpis vexatus fuerit. propter hanc vt arbitror cauſam. q̄a vbiꝙ peſte laboratũ ē. ex q̄ ⁊ ipe põtificatus ſui mēſe q̄nto morit̄ ſepeliturꝙ in lateranenſi.

Otto epũs Babēbergenſis



Otto Babenbergenſis epũs ex Sueuia ingenuis ortus parentib⁹ l̄ris traditus ⁊ Poloniā aggreſſus eā linguā didicit. Auxilio inde duciſſe Polonie ī curiā henrici impatoris aſſumptus poſt Ruptũ fauente henrico in epm Babēbergenſem ordinatus. Poſtea cũ annis q̄tuor ꝑfuiſſet Pomeraniā ꝓuinciaȝ adijt. ea em̄ iuxta mare ſita in refuſionib⁹ triangularis apparēs que ī occeano Daciā habȝ in alia Pruſſiam ⁊ in tercia parte Poloniā attingit vſꝙ ad Saxoniā quā ſua ſuaui doctrina ac miraculis relictis ydolis deo reddidit ⁊ ad xp̄i cultũ reduxit. Varia q̄ȝ monaſteria in pleriſꝙ locis extruxit. Celeberrimũ q̄ȝ fontis ſalutis cenobiũ auxilio comitũ de Abenberg ꝑdijs auxit. Apud Ratiſponā Pruuēnig ⁊ alia monaſteria ī epātu halberſtateñ patauiēſi ⁊ aq̄legiēſi fundauit. Is itaꝙ vir ſctũs ⁊ multis virtutib⁹ adornat⁹ Anno. M.c.xxxix. plurimis miraculis clarus morit̄. Sepultus in choro cenobij montis mõachoꝝ quē locũ ſingulari affectõe ſp coluit ac edificijs ornauit ⁊ fontē plũbeis fiſtulis e vicino mõte ī monaſteriũ reduxit ⁊ a põtifice ob miracl̄a ⁊ eas res in ſanctoꝝ confeſſorum conſortiũ refertus eſt.

Balduin⁹ rex. iij. ihr̄lime



Balduinus ei⁹ nominis terci⁹ iheroſolimoꝝ rex prioꝛ Balduini cõſobrin⁹ fuit. qui anno ſcđo regni ſui gaȝim turcoꝝ minoris Aſie ducē ſupatũ ꝯphendit. ſequēti anno Damaſci regē ex improuiſu iheroſolimā hoſtili aīo petentē fudit. antiochiāꝙ ciuitatē iheroſolimitano regno adiũxit. deiñ aſcãlonitaꝝ regē vnico ꝓlio repulit. ⁊ Balduinũ damaſci regulũ. tādē defũct⁹ nullũ filiũ ſ; vnicā tm̃ filiā dimiſit.

Lotharius q̄ ⁊ lintherius dux ſaxonie p̄r̄e gebhardo. defuncto heinrico quinto ſine liberis. principibus maguntie cū legato eccl'ie romane conuenientibus in demortui heinrici imp̄atoris locū legitimis ſuffragijs ceſar creatur. licet valde renitens ⁊ ſe tanto honore indignum dicens. voto oīm ad regnū tractus fuit. anno dn̄i. M.cxxvij. Js anno primo in bohemos ſibi rebelles bella geſſit. nō ſine ſtrage ſuoꝝ militū. Progeniē deinde heinrici caſtigās. dco fridericū ⁊ frēm eiꝰ conradū nepotes ex ſorore heinrici imp̄atoris rebelles habuit. Vñ in eius odiū conradus a quibuſdā rex declaratus fuit. habita deinde pace. eo viuēte quieuit. Jmperio itaqꝫ ſuſcepto illico Jnnocentiū papam a petro antipapa roma pulſum in gallia apud leodiū adijt. ſacro adactꝰ ē expeditionis breui parande. eū qua tutꝰ romā vere primo duceret. Et magno cōfeſtim exercitu compato in ytaliā cū pontifice venit. Romāqꝫ ingreſſi pōtificem ī lateranū pduxit. ⁊ miro felicitate ſtatim oīa ad ſalutē redegit. Cuiꝰ beneficio ductus innocentius ip̄m imperij corona ſolenni pompa coronauit. Qui mox ī germaniā ad cōprimendos bohemoꝝ motus redijt. q̄bus ſuperatis. Cū pontifex piſas cōuocatū ex vniuerſo orbe aggreſſus ē cōciliū celebrare. in quo cōſtitutiōnes quaſdā edidit. Jllico rome ⁊ in rogerij principatu ſtudioſi p̄ pontificis innocētij abſentiā caput attollere inceperūt. Viribus maxime innixi quas rogerius offerebat. Quare accerſitꝰ a pontifice lotharius imperator romā cū exercitu aduolauit. ⁊ reductā claſſem pauloante piſani paratiſſimam eduxerūt. Pontifex aūt ⁊ imp̄ator terra p̄fecti. rogerius ſibi timēs dū in ſiciliā confugiſſet oīa amiſit q̄ in terra ytalie occupauerat. Cui cuſtodiente terre pontifex rainonē lotharij imp̄atoris comitem attributo ducatus apulie titulo cum aliquot germanoꝝ cohortibus p̄ſecit. Tantis rebus nō magis feliciter q̄ȝ faciliter confectis. redierūt in vrbem principes. Et lotharius in germaniā reduxit exercitū. Hic itaqꝫ imp̄ator multe prudentie ac clementie princeps fuit. Qui in toto ſuo imperio nil geſſit qd̄ merito ab aliquo rep̄hendi potuerit. Qui tandē de deo. deqꝫ hominibus bene meritus in patriam ſuā iter faciens. verone morbo correptus ſine filijs vitam finiuit.

Fulco q̄rtus rex hieroſolime



Fulco andegauenſiū comes balduini p̄cedentis gener. in quartū hieroſolime regem ſuffectus erat. Regnauit aūt annis. xj. Hic xp̄ianiſſimus vir fuit. ⁊ in armis acerrimus p̄ugnator. Jn hūc igitur fulconē regem q̄ duobus filijs militaris rei ſcientiſſimis vteref legatis rariores barbari impetus fecerūt. Primoſqꝫ oīm turcos ſinū circūcolentes perſicū. innumera viroꝝ milia ſtatuiſſe in xp̄ianos hieroſolimitaꝫ vſqꝫ ducere. Rex factus ē certior q̄ñ antiochenū illi agrū populabūdi ceperant infeſtare. Duxit tñ in illos ⁊ cōgreſſus audaciſſime irruentibꝰ tria milia interfecit. totidēqꝫ ex eis captos tanqꝫ in triūphū hieroſolimā ligatos traxit. Ad quā turcoꝝ cladem excitus rex alaph gente turcus. non magis ſuis turcis q̄ȝ arabibus. Caldeis. Babiloniiſqꝫ auxiliaribus copioſiſſimo fretus exercitu edeſſam inuaſit meſopotamie ciuitatem. qua balduinꝰ Gotfredi frēm qui poſtea fuit ſecūdus hieroſolime rex potitus fuit. Captaqꝫ a barbaris vrbs ſumma ⁊ alias inaudita crudelitate direpta ē. Nam preter occiſionem in omni etate commiſſam. archiepiſcopus ⁊ clerus oīs quod fidem xp̄i abnegare noluerūt gladio appetiti ſunt. Et qd̄ oīa ſupare viſum eſt mala. ſpecioſiſſimas ex noſtris mulieres. ⁊ nobilitate p̄ſtantiores. quas barbari ſuper altare ſancti Joannis baptiſte qd̄ ſcirēt nr̄is religioſiſſimū eſſe violauerūt. Ediſſam eſſe vrbem illā nobilem medoꝝ. Ad quam ſacre tradūt littere thobiam filiū ſuū miſiſſe gabello. quāqꝫ btūs thadeus ap̄l'us ad fidē xp̄i p̄dicationis diuini verbi ac miraculoꝝ virtute p̄uertit. Et in qua (bti thome ap̄li oſſibus decorata) abagarus rex fuerit. q̄ñ ad dn̄m ih̄m date ep̄le ſue fidei p̄meruit ſcripta manu dei rn̄ſa p̄cipe. Que poſtqꝫ q̄tuor ⁊ .xl. annis a xp̄iano pp̄lo fuerit refecta. p̄ter humane p̄ditionis mores talia a barbaris ſit p̄peſſa. q̄ nulla rōne ſint niſi a perditiſſimis tolleranda. Fulco aūt rex quid ea ſibi poſtularet accepta calamitas minus q̄ȝ oportuit conſiderans dum leporem ex acconenſi agro exagitat. equo in caput verſo occubuit. balduinuſqꝫ filius eo nomīe rex tercius. regni titulū gubernationemqꝫ accepit.

Hugo abbas



Hugo abbas cluniacenſis auguſtudunēſis indigena fuit patre dalmatio. defuncto odilone l[illegible]cet renitens de volūtate oīm factus abbas. bonus [illegible] melior cōſcia. optimus temperantia. forma angelic[illegible] moribus compoſitus. ſermone ſuauis. Tandē ſeuio grauatus pontio ſucceſſori cōmiſit. vt humilitatis ⁊ innocentie theſauros cuſtodiret. ⁊ in domino quieuit.

Helinandus epūs



Helinadus item lauduneñ. epiſcopus in oīm ſanctitate preclarus floruit. Et maurilius epiſcopꝰ rothomagenſis miraculis inſignis claruit.

Linea imperatorum
Lotharius ſecundus



PAtauia preclara. diueſqꝫ olim ciuitas. inter danubiū. Enūqꝫ ſita. quam priſci ceſares eccleſie tradide runt. vernacula lingua paſſaw appellata. Danubius ex montibus ſueuie venit. ynus ex alpibus. q̄ germaniam ab ytalia diſterminant. atqꝫ in loco mixtus danubio nomen ammittit. Urbs ipa in longū ten ditur. nec magno negocio formā inſule ſuſciperet. Si quis ab eno. foueam in danubium duceret. Nec yni quingenti paſſus ſunt ex vna. in alteram aquam. Super yno pons eſt ligneus. qui ſexdecim habet arcus ⁊ ciuitatis partem que tranſflumen eſt ciuitati maiori coniūgit. Eſt ⁊ alius pons ſuper danubiū. per quē via eſt ad montes qui bohemiam reſpiciūt. Poſt hos montes fluuius alius niger admodum perlabitur. qui ex boemiā veniens oppidulum iudeoꝝ. Et terciā patauie partem diuidens ſub caſtro preſulis danu bio. quaſi ex oppoſito yno ſe inmiſcet. Itaqꝫ tria flumina vno in loco coniūgūtur. ac propterea locum iſtū quidam verbo ytalico paſſum. hoc eſt tranſitum vocitant. Nam ⁊ per hunc locum merces ytalie in bohe miam ferebantur. Et ſuperiores theutonici auſtriam vel hungariam petebant. ſicut ⁊ hodie fieri videm⁹. In medio vrbis templum eſt diui ſtephani primi martyris huius epiſcopatus patroni. egregie ceptum. ſ nondum perfectum. Chorus hic admodum pulcer edificatur. apud hoc templum edes epiſcopi ſunt ad eā partem que reſpicit ynum. tum capaciſſime. tum ſplendidiſſime. Tranſdanubiū due quoqꝫ ſunt arces epi ſcopi altera in ſummo montis cacumine. altera in radicibus apud aquas vbi danubius ⁊ niger bohemie fluui⁹ (q̄ etiā fert vniones) ꝯiūgūt. Eſt ad ſublimiorē arcē grādis aſceſus atqꝫ difficilis. q̄ tāti ex vno āgu lo p̄t oppugnari. Sꝫ tot ibi munitiones addite ſunt tā muroꝝ qꝫ foueaꝝ vt expugnari poſſe nulla vi hoim videat. Ibi ⁊ aule ſunt ⁊ camere ſplēdidiſſime. q̄s q̄ viderit. nec ornaci⁹ aliqd. nec muniti⁹ vſqꝫ eē putaue rit. at vbi deſcēderis i arcē q̄ īfra iacet ornatū maiorē videbis. teſtudinatas cameras. ⁊ aulas qꝫ pleſ: ſunt



eñ theutonici mirabiles mathematici. oĩes quoqꝫ gentes in architectura ſuperant. Ornaturq́ꝫ hec ciuitas inſignis patauia corporibus ſancti valentini. qđ taxilo dux baioarie ad eũ locũ deduxit. Et ſancti maximiliani archiepi laureacenſis. p. s. Rupertũ ex laureata in patauiã tranſlatũ. Fuit eñ laureata vrbs admodũ inſignis in ampla campoꝝ planicie. Et ſup flumẽ qđ anaſum vocant. a quo nũc vrbs nomẽ anaſum habet. Ubi olim eccleſia metropolitica floruit. laureacenſis dicta. beatuſqꝫ maximilianus (vt premiſſuʒ ẽ) archiepiſcopatum rexit. Et inde martyrio coronatus fuit. Sed poſtq̃ athila rex hunoꝝ. vrbem hanc deleuit vbi arx erat. opidũ ex nomine fluminis reſtrictum eſt. Sedes vº metropolitica in Saltzburgã trãſlata

Hugo de. s. victore



Hugo de ſancto victore natione gallus. ex caſtro ſancti victoris canonicus (vt multi affirmant) regularis ꝛ pariſienſiuʒ clariſſimus doctor. Circa annos domini mille centum floruit. Singularis in vite probitate ꝛ ſentẽtia eruditus in omnibus artibus liberalibus. vt nullus ei ſuo tempore equalis haberet. ideo in multo precio fuit. Qui preter ſanctitatem de q̃ mira legũtur. tum docendo. tum ſcribendo multis admodum prefuit. Et poſt plura reliquit monumenta. De ſacramentis valde neceſſariũ librũ. ꝛ alia opuſcula. ſ. didaſcolicon. de diſciplina monachoꝝ ſpeculum ꝛc. Sermones quoqꝫ elegantes cõpoſuit. Infirmatus ad mortem cum vicio ſtomachi ob vomitũ laboraret ne ſacramento irreuerentiam faceret: ait. Aſcendat filius ad patrem ſuum. ꝛ ſeruus ad dñm ſuum qui fecit illum. Et eucharistia diſparuit. Et vir ſanctus deo ſuo ſpiritum reddidit.

Hugo de folieto



Hugo alter de folieto q̃ ſcti petri corbieñſis aſſerit̃ fuiſſe canonicꝰ ſingularis eloq̃ntie vir q̃ librꝫ de clauſtro aĩe admodũ notabilẽ edidit. in q̃ de ſecuritate clauſtri. ꝛ periculis ſeculi. Et de ordinatione clauſtri materialis. de abuſionibus clauſtri. Et de clauſtro celeſti varia narrat laude digna.



Linea ſummoꝝ pontificū

Lucius ſecūdus



LUcius mortuo celeſtino ſucceſſerat. p cuius tpa platus ad latinos inſauſtus ediſſe direptionis ⁊ nr̄oꝝ cladis ac ignominie acceptus nūcius. ⁊ noſtroꝝ aīos in noue expeditionis congregāde ardorē inflāmauit. Hs lucius secūdus pr̄ia bononienſis pr̄e alberto tituli ſancte crucis in hierl̄m pſbiter cardinalis fuit. quā quidā baſilicā ferme collapſam ꝓprijs expenſis reſtituit. Qui inito pōtificatu nil pretermiſit. qd̄ ad expeditionē hieroſolimitanā admodū neceſſariā ptinebat. Hac em̄ clade audita bernardus clareuallenſis vir ⁊ ſcītate et doctrina inſignis. vt pmiſſum ē. pcinctum religionis xp̄iane aſſumēs. principes oīnes xp̄ianos tū lr̄is. tū nūcijs adhortatus ē. vt crucē in ſarracenos xp̄i vexillum ſumerent. Uex dū pontifex in his v̄ſaret̄ peſte abſumitur. pontificatus ſui menſe vndecimo. die quarto. ac in baſilica lateranenſi ſepelitur.

Anno mundi. 6343. Anno xp̄i. 1144.

Eugenius tercius



EUgeni⁹ tercius piſis oriūdus. ſancti anaſtaſij abbas in monachū antea a bernardo viro ſanctiſſimo electus. defuncto Lucio pontifex in ecc̄ia ſancti ceſarei erat ſuffectus. maiore ſanctitatis ꝙ̄ reꝝ gerēdaꝝ pericie ſpe a pr̄ibus delectus. Cū tn̄ poſtea haud quaꝙ̄ min⁹ prudētia quā bonitate valuerit. Qui vbi romanos inſtare minis eciā cognouit. quo ſui ꝯfirmarēt̄ ſenatores noctu abijt In ſabinoſꝙ farſenſe monaſteriū delatus cardinalibus ⁊ curialib⁹ roma accerſitus conſecratus ē. Uex cū poſtea romanoꝝ nō minas tantū. ſ etiaꝫ facta cōtēneret. pacē cum pontifice conſtituerūt ea cōditione vt in ſedē ſuā pacificus rediret. fuitꝙ ſolenni pompa ⁊ ſumma populi leticia introductus. Qui poſtea cum reſciſſet romanos nequaꝙ̄ bono animo ſ fraude in grām ſecum rediſſe. inſidias veritus tyberi dilabit̄. quē romani haud ſecus ꝙ̄ Gelaſiū olim armis teliſꝙ infectis ꝓſecuti ſunt. appulſus piſas. illico in franciaꝫ nauigauit. Repertum ibi beatum bernardū. didicit rem eccleſiaſticam peſſimo in aſia eſſe loco. ambo ſancti viri ludouicum regem francoꝝ orauerūt. vt cruce inſignitus expeditione contracta conſtantinopolum ſe contulerit. Tandem cū erat annus ſalutis ſecūd⁹ ⁊ quinquageſimus ſupra decies centenū. Eugenius pontifex in ytaliā eſt reuerſus. Quē romani bene ⁊ honeſte acceptum in lateranenſem deduxerunt. Iſꝙ ī vno quē ſuperuixit anno preter compoſitā rem eccleſiaſticā vrbes tarracinā. ſytiam. ⁊ norbam ⁊ fumonis arcem. quas tyranni occupauerāt in deditionē recepit. Et tybure obiēs in beati petri baſilicam eſt delatus. Pontificatus ſui anno octauo. menſe quarto. die vigeſimo.

Anaſtaſius q̄rtus



ANaſtaſius quartus. patria romanus. patre benedicto abbas antea ſancti ruffi veliterne dyoceſ ex cardinali pontifex creatur. Adeptus autem pōtificatum calicem pulcerrimi operis magneꝙ eſtimationis lateranēſi baſilice cōdonauit. Et edes egregias apud pantheon quod ſanctam mariā rotundam vocant breui edificauit. plura quoꝙ mente deſtinauerat tū ad dignitatem eccleſie tum ad ornatum vrbis ro. ꝑtinentia ſi ei aliqn̄ viuere licuiſſet. laboratū eſt hoc tempore fame in tota ferme europa Anaſtaſio clam ⁊ aperte pauperibus ipſis elemoſinas prebente. Qui pontificatus ſui anno vno. menſe quarto die quarto ⁊ vigeſimo moritur. Sepeliturꝙ in lateranēſi baſilica conca porphiretica.

Richard⁹ de ſctō victore



RIchardus de ſancto victore. Uir quidem doctrine ſpectabilis. canonic⁹ regularis ſancti victoris pariſienſis. Qui ſine vlla dubitatōe diſputator acutiſſimus per hec tempora pariſius clariſſimus ⁊ inclitus fuit. Qui preter ſanctitatem etiam infraſcripta grauiter quidem ⁊ copioſe edidit opuſcula. videlicet de trinitate. de ſpū blaſphemie. de poteſtate iudiciaria. de ptāte ligandi ⁊ alia. Sermones ad populū elegantes ⁊ doctos.

Malachias ep̄us



MAlachias ortus in hibernia vbi educatus ⁊ edoctus. Cui⁹ parentes genere et potentia magni extiterūt. Qui in ciuitate ardinacha a malachia qui ī cella eccleſie deo ſeruiebat formā vite accepit. Anno deinde etatis ſue. xxv. ordinatus preſbyter vices ep̄i geſſit Uacante epiſcopali ſede eo renitente trigeſimo etatis ſue cōſecrat⁹ ep̄s conereth introductus ad hoīes beſtiales quos ad mores optimos perduxit. inde poſt mortem celſi in archiepiſcopū aſſumptus intrans ardinachū totius hibernie metropolitanus efficitur. Hic dū aūt hiberniā ſua doctrina ac miraculis illuſtrabat. veꝝ ⁊ ſcotiā. Cumꝙ hebernia pallio careret. qd̄ ab innocēcio ꝓmiſſum erat. accedēs igit̄ Eugeniū ꝑtranſiens clareuallē febre correpť⁹. poſtea in domino quieuit. Sepultus in oratorio beate marie. Anno. Mc. xlviij. quarto nonas nouembris.


Linea imperatoꝝ
Conradus tercius

Conradus eius nominis tercius Heinrici quinti nepos genere Sueuus Lothario imꝑatore rebus hūanis exempto apud cōfluentiā cōmuni principū voto ad gubernandū imꝑiū aſſumitꝰ p̄ſente Theodorico portueñ epō aplice ſedis legato. a quo deinde aquiſgrani coronā regni accepit ꝛ imꝑauit annis. xv. reſiſtebāt iñ ſaxones ꝛ heinricus bauarie dux. heinricꝰ cognominatꝰ ſuꝑbus. Cōuentio principū babenberge poſtmodū extitit. vbi cum vidua Lotharij ad pacem ꝛ gratiā regis ſunt recepti. Heinricus vero bauarie dux qui inſignia imꝑialia ī caſtro Nurmberge occupabat cū ad regnuꝫ aſpirabat. coactus tandem crucē lanceaꝫ ꝛ alia reddidit. iudicio principū a rege ꝓſcriptus quatnor comitatus militibus ſaxoniam petijt. vbi vitā finiuit. Conradus igitꝰ qui in regnū romani noīs ſucceſſerat. habita pace in germania in miliciā nomē dedit. Fuit eñ princeps inclitus ac clemens a diuo Bernhardo abbate plurimū dilectꝰ. cuius hortatu in ſarracenos crucē vna cū ludouico frācoꝝ rege ac alphonſo hiſpanie. ꝛ heinrico anglie regibus alijſq; plurimis principibus ſumpſit. at conradus copijs nō ex Germania magis q̄ȝ Gallijs fretus ingenti multitudine quam eterne vite ſpes accepto ſalutaris crucis ſigno traxit Conſtantinopolim eſt delatus. Hemanuelq; ſecundus grecoꝝ imꝑator vir celeſtiſſimus chriſtiano nomī cōtra ac ſimulabat hoſtis aduenam ducē blande exceptū q̄tū potuit doloſis artibus in ſuā pollicere amiciciam eſt adnixus. ꝑcibuſq; cōpellitur nullo cōꝑato cōmeatu iconiū ſtatim ducere. ſe eñ p̄ſtaturū oīa que exercitui neceſſaria erant Hemanuel pollicebatꝰ. Obſeſſa ē vrbs natura ꝛ artificio munita aliq̄diu ꝛ acriter. ꝛ dum tātus deſidet magis q̄ȝ oppugnat exercitus valitudo ꝛ nō magis corpoꝝ q̄ȝ animoꝝ egritudo quoſq; valētes deq; ac inualidos debileſq; conſternat. Nec ſatis intellectu eſt tūc qđ ab ipis poſtea reſcitū grecis morboꝝ q̄litas effectuſq; edocuit gipſum farine ac panī quē greci importarē fuiſſe cōmixtum. q̄obreꝫ Conradus re infecta in Thraciā retroceſſit. Poſtea cōradus lodouicuſq; reges greci imꝑatoris dolos malis ſuis edocti iunenū conuenientes exercitum Balduino regi hieroſolimitano ſuā operam ſunt polliciti. viſumq; eſt nihil magis conducere q̄ȝ damaſcum copias ducere. tādem iheruſalem ꝑueniēs ſecutus fuerat lodouicū regē diuerſo itinere portuenſis quideꝫ epūs cardinalis quē Eugenꝰ papa ſedis aplice legatū miſerat iheroſolimā. itaq; ductu ri in Damaſcum tres xp̄iani reges. cardinalem q̄ȝ legatū ꝛ ſimul patriarchā iheroſolimitanum. multos quoq; epōs expeditiōi intereſſe curauerāt. iunctis copijs animiſq; magnis conatibꝰ obſident. quā vrbē ſeruos abrahe fundaſſe cōſtat loco cāpeſtri naturaq; arido ſed artificio vbete atq; fecundo. ager eñ effoſſis cuniculis ductiſq; fiſtulis vnde irrigari poteſt mirā vbertatē p̄ ſe fert. Paruus amnis in regione vnicus p̄terlabēs lingulā quandā facit in qua caſtra poſuerant vñ facile cohibere ab aquatiōe oppidani poterant. verū aſſirio quodā ꝑſuadente cui maxime balduinus in rebꝰ arduis credebat. caſtra ad alterā vrbis partem tranſferuntꝰ. Damaſceni inde ab aquatione eos ꝓhibēt. quare cū ſiti fameq; laborarētꝰ ſoluta obſidione cū tantus exercitus re infecta ad iopē rediſſet. cōradus lodouicuſq; cōmunitos male habitoſq; exercitus ſuos in europā reducētes ad ꝓ̄pria ſunt reuerſi. Rogerius q̄ȝ a pōtifice in regem ſublimatus Guelfonē p̄dicti heinrici fratrem in germania pecunijs inductū cōtra cōraduꝫ ad bella mouit. qui apđ caſtrum winſberg victus. Eūdem poſtea heinricꝰ filius cōradi qui poſt cuꝫ regnaturus erat ſi ſupuixiſſet bello deuicit. Tandem rex cōradus anteq̄ȝ hū dictionem imꝑialem ꝑtciꝑere potuiſſet anno dñi M.c.liij apud Babenbergam vita exceſſit.

Multi extimāt ab iſto Guelffone duce baioarie Guelffos appellatos. cuius peſtiferꝫ nomē maxīe in italia inualuit. cū auferat vnitatē ꝛ pacē vt nūq̄ȝ inde poterat extirpari. nā hic Guelſo viuente cōrado ſe imꝑatori impoſuit. hi populi italicoꝝ qui imꝑiale dominiū in ytalia detractāt vſq; in diem hodiernum guelfi nūcupantꝰ. ſed qui in italia aliā partem fouent gebellini. Ceteri aliam cauſam aſſignant vnde dicātur fautores eccleſie guelffi ꝛ fautores imperij gebellini. de quo latius infra fiet mentio.

Lodouicus rex francoꝝ



Ludouicus rex francie lodouici filius patri in francoꝝ regno ſuccedens regnauit annis. xlviij. vir ingētis animi ꝛ virtutis. qui diligēs ea q̄ dei ſunt decimoquarto regni ſui anno vna cum cōrado ceſare cum ingēti multitudīe xp̄ianorum ad expugnationem terre ſancte in ſubſidiuꝫ xp̄ianoꝝ (qui ibi indies ſerebantꝰ deficere) animoſiſſime tranſijt. veniēs Cōſtātinopolim inde trāſiēs per helleſpontum in bithiniam deſcēdit interea ꝑ aliquot dies epheſuꝫ cōmoratꝰ Tādem appropinquās ad iheroſolimam rex romanorum conradꝰ patriarchā obuiam miſit in vrbem ꝛ ad venerabilia loca ductus. poſt cladem ac fallaciā ꝑactam apud damaſcum ferme ꝑ annum in iheroſolimitano regno ꝑmāſit cum vxore ſua. demum cum principibus in ꝓ̄prium regnum redijt.

Ab eo tempore latinoꝝ cōditio apud orietāles regiones indies in peius vergere cepit. cum prius ſola eoꝝ nomīa hoſtibus formidini erant. Tādem hoꝝ principum p̄ſentiam ſine damno deſpexerant. Inde nec vires xp̄ianorum ſuſpectas habuerūt. ideo norodoinꝰ antiochenā ꝓuinciam moleſtare cepit.

Hildegardis



Hildegardis in regione alemanie apud wingiam ⁊ iuxta rhenū virgo admirabilis floruit. pfecte etatis cui tantā diuina virtus gratiā contulerat. vt cū laica ⁊ illiterata eſſet mirabiliter tū rapta frequētius in ſomnis diſceret nō ſolum quod verbis effunderet. ſed etiā quo ſcribēdo latine dictaret. vt dictando catholice doctrine libros cōficeret. que multa fert̄ pdixiſſe de futuris. ad quā ſcripſiſſe dicit̄ etiā beat⁹ bernhard⁹ clareuallēſis. hec ad coloniēſes ſcribēs de futura clericorū tribulatōe. dicit ꝙ clerici gloriā abſq̀ʒ merito habere volūt ⁊ meritū abſq̀ʒ ope.

Gracianus



Gracianus ſancti pculi monach⁹ patria etruſcus ꝺ Cluſa ciuitate tuſcie natus. Qui anno dn̄i M.c.xlix. apud bononiaʒ italie vrbem ob eius ingenij ⁊ doctrine magnitudinē maximo in pcio habitus vbi monachus ſancti felicis in ambitu ſupiori carmīa oſtētant cū plura ꝯdidiſſe. cū inter cetera ſue lucubratiōis opera decretoꝝ librū accuratiſſime collegit. cuius pncipiū ē Humanum genus duobus regit̄. qð q̄dem celeberrimum opus Eugenius pontifex approbauit. ⁊ legenduʒ publicis gymnaſiis ꝯceſſit. Ipm aūt librū in tres diuiſit partes. videlicet diſtinctiōes. cauſas ⁊ de cōſecratiōibus. primā aūt partem in vnam ⁊ cētum particulas diſtinxit. Secūdā in ſex ⁊ triginta cauſas. Ac terciā de conſecratione nuncupauit. ⁊ hāc q̄ʒ in q̄nq̀ʒ diſtinctōes diuiſerit. Q̄uis aliqui fecerūt compilatōes canonum vt yſidorus ⁊ yuo carnotenſis. tamē alijs reiectis hoc ſolum in vſu eſt. Primus huius cōmentator ſeu gloſator fuit hugo. Secūdus Johānes theutonicus. apparatum quoq̀ʒ notabilem fecit Archidiaconus qui dicit̄ roſarium decreti.

Petrus lōbardus



Petrus lombardus pariſienſis epūs ex nonaria ciſalpine gallie vrbe oriundus. p id q̄ʒ tp̄s (vt Vincētius gallus teſtat̄) apud pariſi⁹ inter doctos. nō ſolum ſue etatis ſed ⁊ prioꝝ ſeculoꝝ lr̄is ornatiſſimus. ⁊ bonitate vite atq̀ʒ ingenij acumīe clariſſimus ⁊ celeberrimus fuit. cuius rei gr̄a ſentētiaꝝ libros accurate doctiſſimeq̀ʒ compoſuit. laborioſum certe opus ex multoꝝ ſanctoꝝ patrū dictis vtiliter compilatū. hic quoq̀ʒ maiores gloſas pſalterij ⁊ ep̄laꝝ pauli de multorū dictis ordinauit. nam cum eſſet inter francie miniſtros opinatiſſimus gloſaturā ep̄laꝝ ⁊ pſalterij ab anſhelmo p gloſulas interlineales margīaleſq̀ʒ diſtinctaʒ. ⁊ poſtea a Gilberto ꝯtinuatiue pductā latius ⁊ apti⁹ explicuit. multaq̀ʒ de dictis ſanctoꝝ addidit. atq̀ʒ ſermones multos ⁊ doctoſ atʒ elegātes ad populuʒ habuit

Petrus comeſtor



Petrus cognomēto comeſtor circa idem temp⁹ floruit cū pdictis nō carne ſed virtute frater. in Gallijs vt vincentius gallus narrat hiſtoriā ſcolaſticam cōpoſuit vbi vtriuſq̀ʒ teſtamēti hiſtoriaʒ diligēter ⁊ accurate explanauit. Inſup et quedam incidētia de geſtis gentiliū ex libri Joſephi iudei. ⁊ quorūdam gētilium hiſtorias locis ꝯgruis inſeruit. Alia nōnulla edidit. ſed ⁊ verſus quoſdā in laudē b. marie virginis pulcherrimos cōpoſuit. In iſto igit̄ cētenario annoruʒ poſt M.c. dn̄ice incarnationis eccleſia in doctrinis multū illumīata eſt. Quidaʒ affirmāt hos tres fuiſſe germanos ex adulterio natos. quoꝝ mater cū dolere nō poſſet iniūctum ſibi fuit. de hoc tātuʒ doleas quod nō potes dolere. verū nō contemperanei fuerūt q̄uis vicini tempore.

Guilhelmus puer crucifixus



Guilhelm⁹ puer ī anglia crucifigit̄ a iudeis in die paraſcene in vrbe norwico. de q̄ poſtea mirabilis viſio legitur.

Genuenſes hac tempeſtate cū et ditione diuicijſq̀ʒ ⁊ gloria ad modū clari haberent̄ a cōrado iſto ceſare ſignandi pecuniā et auream ⁊ argenteam priuilegium obtinuerunt cum ipſius ſcilicʒ nota. ꝙ ⁊ nūc vſq̀ʒ apud eos in fidem pmiſſorum fideliter ſeruatū eſt. nam vſq̀ʒ ad id tempus vt iacobus eorum theolog⁹ refert genuenſes niſi papienſi moneta et quibuſdam paruulis qui brunetti dicebantur vſi fuerant.

Auicenna



AUicenna medicus oīm clariſſimus. eminentiſſimi ingenij vir. his tempibus vniuerſo orbi clariſſimus habet. q2 vt fertur dn̄s cordube ⁊ princeps vrbis eius. dedit tn̄ magnā opam exercitio medicine. faciendo vt a prībus intellexi in ſua vrbe conſtrui hoſpitale habitaculū. vbi innumeri ponebātur infirmi. quos ipe viſitabat. homo fuit colore brunus. ⁊ iocūdus. q2 pulſando ⁊ cantando libꝝ fecit cāticoꝝ. Et vt ſcit ſatis iuuenis mortuus ē. Nō em̄ attigit qnquageſimū ānū. Scripſit tn̄ vltra medicinā in omī genere diſciplīne. Et in naturalibus ⁊ mathematicis ⁊ moralibus ⁊ dialeticis. Fuit ergo dominio princeps. practicus in medicina ⁊ in omī genere diſciplīne eruditus. Quo aūt tpe fuerit cū multi nil certū ſcribant. hoc tn̄ certū eſt qȯ tpibus beati auguſtini nō fuit. nec eſſe potuit. vt aliq̄ ſomniant. M. em̄. ⁊. x. anni ferme ſunt exquo beatiſſimus auguſtin⁹ fuit. Quo tpe auicenna eſſe nō potuit. Dicūt aūt reperiri epl̄as mutuas inter vtroſq3 qȯ abſurdū eſt. mirabile em̄ eſſet. cū in volumine epl̄aꝝ auguſtini ad viles pſonas epl̄e ſcripte ſunt. Et epl̄e ad principē habite nō nominentur. Auicenna quoq3 conculas aſportatas ȯ ſancto iacobo noiat. q̄ tpe auguſtini non erat vbi nūc ē. xp̄ianos item noiat ⁊ coꝝ cōſuetudines de carne ⁊ corallo. cū xp̄iani pauci nominis erant ⁊ nō manifeſtos ritus obſeruātes tpe auguſtini. Credit igitur fuiſſe tempore auerrois aut paꝝ ante. Algazel etiā ⁊ alfarabius vidētur fuiſſe cōtemporanei auicēne. q̄ fuerūt tpe auerrois. Declinante ergo imperio ro. ⁊ arabibus hiſpaniā occupantibus floruit. Qui cū in omī doctrina eruditiſſimus eſſet. librū excellentiſſimū cōpoſuit. metaphiſicā deīde accuratiſſime enucleauit. Diſtinctiuſq3 ac clarius p̄ ceteris medicis poſt alios medicos in lingua arabica. poſtq3 oīm medicoꝝ ſcripta vidiſſet. Medicinā omnē in qnq3 libris deſcripſit. Scripſit quoq3 de viribus cordis ⁊ plura alia.

Auerrois cōmentator



AUerrois quoq3 medicus cognomento cōmentator. philoſophus quidē. ⁊ ipe apud cordubā hiſpanie vrbē hoc tpe vt ex libro eius q̄ de celo tractat habetur floruit. Fuit em̄ a natiuitate xp̄i anno. M. cl. vt aſſerit cōciliator. Et egidius roman⁹ in ſuis qlibetis. q. de vnitate intellectus, dicit ſe vidiſſe filios auerrois ī curia friderici impatoris. Multa aūt cōpoſuit ⁊ adeo excellenter in omēs areſtotilis libros ſcripſit. vt cōmentatoris cognomentū pmeruerit. Deinde de ſba orbis de tiriaca. librū q3 pulcrū de medicina Colliget appellatū ac alia multa edidit. auicenne tamen ac medicorum emulus dictus fuit.

Auenzoar medicus



SOar etiā medicus cognomento ſapiēs. q̄ auenzoar dr̄ hiſdem tpibus fuiſſe ⁊ claruiſſe ipemet ī xv. tractatus ſui. qui theiſyr inſcribitur libro. ſ. ij. c. v. teſtat⁹ eſt. atq3 cū aboali auicenna in carceribus fuiſſe eodē libro meminit. Hic cū eſſet eruditiſſim⁹ vir librū medicine noīe theiſir ad qndam regem dedit. Indeq3 nonnulla cōſilia cōpoſuit. Dicitq3 ſe vniuerſam medicinā ampliſſimo volumine euoluiſſe. Aaboali Abincenī ſunt noīa arabica pr̄ez ⁊ auū ſignificantia. Abon em̄ ⁊ abin apud arabes idē ē qȯ fili⁹. Mos em̄ (vt omēs aſſerunt) apud arabes fuit. vt ſcriptores in titulis nomē pr̄is ⁊ aui ponerent ⁊ ſuū taceret. vt maioribus honores deferrent.

S. Thomas archieps̄ Cantuarieñ.



THomas archieps̄ cantuarienſis. in iuuētute oībus gratioſus. relicta curia regali in Anglia a theobaldo archiepo̅ in archidiaconū aſſumptus. Inde in regno heinrici regis angloꝝ cancellariū effecit. vt ſua prudētia malignoruꝫ hoīm ſeuiciā tparet. q̄ poſt deceſſum archiep̄i eccie p̄ficere pcurauit. Cū autē rex ſctm̄ thomā ad volūtatē ſuā in detrimentū eccie inflectere conaret. Cūq3 poſt innumeras iniurias diſceſſit. die. xvij. ad portū venit. et in nauicula parua cuꝫ duobus ſacerdotibus trāſuectus in flandriā. quē papa alexander tūc ſenonis manēs honorifice ſuſcepit. romā adiens. pace reddita ſeptimo exilij ſui anno reuerſus. Uir aūt optimus ⁊ ſanctiſſimus ab heinrico angloꝝ rege cum iura ſua ⁊ eccl̄iaſticas dignitates quas ſibi p̄dictus rex ⁊ publica eius ptās vſurpauerat reſarcire: et in ſtatū priſtinū reuocare anniteret. poſt exiliū damna cōtumelias atq3 obprobria poſtq3 parentū ⁊ amicoꝝ preſcriptōem ⁊ alia; atq3 alia ſupplicia: tandē martyrio coronatus ē. Sepultus tandem in ſepulcro marmoreo. Anno domini. M. clxxiiij. Interfectores eius quidam digitos dentibus auferebāt. Alij ſanie defluentes defecerūt. quidam paraliſi diſſoluti inuiſa obitus indicia preſtiterūt. Uerū alexander auditis ⁊ cognitis crebris ipius beati thome miraculis. eum in ſanctoꝝ cathalogo aſcripſit.

NOruegia prouincia hiſdem quoq3 temporibus viuaci predicatione albanēſis epiſcopi. xp̄i fidem recepit. ob cuius beneficium atq3 virtutem poſtea anaſtaſio quarto defuncto. maximo oīm conſenſu pontifex creatus. hadrianus quartus appellatus eſt.

¶ Anno mundi. 6353. ¶ Anno criſti. 1154.

Hadrianus quartus papa natione anglicus Albanus epũs cũ a tercio Euge
nio cardinalis in Norwegiã miſſus eſſet: vt p̃miſſum eſt ꝓuinciã omniũ ter
re cognite occidentaliũ vltimã eã gentẽ multitudine copioſiſſimã primus omniũ
criſtianoꝝ chriſtianã effecerat. Anaſtaſio rome defuncto in pontificatu ſucceſſit.
Eo itaqꝫ creato pontifice romani cõſules ſuos ſicut per Anaſtaſij tpa adminiſtra
tioni vrbis p̃fecerunt. tentatuſqꝫ a romanis tum p̃cibus tũ minis vt ꝯſulibus li
beram vrbis adminiſtrationẽ relinqueret. vtqꝫ in lateranuꝫ ꝓficiſcereť faciende
conſecrationis cauſa. qd̕ facere recuſauerit niſi prius Arnaldus brixianus antea
ab Eugenio damnatus ex vrbe pellereť. interea cardinalẽ ſancte Pudẽciane via
ſacra ad pontificẽ accedentem. Romani ad Coſme ꝛ Damiani edẽ armis aggreſ
ſi vulneribus affecerũt. Pontifexqꝫ vrbem romã eccleſiaſtico ſuppoſuit interdi
cto. ꝛ forte poſtremi tunc erãt ſacri quadrageſimales ieiunij dies. qd̕ cũ popul⁹
egerrime ferret: peruicit prudencioꝝ ſentencia vt Arnoldo ſeductore pulſo ꝛ cõ
ſulibus depoſitis pontifex ſanctũ in laterano celebrat paſca. Guilhelmũ Sicilie
regẽ qui multas ecclie occupauerat vrbes deinde graui anathemate notat. Fride
ricus aũt primus impator creat⁹ Ciſalpinã galliã cũ exercitu ingreſſus: cũ ad vr
bem veniſſet ꝛ pontifex in baſilica Petri Fridericũ imperij corona donaret. ꝛ a
romãis tumult⁹ excitareť. põtificis p̃cib⁹ impator leniť. hic poſtea ro. dictionẽ
plurimũ auxit. nã ꝛ circa lacũ ſancte Criſtine multa caſtella muniuit. ꝛ Radico
phanũ qd̕ nunc Senenſes obtinẽt muro ꝛ arce ꝓpe inexpũgnabile reddidit. pri
muſqꝫ pontificũ vrbẽ veterẽ inhabitauit. a quo ea vrbs cultior reddita ẽ. Cũ ve
ro inſtantibus romanis ad vrbẽ rediũſſet vexareť qꝫ a conſulibus libertatẽ roma
nam reſtituere conantibus Argguanũ peciit. vbi nõ multo poſt moriť pontifica
tus ſui anno quarto menſe decimo. corpus romã delatũ in baſilica Petri ſepeliť
non longe a ſepulchro Eugenij pontificis.

¶ Anno mundi. 6359. ¶ Anno chriſti. 1160.

Alexander tercius papa patria Senenſis. patre Ranucio. mortuõ Adriano
duoꝝ ꝛ viginti cardinaliũ ſuffragijs pontifex creať. Etſi canonice lectus fuit multas variaſqꝫ in ponti
ficatu paſſus eſt agitationes. quibus iniciũ dedit Octauianus quidã romanus tituli ſancti Clementis preſ
biter cardinalis. quẽ victorẽ appellatũ a tribus tantũ ꝓfanatus. Victor ad Fridericũ impatorẽ: Alexander
hortante Philippo francoꝝ rege Teracinã ꝓfectus cõſcenſo nauigio in franciã contendit. cõuẽtuqꝫ in Cla
romonte habito anathema in impatorẽ ꝛ Octauianũ ſtatim enũtiat: quã ob cauſaꝫ Fridericus tres alioꝫ
hunc Alexandrũ ſucceſſiue pontifices creauit. nã Victore mortuo primo Paſcalẽ. poſt Caliſtũ. deinde In
nocentiũ cõſtituit. At vero romani creatis cõſulibus Alexandro pontifici amicis eũ ſtatim ex francia reuocãt
congratulantibus om̃ibus ꝓbenigne ſuſcipiť. Ciſalpine igiť Gallie populi ĩ ſpem libertatis erecti anno ſa
lutis milleſimo cẽteſimo ſexageſimoquinto in Fridericũ arma ſumũt. ideo cõpato exercitu in ytaliã veniens
Ancona diſcedẽs romã mouet valuis reſeratis illũ furientẽ ingredi ꝑmiſerũt. his intellectis pontifex ſibi ti
mẽs nocte intempeſta cũ ſua familia vrbe abijt ꝛ Beneuentũ acceſſit. eius ꝗꝫ vires ꝑhorreſcens coqui ſui ve
ſtibus ſumptis. eo in habitu venecias ꝓfugit. Et ad diue virginis de caritate monaſteriũ paulo ante a mar
co iuliano conditũ ꝓfectus. ab incolis recipiť. Et ortulo preficiť. Poſt aliquot v̄o menſes cum quidam no
mine cõmodus eum ibidem agnouiſſet. velut inſenſatus confeſtim ad ſebaſtianũ ducem acceſſit. Et ſilenter
in vrbe veneta adeſſe pontificem romanum retulit. Qui re cognita. mox ſenatum congregans. cum om̃i ap
paratu ad põtificis diuerſoriũ acceſſit. cõpertoqꝫ ibi pontifice ro. eũ ſolẽnitatibus ad diui marci tẽplum cum
om̃i gaudio primo ꝑduxerũt. Cũ ibi ex more cõſediſſet. principẽ ꝛ ſenatũ cũ om̃i pp̄lo bñdixit. Impator v̄o
audiens pontificẽ venetijs adeſſe otionẽ filiũ ſuũ cũ armata claſſe ad repoſcẽdũ põtificẽ venetias miſit. Cui
ſebaſtian⁹ dux occurrẽs facto congreſſu ipſum ſupauit. ꝛ venetias vinctũ ꝑduxit. ad pontificẽ ductus eo ꝓ
curante pax inter pontificẽ ꝛ p̄rem auguſtũ componiť. Altera v̄o q̄ ſecuta ẽ dies fridericus venetias venit.
ꝛ pacẽ a filio cõfectã hoc modo approbauit: vt rome ꝛ q̄ ditionibus erant eccliaſtice põtifici redderet. Quo
federe inito alex. pon. confeſtim ad ianuas templi diui marci acceſſit. Et ibidẽ vniuerſo aſtante populo. im
peratori iuſſit. vt ſe humi ꝓſterneret ꝛ veniã denuo poſtularet. at pontifex ceſaris collum pede comprimẽs
ait. Scriptũ eſt ſup aſpidem ꝛ baſiliſcũ ambulabis. ꝛ cõculcabis leonẽ ꝛ draconẽ. at fridericus. Nõ tibi inqͭ
ſed petro. cui ſucceſſor es pareo. at pontifex ꝛ mihi ꝛ petro. ac ſic inter impatorẽ ꝛ pontificẽ pace ꝯpoſita. Et
ducem atqꝫ ſenatũ exornauit. agentẽ poſtea tuſculi pontificẽ alexandrũ henrici regis anglie oratores vni
eccliaſtici adierũt. regem ipſum ab iniuſta nota purgatũ. quem necis beati thome cantuarieñ. archiepiſcopi
conſciũ fuiſſe crebris rumoribus allatum erat. Quibus auditis pontifex duos cardinales in angliã miſit. q̄
reuerſi retulerunt multa inſpexiſſe plura audiuiſſe miracula. que ad beati thome ſepulcrum deus oſtẽderat.
Quã obrem pontifex illum in ſanctoꝝ martyꝝ chriſti numeꝝ retulit. Cũqꝫ tercio hic põtifex romã profectus
eſſet apud lateranum conciliũ celebrauit vt ad chriſtianã rempub. neceſſaria ꝯſtitueret. Interim poſt lõgos
ꝛ aſſiduos labores iam quieturus a tyrannicis perturbatõibus. pontificatus ſui anno. xxj. die. xix. rome
moritur. ſublatis prius e medio quatuor ſciſmaticis.

Linea ſummoꝝ pontificũ

Adrianus quartus



Alexander tercius



Linea impatoꝝ
Fridericus primus



Fridericus primus cognomento barbaroſſa natione ſueuus filius friderici ducis ſueuoꝝ fratris ſcilicet Cōradi regis. natus ex clariſſima ꝓgenie karuloꝝ. poſt cōradum tercium apud franckfordiam cōmuni voto principū delectus impator. Anno dn̄i M.c.liij. impauit annis.33. Primo ſedatis diſcordijs in germania confeſtim lōgobardiam ingreſſus Terdonā obſidebat. qui ea potitus ad vrbem romam tanta ꝑperabat celeritate vt pōtifex ſibi timēs in munitiora queqꝫ vrbem vetere m primo poſt ciuitatē caſtellanam cū collegio cardialiū ſe receperit. miſſis tn̄ hincinde oratoribus fridericus in campis ſutrinis debitā pōtifici reuerentiam ac tutele ſponſiones exhibuit. a quo breui poſt in principis aploꝝ baſilica coronatus eſt. ſed in ea celebritate romani cū pōtifice adriano paꝝ ꝯcordes ꝓpter ꝯſules impatorem ſuſpectum ducētes portas vrbis clauſas tenuerūt. Friderici aūt exercitus magn⁹ in pratis neronis tentoria habebat. plebs romana eruptione facta germanos inuadit. cedes haud parua cōmiſſa ē ⁊ reddita cedis viciſſitudo. excitis ad tumultum impator incenſis in romanos animis ferebat. quē pōtifex exoratū tantiſꝑ deliniuit vt captiuis dimiſſis ciuitati culpaꝫ. iuuentutis temeritatem. reijciēti pacem ꝯdonauerit. Impator paucos moratus dies in germaniā redijt vbi diuortiū cū filia marchionis Diepoldi de Voburg ob ꝯſanguitatē fecit. ⁊ cū beatrice burgundionū comitis nobiliſſima filia nuptias fecit. Eoqꝫ tpe ducem bohemie regio noīe decorauit. ⁊ marchionatum Auſtrie in ducatū ꝯuertit. Mortuo deinde adriano pōtifice ſucceſſori alexandro admodū aduerſari cepit. quibus initiū dedit octauianus. Obſidebat ea tempeſtate fridericus cremam opulentiſſimū italie in lōgobardis oppidum. interea omne romane eccīe terras et vrbes vexabat. Terdonaqꝫ primo ſpoliata. Mediolanūqꝫ poſt ſolo equata ē. cui⁹ populum in ſex portaꝝ tribus diuiſum ſex agri ſui loca decimo ab vrbis ſolo diſtantia miliario habitare coegit. deinde cremam maximis affecit incōmodis. Cōmouit ea crudelitas ceteroꝝ italie populoꝝ aīos. Veneti qui nihil tūc incōtinēti italie ſolo poſſidebant. ſaluberrimi ꝯſilij auctores. quoꝝ ſuaſionibus conſtat veronēſes. pataujoneſqꝫ ⁊ vicentinos ſocietatem belli conditionib⁹ inijſſe. que cū friderico in mediolanēſibus agenti nunciata eſſent. ſuos germanos vndiqꝫ conuocauit ⁊ papienſium cremonēſiumqꝫ auxiliū fretus veronā duxit. Verebat autē ne alexandri auctoritas ſibi aliqn̄ afferret incōmodū. papam igit dolis aggreſſus eſt. Cū deīn otto fili⁹ captus venetijs tenebat. venetoꝝ opa fridericus abſolutionis bn̄ficiū (vt p̄miſſum ē) ꝓmeruit. Sebaſtiano aūt duci ⁊ eius ſucceſſoribus ac ſenatui veneto hec donaria ſeu priuilegia conceſſit. ⁊ pmo quidē funale candidum quod ſolis pontificibus ro. portandum conſuetudo concedit eidē largitus eſt. Item ꝙ plumbo eoruꝫ epl̄as ſigillare deinceps poſſent quod tātum ſummis pontificibus licitum erat. Tercio vmbrellam que eſt ornamentum galero ꝯſimile. Quarto venetoꝝ principi terciā ſedem in theatro ro. fieri fecit. cū prius due tantū in pape theatro ſedes eſſent. Demū in aſcenſione dn̄i veneti in templo ſancti marci indulgentiā plenariam ꝑpetuo duraturam obtinuerūt. que vſqꝫ in p̄ſens ꝑdurāt. Quinto ipſi duci octo vexilla ſericea diuerſorum colorum obtulit. Sexto deniqꝫ cereū album eidem condonauit. que omnia venetijs in pallatio ſancti Marci ꝑpulcre depicta habent. Fridericus tādem eccīe romane reconciliatus conuētionem principum Nurmberge habuit. firmata pace literas pacis ꝑ germaniam miſit. cruce ſignatus magno compato exercitu ad Siriā expeditionem ſumpſit. cū ampliſſimo qꝫ exercitu ex alemania eſt ꝓfectus. vndecimqꝫ caſtris ꝑ hungariam bulgariāqꝫ et thraciam continuato itinere apud conſtantinopolim primum deſedit. quē vt boſphoꝝ qꝫ celerrime traſmitteret. Iſaac impator cōſtantinopolis eo diligētius iuuit. quo magis potentatū illi⁹ diu antea formidauerat. Primam vo de thurcis philomeniam vrbem fridericus cepit. ⁊ iconium delatus non magis eius agrum qꝫ adiacentem regionem magnis populatōibus incēdijſqꝫ vaſtauit. Armeniam inde minorem ingreſſus omnia que ſunt adita in ſuam ꝯpulit poteſtatem. adeo vt nec prius nec poſt ſuo vnqꝫ exterminio magis timuerit Saladinus. ſed tātam chriſtianorum ſpem infelix hora ſuccidit, ꝙ amnem rapidum ſudoris lauandi caumatiſqꝫ mitigandi auidior temere ⁊ inexplarato ingreſſus tantoꝝ exercituum impator euectus eſt. Mortu⁹ eſt hic inclitus princeps anno imperij. xxxviij. vir certe magnificus atqꝫ p̄clatus. magnanimus. larg⁹. ſtrennuuſqꝫ atqꝫ facundus. qui auxit imperiū vt poſt carolū magnū geſtorum magnificentia vix parem haberet in pleriſqꝫ. preter perſecutionem eccleſie glorioſus.

Hereſis waldenſiuꝫ ſeu pauperum de lugduno ꝑ hoc tempus initium ſumpſit. cuius auctor quidā nomīe Waldo lugdunēſis ciuis fuit. Is cum diues admodum haberet opibus relictis ⁊ pauperib⁹ erogatis diabolica quadam ſuaſione ductus euāgelicam pauptateꝫ omnimode obſeruare ſtuduit. vnde cū ideota eſſet. quoſdam vulgares libros cū quibuſdam ſanctoꝝ dictis ſibi coſcribi fecit. quos nō ſane intelligens ſuo inflat⁹ ſpiritu p̄dicando ſanctoꝝ aploꝝ officiū ſibi vſurpare curauit. Cōgregatis itaqꝫ innumerabilib⁹ quaſi diſcipul' multos ⁊ quidam peſſimos errores diſſeminare cepit. p̄latos ⁊ clerum penitus aſpernando. Monitus autem reſpondit. obedire oportet deo magis qꝫ hominibus. ⁊ cū in ſuo ſenſu obduratus ꝑſiſteret. tādem veluti hereticus peſſimus anathematis vinculo innodatus patria ꝓpellitur. que res facta eſt in laqueum maximū ſimplicioribus. adhuc multis in locis hec fatuitas viget.

Ordo heremitarum ſancti Auguſtini



Guilielmus heremitarum ordinis heremitarum virũ vtiqꝫ ſanctiſſimũ oli aquitanie ducem ⁊ pictauienſium comitem anno dñi. 1157. in gallijs virtutibꝫ et miraculis clarũ fuiſſe cõſtat. qui a primeuo iuuentutis ſue anno a beato bernhardo abbate ſufficienter edoctus. dum cunctis celſior haberet mortẽ p̃ oculis ſibi conſtituere voluit timenſqꝫ ne aliqñ morte ſubitanea raperet. ſpretis ſeculi pompis in vaſtã heremũ receſſit ⁊ ibidẽ ſub diui patris auguſtini regula perfect⁹ xp̃i ſeruus eſſe cepit. factuſqꝫ religioſus quãto altior in honore fuit tanto ſe humilius ſubdidit. ⁊ ſicut antea loricatus hoſtes ⁊ barbaros ꝓpulſare cõſueuit. ita in deum cõuerſus loricã ſup nudũ induẽs crebris orõnibus vigilijs ⁊ ieiunijs ſuũ corpus affligere voluit. hanc obrẽ multi nõ modo ſeculares verum ⁊ eiuſdem ordinis fratres atqꝫ alij priuati ad eũ confluebant ⁊ tanqꝫ bonũ patrem ordiniſqꝫ inſtauratorem paruo adhuc ſub tugurio obſeruabat. Is cũ ciſtercienſium ordinem in gallijs modico tp̃e ⁊ plurimũ auctũ ⁊ maximo in p̃cio habitum. ſuũqꝫ heremitarũ ordinẽ adeo in omnibus labefactatũ diruiũqꝫ atqꝫ vaſtatum vt nulla quaſi religionis facies in eo videret. Collabentia nanqꝫ videbat monaſteria. collapſa oratoria. deſertos ortulos. ⁊ laborantem ſiue charitate ⁊ inopia offendit vt nullũ ferme religiõis inditiũ in eo videbat. Ordinis ſui vir ſanct⁹ calamitate ꝑmotus aĩm ad inſtaurandũ adiecit vt breui cõualeſcens ex multitudine religioſoꝝ ⁊ monaſterioꝝ meliorẽ faciẽ ordo diui auguſtini in gallijs p̃ ſe tulerit. hanc obrẽ ordinis cõditorẽ appellarunt Guilielmite vulgo appellabant. Hic itaqꝫ cõceſſione anaſtaſij põtificis ac hadriani eius ſucceſſoris relicta heremo ciuitates primũ ex heremitis incolere cepit. ⁊ primũ monaſteriũ apud pariſius ſub mẽdicationis titulo extruxit. huius aũt p̃ncipꝫ albertus gallus fuit. qui viuendũ ſua doctrina ⁊ vite ſanctitate ordinem poſtmodũ auxit. hic ſiquidem Guilielmitaꝝ titulus in gallijs vſqꝫ ad innocentij quarti põtificis tp̃a ꝑſeuerauit. veꝝ eo mandãte poſt habita ei⁹ denoĩatione ⁊ omnibus diui auguſtini heremitis ad ciuitates vbiqꝫ acceſſitis innocentius ⁊ ſucceſſores oĩs ſub vno titulo heremitarum ſancti auguſtini appellari voluit atqꝫ precepit.



Soles tres ꝑ hoc tẽpus nonis ſeptembris in occidente ſimul viſe fũt et poſt duas horas ceteris deficientibus qui medius fuerat ſol⁹ occidit. Similiqꝫ modo ꝓximis annis tres lune apparuere ⁊ in media ſignum crucis. Hec viſiones īterp̃tabant a nonnullis iudicium eſſe diſcordie grauiſſime. cardinaliũ in electione pape ⁊ principũ in electione imperatoris cũ cõtra alexandrũ vt p̃miſſum quatuor electi fuerant. quod ſciſma xx. annis. xvij. durauit. Terremotus etiã circa hoc tp̃s plurib⁹ annis nõ nullas quaſſauere ꝓuincias ⁊ ꝗ̃maxime Siriam atqꝫ Ciliciaꝫ. in quib⁹ multe vrbes diu nutarunt. quedã cum magna populoꝝ ſtrage corruerũt



Jo. meſue medicus



Iohannes medicus meſue filius qui meſue alterius fuit filius Hamech filij Hali filius abdele regis damaſcenoꝝ. ⁊ ipe hiſdeꝫ temporibus in medendis languoribus clarus exiſtens. de medicinarum ſolutiuarum rectificatione ac eorum ꝓprietatibus librum vtilẽ ſcripſit. Aliũ quoqꝫ aromatarijs ac medicis ꝓutilẽ quem antidotarium appellauit grabadin. edidit inſup in q̃ canones vniuerſales poſuit. et cũ de curis morboꝝ ſcribere orſus fuiſſet ⁊ a capite inchoaſſet ſcribens de morbis cordis interijt ⁊ manchũ opus reliquit quod poſtea petrus apponus patauin⁹ perfecit. licet etiam incõplere. Franciſcus tamen de pedemontiuꝫ egregiam addicionem perfecit. An xp̃ian⁹ fuerit quidam dubitant licet tanqꝫ fidelis ⁊ bonus deum ꝑſepe appellet.

Jo. carnotenſis epũs



Iohannes carnotenſis epũs ⁊ beati thome canthuarienſis familiariſſim⁹ homo doctrina ⁊ eloquentia clariſſimus his temporibus in precio exiſtens librum de veſtigijs philoſophorum ⁊ nugis curialium compoſuit. ac etiam vitaꝫ ipſius beati Thome accuratiſſime edidit. Atqꝫ alia quedam ſcripto mandauit.

Hartmann⁹ epūs brixeñ



Beat⁹ Hartmann⁹ brixenēſis epūs in territorio patauiēſi ortus in adoleſcencie primordijs mundo renuncians. canonicis regularibus sancti Nicolai i patauieñ. vrbe traditus. vbi in ſancta vita moribus ac literis edoctus euaſit. Cōradus ſaltzburgeñ. epūs eū tuuauie monaſterio pſecit. Inde ob petitionem Leupoldi marchionis auſtrie in ripa danubij nouā plātationem regendam ſuſcepit. mox aūt pposiitus factus corpuſculū ſuum multis ieiunijs vigilijs alijſqꝫ ſupplicijs vehementer afflixit. humilia inſup religionis exercitia libentiſſime exercuit. Mortuo aūt Reinberto epo brixenēſi in demortui locū cōmuni voto clericorū in epiſcopum poſtulatus. vbi in omni ſanctitate ⁊ miraculis vitam peregit. mūdanas ac carnales delicias a ſe prorſus abdicauit. oratōi ac ɔtemplatiōi ſe totū dedit. Summa inſup eius abſtinētia fuit ⁊ mirabilis vite auſteritas. Cilicio qꝫ ſb habitu vtebat. oua lacticiniaqꝫ ex precepto archiepi ſolum ſumpſit. carnem eni ſuā plurimū macerabat. a friderico impatore plurimū dilectus. irā eius in alexandrum papam mitigans. qui vt patrem ac cōfeſſorē deinceps eum ſemper colebat Claruerunt igit eo tpe duo eo liue in eccīa dei. Eberhardus archiepūs ſaltzburgeñ. qui in ſolſticio eſtiuali x. kaln. iulij migrauit ad dominū. Et beatus Hartmannus qui glorioſe epatū brixenēſi pfuit ⁊ omne tps vigilando aut orando aut cōtemplando aut legendo cōſumpſit. ⁊ qui pcepta ſalutis dabat. lites dirimens plenus tandem dierꝫ poſitus in balneo aquarꝫ in ſolſticio hiemali. x. kaln. ianuarij felicem animā deo reddidit. ſed poſtqꝫ ſanctiſſimus vir celo receptus pluribus miraculis floruit. pcipue mulieribus grauidis in partu eius meritis mirūimmodū auxiliū inuocantibus vberrime preſtat.

Almeric⁹. vi. iħrlīmorꝫ rex



Almericus ſextus iheroſolimorꝫ rex defuncto tercio Balduino eius frater in regno ſuffect⁹ eſt. regnauit annis. 12. vir p omnia ſtrennuus ⁊ multo memoratu dignus. qui aggrediendis rebus magnis illico incubuit. namqꝫ Aſcolonā templarijs a fratre balduino conceſſam primo regni anno magis reddidit cōmunitā et inde expeditus cū in egiptios duxiſſet diregmoni regiſegiptij copiarꝫ pfecto cōgreſſus magnā in barbaris cedem edidit. Alexandriā paulo poſt delatus primariam egyptiorꝫ vrbem quā tiracinus ſaladini turcorꝫ regis pfectus ſoldano egyptio fraude ſubtraxerat artiſſima preſſit obſidione. vt alexandrini cū nullo pacto xpianis ſubijci ſint paſſi. Fatentᵉ almerico regi ſe gui ſerint vt in ſoldani poteſtatem p manus ſuas reducerent. almericuſqꝫ pecunia ingenti a ſoldano accepta fecit illi recipiende alexādrie poteſtatē. q in pecuiarꝫ diſſolutiōe cū fraudē almeric⁹ interciſſe intellexiſſet. magno vir animo in ſoldanū ducens carras nūc chairū vrbē potentiſſimā obſedit quā cū aliqū obſediſſet potiundi quidem ſpe nō carunt. ſed a milone quodam de planta ſeductus pecunia a ſoldano accepta abijt re infecta. pauloqꝫ poſt in aſcolonā vrbem egregiā duxit. cui expugnāde emanuel grecorꝫ impator contra ac cōſueuerat magna ſubminiſtrauit auxilia. ⁊ tamen Almericus parandis cōmeatib⁹ negligens fuit vt annona in caſtris deficiente obſidionem ſoluere ſit coactus. Eo autem almerico haud diu poſt defuncto Balduinus filius ſucceſſit.

S. Albert⁹ beluacenſis



Anſhelmus epūs



Albertus miles glorioſus poſt glorioſa certamina martirio coronatus eſt.

Anſhelmus epūs beluacenſis p hec tpa cū in omni ſanctitate moribuſqꝫ pclaris vixiſſet diē obijt. ad cuius ſepulchrum diuinitus lampades accenſe ſunt. excepta vna cui oleum vſurarius quidam adminiſtrabat.

Philippus francorꝫ rex lodouici ſupioris regis fili⁹. poſt patrē regnauit annis. 44. Is poſtea cū audiſſet iheroſolimā a ſaladino captā clemēte pōtifice admonēte. cū multis xpianorꝫ pncipib⁹ ſiriā adnauigauit. cūqꝫ ptolomaidē vna cū richardo anglorꝫ rege ſe recepiſſet. ⁊ inde iheroſolimam repetituri eſſent ambo de iheroſolimorꝫ regno cōtendere ceperūt. demū philippus hic indignatione cōmotus ſimulata infirmitate in europā (dimiſſo richardo) regreſſus eſt. vbi in regnū ſuū introgreſſ⁹ reliquū vite ſue tempus in pace ac ſanctimonia cōſumpſit ferunt hiſtorie hunc philippū religioſorꝫ orationibus miraculoſe fuiſſe natū. qa cū lodouicus pater iā ſexagenari⁹ liberis careret vniuerſis populis pcepit vt dñm inſtanter deprecarentur. quo facto hunc genuit filium.

Philipp⁹ rex francorꝫ



Elizabeth moial ſaxonie



Elizabeth monialis beata in ſaxonia miraculis claruit. viſiones mirabiles ſcripſit angelo reuelante. pcipue librum viarum domini appellatum.




Anno mundi.6384. Anno xp̄i.1174.

Lucius eius noīs tercius papa natiōe tuſcus luca vrbe ⁊ gēte nobili oriundus. Cū Alexander pōtifex romanus gloria magis q̄ annis plenus diem obijt oīm ꝯſenſu pōtificatum inijt. cōſules aūt a romanis deponi curauit. multo eīn ex nobilitate populoq̄ ro. ope ⁊ auxilio quos iam diu ea tirannis ad rapinam omīa ꝯuertēs faſtidiſſet innitebat. ſed adeo cōſularis factio preualuit vt lucio vrbe deturbato in fautores ſuos crudeliter ſit ſeuitum. Nouo eīn apud romanos exemplo quotq̄t pōtifici ſtuduiſſe comptum eſt. qui fuga ſibi tardius ꝯſuluerint effoſſis oculis ſunt cecati. ⁊ pōtifex fuge ſue neceſſitate ad bonū ꝯuerſum ꝯſilium quod rome deſtinauerat veronam ꝯcilium cōuocauit. rebus iheroſolime titubātibus ſuppecias allaturus. veronā ꝓfect⁹ cōcilio habito ⁊ romanoꝝ licentiam ac ſupbiam improbauit. ⁊ principes omnes xp̄ianos adhortat⁹ eſt vt in aſia laborātibus ſuccurreret. verū dū ob hāc rem nuncij vltro citroq̄ mitterent lucius vir optimus pōtificatus ſui anno q̄rto menſe ſecundo die decimooctauo verone moꝛit ſepelit q̄ magna adhibita pompa ante altare cathedralis baſilice. hic ante mortem nō immemoꝛ patrie ſue eam oꝛnauit. Ab Friderico imperatore quo cum in pace vixit obtinuit ne hetruſci alia q̄ moneta lucenſi vterentur.

Urbanus tercius papa patria mediolanēſis patre Johanne e gente cribella pōtificatū iniens quo tp̄e fridericus occidētalis ro. impatoꝛ heinricum filiū ꝓuincijs ⁊ vrbibus quas de italia romanū tūc poſſidebat imperiū ꝑfecit. Qui q̄ primū pōtificatum inijt reuocare ad cōcoꝛdiam xp̄ianos principes primo annixus eſt. ne diffidentes a barbaris opprimerent. At vrbanus quē audita Guidōis luſiniaci regis noui ⁊ tripolitani comitis diſſidia. ⁊ quē Saladini virtus fama principio ſui pontificatus terruerat oꝛbem xp̄ianoꝝ generali edicto de mittēdis in aſiam copijs monuerat. Idq̄ quū ſerius negligentiuſq̄ ardore ſui animi quo ferebat fieri cerneret. venetias petere cōſtituerat xp̄ianā eo militiā feſtinatius copioſiuſq̄ ſim ꝑſeuīa cōuocaturus. Iāq̄ ferrariā attigerat quū infelicis ꝑlij rumore primū. poſt certioꝛe. atq̄ q̄ erat maioꝛe xp̄ianaꝝ rex exterminij nūcio ad ſe ꝑlato febre ⁊ doloꝛe coꝛreptus ē. ex q̄ breui menſ⁹ ferrarie in itinere moꝛit pōtificat⁹ ſui anno primo mēſe. x. die. xxv

Gregorius octauus papa patria beneuentanus ſummo oīm cōſenſu pontifex creat⁹. q̄ ardoꝛe animi par ſuo ꝑdeceſſoꝛi. ſed tp̄e acceleratioꝛē habuit moꝛtis euentum. ⁊ ſtatim nūcios ⁊ litteras ad principes xp̄ianos mittit eos cohoꝛtatus vt viribus omnibus vna ſecū cōparato exercitu terrā mariq̄ hieroſolimam ab hoſtibus captā recuperarent. ⁊ cū ad mittēda in terraꝫ ſanctam xp̄ianoꝝ militum auxilia totis animi coꝛpoꝛiſq̄ viribus inſudat. piſas ſe ꝯtulit. quo piſanos inter ⁊ genuenſes acerrimo cotēdētes bello pacem facilius cōponeret vt vtrumq̄ populū bello maritimo ꝑpotentem in ſanctam expeditionem excitaret. pace aūt plane cōpoſita adiecta vtriq̄ parti cōditionem vt claſſe armata in barbaros ducerēt xp̄ianos in aſia vexātes dū hec intētioꝛe cura vir ſanctiſſimus agit piſis moꝛit pōtificatus die ſui quinq̄geſimo ſeptio.

Joachim abbas



Ioachim abbas calaber ad vrbanū pōtificem verone acceſſit. Is maxime doctrine ⁊ excellentiſſimi ac ꝓpe diuini ingenij vir hac ip̄a tēpeſtate apd̄ guilhelmum regem ⁊ calabꝛos omnes clarus ⁊ inclitus fuit. qui ſpiritu propbetie (vt aiunt) repletus futura quaſi ꝑſentia differebat. cū prius nō multū ab homīe doctore didiciſſet donum intelligentie vt ferunt diuinitus accepit. adeo vt facū de ſcripturaꝝ difficultates enodaret. ⁊ cum plurimū eruditus eſſet nōnullos in ſacris codicibus edidit cōmentarios. ⁊ q̄ maxime in apocalipſim. vbi ⁊ multa predixit. ⁊ potiſſimum de oꝛdinibus mēdicantium. Item cōtra petrū lumbardum theologū librum cōpoſuit. qui poſtea damnat⁹ ⁊ reprobat⁹ fuit. ſicut pꝫ in pricipio libri decretaliū. Fert q̄q̄ mlta ſcripſiſſe. libꝛoſq̄ ſuos dn̄o pape emēdandos obtuliſſe. ⁊ ei multa de futuris reſerata aiūt de duob⁹ regibus francie et anglie apud meſſanam hiemantibus aliq̄n interrogatus quid ſibi de expeditione ſarraconoꝝ ſperandū eſſet reſpondit nō dum adeſſe tempus quo iheruſalem recuperari poſſet. Sup his aūt que ſcripſit de futuris tempoꝛibus nos reꝝ incertarum ꝑſagium relinquere conuenit iudicio poſterioꝝ. alia quoq̄ ꝑpulcra ſcripto mandauit.

Balduinus ſeptimus rex Iheroſolime



Balduinus eius nomīs quartus Almerici ſuperioris filius ſeptim⁹ Iheroſolimoꝝ rex p⁹ patrē regnauit ī iheruſalē annis ſex. qui etſi lepra ꝑcuſſus fuit. regnū fortiter prudēterq̧ admīſtrauit. nec animus illi. nec rei militaris pericia inferioꝛ habebaᷓ. Cū eni ad terciū vtriuſq̧ regni annū apō Aſtolonē prelio ꝯcurriſſent maiores Saladini copias Balduin⁹ fudit. ⁊ altero itez ꝑlio apō Thiberiadem ꝯmiſſo inter eas viginti milia Sarracenos Turcos ⁊ Arabas ꝑſente Saladino minores copie Balduini ꝓfligarunt. Balduinus igiᷓ Saladino turcoꝝ regi ꝑſtantiſſimo q̄tiēs ꝯgrederef fortiter reſiſtebat. ⁊ tamē illius virtutē eximiā ⁊ ſuū ipſius lepre incomodū ſecū reputās futuris xp̄ianoꝝ aſie rebus ꝓ ſua prudēcia ꝓſpicere cōſtituit. Cū eni deterrētemorbo vxorē ducere noluiſſet liberoꝝ ſpe deſtitut⁹ nepotes q̄ſiuit relinq̄re ſucceſſores. duas namq̧ ſorores ſuas in matrimoniū collocauit. q̄ꝝ primogenita noīe Sibilla Guilhelmo marchioni montiſferrati Longaſpata cognoīe appellato nupſit. q̄ primo anno filiū peꝑit cui Balduino de auūculi noīe appellatio. iheroſolime tandē quartus Balduin⁹ lepra magis q̄ ſenio confectus interierat. quintuſq̧ Balduinus ⁊ ipſe rex ſucceſſerat.

Ordo humiliatorum



Ordinē humiliatoꝝ hiſdē tꝑib⁹ quā maxie in Ciſalpina gallia inituū ſumpſiſſe ferūt. Quidā tamē ſcribunt ſub imꝑatore Henrico geſta. Verū cū Fridericus ꝑdictus barbaroſſa totā ciſalpinā galliā varijs incomodis laceraret infinitos ꝑpe viros cū mulierib⁹ et liberis in Germanias ꝑpetuo exilio damnauit. vbi cū multis annis eos detinuiſſet tā exilij faſtiditi cōi ꝯſenſu veſtibus induti albis ad imꝑatorē acceſſere miām deꝑcauere. q̄ꝝ humilitatē vt vidit ceſar pietate ꝯmot⁹ annuit vt ī patriā redirēt. Reuerſi exules ⁊ forte ex voto emiſſo plurimi in vnū ꝯuenerūt facultates ſuas i labificio expoſuerūt. ceperūt vicia vitare. hūili veſte incedere. cepit odoꝛ pie ꝯuerſationis ꝑ regionē illā diffundi. Secō viuere reſtrictius ceperūt ac viri in vnū habitare ⁊ ſeorſum mulieres exercitia coꝛpalia ꝯtinuātes. Demū numero multiplicatis ⁊ ꝑcipue in clericis diuinis officijs ſe applicarūt. Sumpſerūtq̧ ꝓ noꝛma viuēdi partez regule btī Benedicti ſupioꝛes eoꝝ ꝓpoſitos noīantes. Deinde facultatib⁹ tū ꝑſonaꝝ numero mirū immodū creuerūt. in monaſterijs tā fratrū q̄ monialiū ꝑ ptes Tuſcie ⁊ Lōgobardie. Deinde anno dn̄i. M.cc ob religionē ⁊ vite ſctitatē approbat⁹ ē oꝛdo ⁊ mod⁹ viuēdi ꝑ Innocētiū terciū. ⁊ poſtea ꝑ ſucceſſores multipliciter priuilegiatus.

Iheroſolomitane vrbis vltima captiuitas.

Guido luſignanus Sibille Balduini regis leproſi ſoroꝛis maritus. moꝛtuo Balduino ⁊ eius nepote Balduino paruulo octauo loco regnū ſuſcipiēs regnauit annis duobus. Poſt obitū eni balduini leproſi quintus balduinus puer ⁊ ipē rex ſucceſſerat. cuius regni curā tripolitan⁹ comes ⁊ Guido ſuſcipere cupientes nec vnanimes eſſent. dūq̧ res ipa magnis chriſtianoꝝ iheroſolime agencium ſimultatibus tractatur balduinus puer regni iheroſolime chriſtianoꝝ ad octauū auūculi necis mēſem defunct⁹ ē. eam pueri regis moꝛtem Sibilla genitrix ꝑcognitā texit futuꝝ qō appareb at verita. Ne tripolitanū comitē populus ⁊ miliicia oīs in regē iheroſolime acceſſirēt. multiſq̧ aſtuta mulier nō magis pollicitationib⁹ q̄ largitionibus a patriarcha. epis. ꝓceribus magnatibuſq̧ Guidonē virū ſuū ꝑſentē ⁊ ipm inſtantē iheroſolime regē creare obtinuit. tulit vō grauiter tantā iniuriā Raimund⁹ comes tripolitanus inducias cū Saladino cōſtituit. q̄ tripolitanū comitatū a fauoꝛe chriſtianoꝝ penitus ſeparūt. quin etiā Tiberiadis ⁊ gallilee principatū hereditate tenentē nobiliſſimā mulierē ſibi matrimonio copulās. eūdē quoq̧ principatū regno iheroſolime per nuptias abſtulit. Erant tūc tꝑis Saladino cū chriſtianis inducie quas vir aſtutus abrumpere ſatagebat. cū foꝛtuna eius cōſilijs fomentū addidit. q̄obrē Saladinus ingenti peditū ⁊ eq̄tū exercitu cōgato Ptolomaidē primo p⁹ berutū ⁊ maritima occupauit. poſtmodū in Aſcalone ducēs. qui alijs auctus copijs. q̄ ab Anthiochena populatiōe diffugerant iheroſolimā duxit. quā ad occidentalē plagā obſedit. oppugnatiōibuſq̧ ꝑ decē dies fruſtra ibidē cōtinuatis. alia atq̧ alia ꝑ viginti item dies caſtra fecit. obſeſſiq̧ ingēs populi multitudo deſperatōe magis ſuppeciaꝝ adducti q̄ oppugnantiū timoꝛe ꝑterriti. deditionē ea ſecerūt cōdictione vt cū ſuppellectili quā humeris ſinguli ferre poſſent abire ꝑmitterenᷓ. Inuenim⁹ factā cōdeditionē ſecūda die octobꝛis Anno nono ⁊ octogeſimo poſtq̄ in chriſtianoꝝ fuerat poteſtate. Migraturi iheroſolima chriſtiani Heracliū patriarchā ⁊ clerū facto agmīe ſunt ſecuti. quaꝝ pars Antiochiā. pars Tyrum pars Alexandriā pecijt. Saladinus iheroſolimā ingreſſus Campanā primū turribus deiecit. baſilice debic etiam eccl̄ie chriſtianoꝛum iumentis in ſtabula ſunt complete preter templum Salomonis olim celeberrimum. manſerunt ea in vrbe chriſtiani Aſia oriūndi Suriani Armeni Iacobite Geoꝛgiani ⁊ Greci.

Linea ſummoꝝ pontificum

Clemens tercius



Celeſtinus tercius



CLemēs tercius. pr̄ia roman⁹. p̄re ioanne cognomēto ſcolaris. demāda/
tū ſibi papatū accepit. Pontificatū iniens ſtatim de bello in ſarracenos
gerendo edictū ꝓponit. Rem xp̄ianoꝝ in aſia magis magiſqꝫ indies ꝑiclita-
ri intelligens. Generali vt in ſimilibus aſſolet edicto xp̄ianos admonet. exci/
tat. hortaṫ vt crucis ſalutifere ſigno non magis humeris q̄ꝫ cordibus affixo
arma ī barbaros aſſumāt. de eterne felicitatis gloria triūphū ſingulis paritu
ra. Cōcitit ḋo ea romani pōtificis exhortatio xp̄iani orbis p̄ncipes frideri
cū romanoꝝ īꝑatorē cognomēto barbaroſſum philippū regē francie. Richar
dū regē anglie. oddonē ducē burgūdie. quos innumera pene archiepōrum
epōꝝ ⁊ alioꝝ principū viroꝝ multitudo ſecuta ē. Quin etiā ex ytalia veneti ⁊
piſani claſſes paratiſſimas eduxere. Ex friſonib⁹ quoqꝫ ⁊ dacis triremes q̄n
quaginta. duodecimqꝫ ex flandrenſib⁹ xp̄ianā expeditōeꝫ ſunt ſecute. ⁊ guil
helmus Sicilie rex vlnimā oīm opam tantis multiſqꝫ exercitibus nauauit. q̄
claſſe ſua mare a barbaris pyratiſqꝫ pacatū vbiqꝫ reddidit. Inſuꝑqꝫ annonā
ex apulia ſiciliaqꝫ importauit. Hij principes ī aſia poſtmodū varia vſi fortu/
na acriter pugnarūt. At clemēs ad cōponēdas res eccl̄iaſticas animū adiecit
Nam ⁊ mores clericoꝝ q̄rundā nō ſatis ꝓbatos ſeueritate ſua emēdauit. Et
clauſtrū ſancti laurentij extra muros edificauit. et laterani edes nou mediocri
impenſa reſtituit. templūqꝫ vermiculato ope ac muſiuo exornauit. Moriens
deinde anno pōtificatus ſui anno tercio. menſe quinto. in baſilica lateranenſi
ſepelitur ducta ingenti funeris pompa.

CElestinus tercius papa. natione romanus. p̄re petro cognomēto bubo
nis. antea iacintus diaconus cardinalis grādeuus vir ⁊ ḋtute inſignis
in terciū celeſtinū ē ſuffect⁹. Qui egreferēs apertā ſiculoꝝ rebellionē in ſuū p̄
deceſſorē imprudētiſſime intentatā eos cōpeſcere cōſtituit. Vir q̄dē ꝑ omnia
bonus q̄ heinricū corona exornauit. Et quoad vixit nil pretermiſſit. quo ter/
ra ſctā (Ita eīm hieroſolimam vocant) recupareṫ. in tantis autē ꝑturbationi-
bus reꝝ. tantoqꝫ ſumptu bellico edes egregias. tū apud ſanctū petrū tum ad
lateranū edificauit. qua recipi pontifices ꝑ cōmode poſſent. Preterea ḋo no
men viterbio dedit. eccl̄iamqꝫ cathedralē fecit. Moritur aūt pontificatus ſui
anno ſexto. menſe ſeptimo. die. vndecima. Sepelitur in baſilica petri. bonis
omnibus pre dolore ⁊ deſiderio hominis lacrimantibus.

Saladinus rex



SAladinus egipti rex noradino ſarracenoꝝ rege defuncto. ei⁹ loco tāq̄ꝫ vir
fortiſſimus ⁊ ſtrēnuus ab oīb⁹ ſbrogat⁹. regnauit annis. xvj. Hic magi/
ſtratu ac regno ſuſcepto ſtatim ꝯ egiptioꝝ regē ī bello ꝓceſſit. q̄ tādem capto et
occiſo vniuerſam egiptū ⁊ ſyriā oēm cōquiſiuit. Et ſuo impio adiecit. Deinde
in xp̄ianos mouēs regni hieroſolimitani terrā cū magno ingreſſus exercitu in/
gēte pecoris hoīmqꝫ abegit predā. ⁊ cōgreſſos p̄datorib⁹ xp̄ianos milites. in
quis tēplarij fuerūt multi. maiori ex ꝑte occidit. Attn̄ p̄mo ⁊ ſecūdo p̄lio a bal/
duino rege leproſo ſuꝑatis. Vez ꝯꝑatis denuo copijs ꝯ emanuelē grecorū re/
gem mouet. quē ⁊ ſimulata fuga aliq̄n ī anguſtas ꝯualles ꝓtrahēs tādē ſuꝑat
⁊ capit. Cui⁹ victoria elat⁹ ī xp̄ianos de hieroſolimoꝝ regno ꝯtendētes cū ma-
ximo exercitu ꝓceſſit. Ipām tandē ciuitatē ſctām (quā xp̄iani reges poſt gothe
fridū regē ꝑ ānos octo ⁊ octuagita cū magna gloria poſſederāt) poſt maximā xp̄ianoꝝ ſtragē vt p̄miſſum
ē cepit. ⁊ de ea triūphauit. Templūqꝫ ſalomonis q̄ꝺ turcis ꝑiter ⁊ ſarracenis ſicut ⁊ xp̄ianis conſueuerat
ſanctū eē. illudqꝫ prius q̄ꝫ ſaladin⁹ ingredi voluerit. aq̄ lauari roſacea. ⁊ ſuis luſtrari execrationib⁹ cura-
uit. ꝓfect⁹ inde impiger ſaladin⁹ ī tyrū duxit. quā vrbē cōrad⁹ marchio nō magis ciuib⁹ quā ceteris q̄ eo
ꝯfugerāt xp̄ianis publico ꝑmittēte ꝯſilio defenſandā ⁊ ꝑpetua ditione tenēdā accepat. Hic q̄ppe ſaladi-
nus clariſſim⁹ fuit. cui nihil aliud ad ſummā defuit laude niſi xp̄iani noīs cara-
cter. Qui moriēs tandē mādauit in ſui funerꝭ tropheū tale an̄ corp⁹ ſuū deferri
ſpectaculū. videlꝫ pānū nigrū ī lancea ſuſpēſum. Cui precederet preco clamans
Aſic toti⁹ domitor ex tanto regno tantiſqꝫ opib⁹ moriēs. nil aliud ſecū defert.

Alpaidis mulier



ALpaidis mulier ſctā de cudota eo tp̄e claruit. Cui diuinit⁹ collatū ē annis
multꝭ in corꝑe degere ⁊ corꝑalis cibi n̄ egere. Hec genere infima officio-
qꝫ bubulca. ſic corꝑe marcida. ⁊ pre exilis inteſtinis inedia euacuatis. venuſta
tn̄ ⁊ corpulenta in vultu cernebatur. ac ſi delitiarum copia frueret frequēter ra
piebatur in excelſis ⁊ angelo duce freta: Illud quoqꝫ admirandū femināꝫ rure
editam ⁊ educatam rurali opere aſſuetā tam prudentē in conſilijs ⁊ circūſpectā
in verbis fuiſſe vt qui docet hominem ſcientiam. in ea delegiſſe ſedem pleriqꝫ
arbitrabantur.

Linea imperatorum
Heinricus ſextus



Heinricus eius noīs ſextus Friderici primi filius. anno dñi M.c.xc. defuncto genitore ꝯſenſu principū romanoꝝ impator delectus imꝑauit annis octo. a patre aūt prius rex deſignatus coronā aquiſgrani acceperat. Is primo in colonienſes bella mouit. occiſo leodienſi epō in gratiā rediit. Anno deīde electionis ſue tercio Celeſtinus pontifex romanus poſtridie coronatiōis ſue heinricum ſextum friderici barbaroſſe in armenia defuncti filiū a germanis electoribus declaratum in regem romanoꝝ impatorem conſtituit. ea iniūcta cōditione vt heinricus ſpe regno citra vltraqꝫ fretum ſiculum ꝓprijs recupato ſumptibus ⁊ cēſum ſolueret annuū ⁊ iuris eccleſiaſtici terram ſibi redderet poſſidēdam. idqꝫ quo rex facilius aſſequeret̃ cōſtantiam normanno rege natam virginem in monaſterio panormi agētem occulte educi curauit. eāqꝫ natu grādiorem qꝫ q̄ filios ꝓcuratura videret̃ diſpēſatione aplica illi in matrimoniū collocauit. Reddidit vō heinricus impator primā oīm vrbem thuſculam pontifici celeſtino. cuius ⁊ romane eccleſie iuris erat. Iſqꝫ p̄ter hec vna in re ꝯſiderantiſſimus ro. po. pmiſit. a quo nullo adhibita aut pietate aut mora funditus eſt exciſa. et vt omnis in futuꝝ inſtaurationis ſpes adimeret̃ ruinaꝝ illius ſaxa romam ſunt delata. que in cliuo huius temporis capitolino ad memoriā conſeruant̃. Ingreſſi regnū cum exercitu rex heinricus ⁊ regina primo imperij anno neapolim obſederunt. ſed cum peſtilētia exercitum inuaſiſſet re infecta abeūtes in alemāniam acceſſerunt. Poſtea iterato a celeſtino pontifice romano vocatus magnū in ytaliam exercitum duxerat. veneratqꝫ ſecum Conſtātia vxor friderici filiū afferens primū (quē p̄ter omniū opiniones nimis annoſa peperat) Iſqꝫ ſecūdus fridericus poſtea vir factus eccleſiam pſecutus eſt. paruoqꝫ negotio primo neapolis. poſt quicquid in ytalia ſicilie regni vocabulo cenſet̃. ⁊ ipa ſubinde ſicilia in eoꝝ poteſtatē ſunt facta. Cōſtans vō tūc fama fuit heinricū panormi agentes theſaurū ingentē a normānis regibus tanto prius tempore. tantaqꝫ ſucceſſoꝝ pſperitate cumulatum clam expilatum in germaniā tranſmiſiſſe. Is a pontifice accerſitus vxore ⁊ filio panormi relictis ro. ſe cōtulit cū eoqꝫ pontifex celeſti. multa egit vt recupande hieroſolime curam ſuſciperet. Quod quidē munus cū p ſe noluerit per legatos exequi ſpopondit. priuſqꝫ ro. et italia decederet nauigiū ex omni ſicilie regno ⁊ imponendas vere primo copias parari curauit. pariterqꝫ alpes tranſgreſſus archiepm maguntinū ⁊ ſaxonū ducem legatos declarās onus illis iniūxit copias ex oī germania cōtrahendi. qua tempeſtate ſarraceni affricam mauritaniam incolentes ingēti claſſe in hiſpaniā vlteriorē delati cōgreſſum ꝑlio caſtelle regē ſupaninqꝫ ceperūt. ⁊ plurima tūc ea gens barbara de hiſpanis ſubegit. quoꝝ partē berbicā olim. nūc granatam vſqꝫ in hec tpa Anno. 1 4 9 3. tenuerūt. Tandem cū in regnum heinricus rediſſet Meſſane in ſicilia agēs cū grauiter egrotaret ad Innocētium pōtificem ro. mittens vxorē ſibi ⁊ fridericū filiū pueꝝ ꝯmendauit. Philippū vō ſibi germanū fratrē. cuius totius ethrurie dominiū ſub ducat⁹ titulo cōceſſerat. q̄tū in ſe fuit ro. imperij ⁊ ſimul gubernationē regni ſicilie quouſqꝫ filius adoleuiſſet adminiſtrationē retinere queſiuit. cōfectoqꝫ teſtamento panormi diē obijt. ea igit̃ mors et rem in aſia xpianā ⁊ ſimul omnē germaniā maximis inuoluit motibus. fuit eñ in agēdis rebus ſtrenuus. in hoſtes acer. in largiendo munificus. facūdus eloquio. facie decora. ſtatura mediocris. ingenio prudens. in eccleſia panormitana magnifice ſepultus.

Helynādus monach⁹



Helinādus in territorio belluacenſi frigidi montis monachus his tēporibus religione facundia ac doctrina clarus effulſit. qui cū eſſet vir doctiſſim⁹ ac diſertiſſimus. diligenti cura de omnibus rebus geſtis chronicā p pulcrā ab initio mundi vſqꝫ ad hec tempora compoſuit ac in maxio volumīe digeſſit. At hoc op⁹ ita diſſipatū ⁊ diſperſū ē vt nuſqꝫ totū reperiat̃. ſcripſit ⁊ alia opuſcula ⁊ ſermōes

Papias natione longobardus in latina ⁊ greca lingua egregie doctus p hec tempora floruit ⁊ multa compoſuit. ⁊ inter cetera p̄ter latina vocabula. que diligenter in ordinē redegit. ⁊ de ordine dicēdi optime ſcripſit. atqꝫ plures eplas elegantes doctaſqꝫ compoſuit.

Azo doctor interpres



Azonem p̄terea patria bononienſem viꝝ vtiqꝫ celeberrimum atqꝫ inſignem ⁊ in iure ciuili cōſultiſſimum. Johannis boſiani (qui ſummā breuē ſuper pādectis compoſuit) auditorem cū p̄dictis floruiſſe conſtat q̄ cum eſſet diuini ingenij vir in legibus optimos cōfecit apparatus ac ſummam celebrem edidit. que apud omnes etiam nr̃o euo magno habentur in p̄cio. Inſuper additiones plurimis ſummis addidit. quem baldus legum fontem ⁊ electionis vas velut alter paulus appellat.

Martinus ſimiliter boſianus ⁊ cremonenſis eius doctrine ⁊ profeſſionis doctor. de quo in gloſis pſepe fit mentio eo tpe floruit. quem augelus de peruſio iuris lucernam ⁊ mundi ſpeculum appellat.

Linea ſummorum pontificum
Innocentius tercius



Anno mundi. 6403. Anno chriſti. 1204.

Innocentius tercius papa natione campanus patria anagninus patre traſi mũdo e familia comitum. vir certe in omni genere vite ꝓbatiſſim⁹ atq; doctiſſimus. q̃ a primeua etate pariſius l̃ris operã dedit. Is añ põtificatũ doctrina et moribus inſignis. a celeſtino in numero cardinaliũ refert᷑. quo mortuo in ei⁹ locũ oĩm conſenſu põtifex ſufficit᷑. q̃tũ autem fuerit glorioſus põtifex opa eius oſtẽtant. q̃ ſi omnia ſcribenda forent ingens volumẽ efficerent. q̃ cũ exoſaʒ haberet venalitatẽ edicto ſtatuit vt nullus curie officialis quicq̃ ab alieno exigeret preter ſcriptores ac bullatores. q̃bus modũ p̃ſixit. hoſtiarios quoq; a notariorum cameris amouit vt liber eſſet aditus. ſtatim quoq; vbi magiſtratũ iniit bello aſiatico animũ adiiciẽs germanos ꝓpter Heinrici mortẽ in aſia tumultuãtes retinere in officio l̃ris. nuncijs. premijs. pollicitationib⁹ conat⁹ ẽ. verum id fruſtra tentauit. at vbi videret ſarracenoꝝ potẽtiam in aſia concreſcere apud lateranum maximum conciliũ celebrat. cui interfuere plures viri p̃ſtãtiſſimi. Poſtmodũ multa libroꝝ volumĩa compoſuit. inter que extat liber de miſeria cõditionis humane. ⁊ libros de ſacramẽto euchariſtie. de ſacramẽto baptiſmi. habuit item ſermones temporibus ⁊ ſolennibus diebus accomodatos. Decretales quoq; antiquas compoſuit quas obſeruari mandauit. Vir doctiſſimus ⁊ oĩm ornatiſſimus virtute. eo pontificatu ſeſe dignũ breui oſtendit. nam inter ceteras decretales quas extantes reliquit tres eo põtificatus ſui inicio edidit. Primã q̃ de inducijs habet᷑. Quotiẽs orbis princeps alter in alterũ delinqueret correctionẽ ad põtificem romanum ſpectare. Et venerãdos eſſe principib⁹ q̃tũuis maximus ſacerdotes ſecundam. Terciã que extra de electiõe habet᷑ ſingularis fuit. Iuuere hui⁹ põtificis virtutẽ ⁊ doctrinã beati Dñici ⁊ Franciſci aſſiſtatis ſanctitas. Improbauit p̃terea abbatis Ioachim libellum quẽdam nõ ſanam doctrinam p̃ ſe ferẽtem. Damnauit ⁊ errores almerici heretici qui poſtea pariſi⁹ cũ ſectatoribus ſuis exuſtus eſt. qui affirmabat ydeas que ſunt in mente diuina ⁊ creare ⁊ creari. cũ in eo nil niſi eternũ ⁊ incommutabile ſit. dixerat p̃terea in charitate conſtituto nullũ peccatũ imputari. Nec Innocencius opera pietatis in tanto pontificatu p̃termiſit. Extant etiam rome duo huius pontificis opa ſitu. vtilitate ⁊ vſu longe diſtantia. hoſpitale ſancti ſpũs in Saxia a longobardis ⁊ Saxonib⁹ ibi ſolitis habitare appellatum. quod in vaticani ſuburbio celebre ⁊ ditiſſimũ hoſpitalitati ampliſſime deſeruit vnũ. Et alter turris appellata comitis vrſani operis. que muro oĩm totius vrbis rariſſimo ſublimitate ſurgit eximia. Eſt ſ ad forũ olim nerue ad veteris ſubure principiũ que p̃ etatẽ noſtrã ⁊ diu ante inhabitata nulli omnino vſui eſt aut fuit. indeq; baſilicam ſancti ſixti que extat in auentino celebris nũc dirutam inſtaurauit. Verũ dũ peruſij tollende diſcordie cauſa (que inter Genuenſes ⁊ piſanos vigebat) ꝓfectus fuiſſet morit᷑. pontificatus ſui anno decimooctauo menſe ſeptimo die. xvi. Cuius vita adeo ꝓbata fuit vt poſt eius mortẽ nil earum rerum que in vita egerit laudauerit improbaueritq; immutatũ ſit. hic quoq; primũ ordinẽ diui Auguſtini heremitarum ſub tutela apoſtolica ſuſcepit.

Concilium lateranenſe



Sinodus maxima hoc anno apud lateranum ab Innocẽtio põtifice p̃dicto ꝓ recuperanda hieroſolima celebrat᷑. cui interfuere mille ⁊ trecenti p̃lati cum hieruſolimitano ⁊ conſtãtinopolitano patriarcha. Metropoli ſeptuaginta. Epiſcopi quadringenti duodeciꝫ. Abbates. priores. cõuentuales octingẽti. Greci ⁊ romani imperij legati. Regũ do hieruſalem. francie. hiſpanie. anglie ⁊ cipri oratores. Venere multa tum quidem in cõſultationem nec decerni tamen quicq̃ aperte potuit. q̃ ⁊ piſani ⁊ genuẽſes maritimo ⁊ ciſalpini terreſtri bello inter ſe certabant. verum decreta ibi ꝓlata fuere quibus tam laicorum q̃ clericorum mores componerentur.

Iohãnes bon⁹ ordinis heremitaꝝ diui auguſtini inſtaurator natiõe Mantuanus his temporib⁹ ĩ flaminia ⁊ vmbria vitam religioſiſſimam ac ſanctiſſimaꝫ duxit. multa monaſteria ibi erexit. Inde fratres ʒãbonite vulgo appellati ſunt. Tandem cum vir ſanctus. 50. ãnis in flaminia ꝯmorat⁹ fuiſſet ĩ patriã reuerſus plen⁹ dieꝝ ⁊ opib⁹ bõis. ãno a natiuitate dñi 1222. migrauit ad dñm. Cuius corp⁹ tranſlatuꝫ in mõaſterium ordinis ſub titulo ſancte agnetis ſabrefactũ ſummo ſeruetur honore vbi indies fiunt miracula.




Philippꝰ ſueuie ꝑnceps ⁊ ethrurie dux heinrici imꝑatoꝛ frater. quē idē heinricus moriens filij friderici reliquerat tutorem regnū accepit. verū heinrico mortuo maxima inter electores orta eſt diſſenſio. in germania eñ electorū pars othonem ducis ſaxonie qui in aſia fuerat germanū fratrem delegit. pars philippum qui ab heinrico inſtitutus erat cenſuit cōſeruandū. ⁊ res bello diffidijſq; diutiſſime acta ꝙ philippo rex francie othoni rex anglie fauebat. ꝓpter hanc diſſēſionem imꝑatoris deligendi ytali neq; philippū neq; othonē ad imperiū admittunt. ꝑter id tantū tꝑis quod inter coronationem ⁊ depoſitionē othonis interfuit. Per reliquū vero eorundē imꝑatoꝝ tempus vacaſſe imperiū ſcribunt. Philippus aūt anno M.cc. alſaciam bello deuaſtans argentinā obſedit ⁊ in ſuaꝫ poteſtatem accepit. ſequenti anno ſimilia in thuringia pegit. lantgrauiū deuictum in graciā ſumpſit. Innocentius vo pontifex quia cōſtabat heinricū ⁊ fridericū patrem ꝯ romanā egiſſe eccłiam othonem imꝑatorem ꝓnūciauit. Philippꝰ ira ſuccenſus arma parat ac ꝯtra othonē philippo rege francoꝝ fauente in expeditionē prodit. Otho qꝫ compoſito exercitu vna cū ioanne angloꝝ rege pugnandi copiam facit. fiuntq; ſingularia certamina ꝑcipue apud coloniam. Ad annū qꝫ pontificatꝰ innocentij octauū otto ille quē ro. regē imꝑatoremq; inſtituerat a philippo vbiq; ſuccubuerat agrippina Colonia germanie vrbs preclara othonem pulſuꝫ poſtremo oīm cōſeruauerat quā vrbem philippus arta preſſit obſidiōe. othoq; facta eruptione cōgreſſus ſuꝑatuſq; a colonienſibꝰ eſt expulſus. qui tempori cedentes philippo imꝑatori debitā obedientiā ꝓſtiterūt. Tandem principis diuturnis defatigati bellis pace confecta philippus romanoꝝ imꝑator declaratꝰ. ac ſic nouem annis nō ſine moleſtia hanc dignitatem retinuit. nec tamen diuturna fuit philippo in adepto vbiq; ꝑ arma imꝑio quies. quem lantgrauiꝰ thuringie princeps multis in ſuam ſententiam tractis circūueniēs. vel vt alij ſcribunt otto comes palentinus de witelſpach bamberge interfecit. x. kalēd iulij. corpus babenberge inde ſpire iuſſu friderici ſepultū. Fuit aūt benignus ac largus. debilis corꝑe atꝫ̄ virilis. facie venuſta. capillo flauo. ſtatura mediocri decorus.

Otto dux ſaxonie huius noīs quartus anno a natiuitate dñi M.cc.ix. cū philippus imꝑator a comite palatino interceptus fuiſſet. imꝑator a germanis ſuis delectus imꝑauit annis tribus. qui ſtatim romam ꝓficiſcens ab innocentio tercio ſequenti anno in baſilica ſancti petri coronatus eſt. verū poſt acceptum ab ipſo pontifice diadema iuriſiurandi quo ſe de more obligauerat religione poſt habita terram eccłie hoſtiliter inuaſit. nā radicophanum montē faliſcū ſiue vt corrupte appellant flaſconem ⁊ totā pene romandiolaꝫ ꝑ diuerſas legiones diuerſoſq; legatos occupauit. ⁊ ad regni neapolitani regiones cōuerſus vt eas qꝫ caperet eſt adnixus. Friderico ſecūdo quē romani pōtificis auctoritas ⁊ ꝓmiſſa ꝓtectio ſecuꝝ redderet. nihil tantū moueri ſuſpicante. eos vo motus pontifex innocentius iniquo ferens animo ad othonē miſit. qui cū ſuadendo. hortando. admonendo ꝑuincere conarent vt capta de eccłie terra feudatario redderet. q̄ peiora indies moliebaꝛ. vnde pontifex eū anathemate primū ꝑcuſſit. deinde ꝑſeuerantem ⁊ vias omnes romanas latrocinijs infeſtantē imperio ⁊ alemanie regno priuatū depoſitūq; ꝓnunciauit. Secutos eū ꝑlatos ⁊ ꝓceres ac oēs alios imperij ac regni populos eatenus ſacramenti religione qua illi obligabanꝛ abſoluens vt nō magis poſſent ꝙ deberent ab eius imperio reuerentia ⁊ obedientia ſe ſubtrahere. Quobrē rex bohemie. langrauiꝰ thuringie ac archiepī Maguntinꝰ Treuerenſiſq; dux auſtrie ⁊ ex militibus ꝓſtantiores quiq; eū deſeruerūt. Cū etiam germani electores imperij philippo ſuadente francoꝝ rege ꝙ primū de priuatione othonis certiores facti ſunt fridericū ſecundum ſicilie regem vigeſimū agentē annū in romanoꝝ rebē declarauerūt. Philippꝰ eñ francie rex othonē ioannis regis anglie ex ſorore nepotē debilitari ac potentatu deijci exoptabat. quibꝰ tandē deterritus malis atq; periculis otho in alemāniā ſe recepit ⁊ quecūq; de ytalia ceperat in romani pōtificis fridericiq; ſicilie regis poteſtatē redire. vbi poſtea a philippo francoꝝ rege apud tornatum ſuꝑatus. Tandem anno M.cc.xviij. otto imꝑator meſtus languenſq; aīo breui obijt. Veneti aūt rebellantem cretaꝫ in fide armis cōtinentes anno ſalutis M.cc.xiiij. candē in colonie formā redigere. miſſis eo ciuibus qui cretenſes in officio contineꝛent.

Rainaldus archiepꝯ colonienſis poſt deſtructam mediolanū a friderico imꝑatore corꝑa triū regū ad Coloniam traduxit poſt glorioſam vitam in dño quieuit.

Richardus quoq; puer pariſius a iudeis martiriū paſſus multis claruit miraculis. Quobrem philippus rex francie intelligens iudeos ꝑ plura quotannis mala ꝑegiſſe in vituperium xp̄ianoꝝ priuatis bonis omnes e regno francie expulit.

Ordo cruciferorum



Cruciferorū ordo in ſinodo lateranēſi diu incho-atus ſed aliqn̄ intermiſſus ab ipo Innocentio tercio pōtifice anno pontificatus ſui. xviij. reſtituit. et confirmat ac multis fauoribus cōmendat. Id q̄ maxīe factū ē eo ꝙ quedā albanenſium peſtifera he-reſis ſurrexerat. que tantā in populo romano clero q̄ ſedicionē excitauerat q̄tā nūq̄ antea. q̄ obrē cauſaꝫ pōtifex ipe multos cruce ſignatos impulit ꝯ eos ar-ma ſuſcipere. quibus deuictis cruciferorū ordinē iaꝫ ſopitū ⁊ obliteratū inſtaurans multis priuilegijs ⁊ gratijs mirabiliter auxit. eideꝫ aūt ordini poſtmodū innocentius quartus deuotiōe affectus apud lugdu-nū exiſtens regulā cōpoſuit ⁊ dedit in quo p̄cepit ip-ſis religioſis ſemꝑ crucē in manibus portare. ipſius uūt ordinis auctoreꝫ et du-cē Quiriacū epm̄ ⁊ martireꝫ tpe conſtantini magni Hele-ne matris primū fuiſſe tra-dunt. qui etiam cuꝫ Iuliano apoſtata cū multis chriſtia-nis paſſus fuit. ſed idem or-do ad nihiliū fermevſq꞉ in preſens redactus.



Tartarorum regni princi-pium

David quidam perſa ex ignobili familia inter eos natus tartarorū gentis rex vir quidē magnanimus ꝑ hec tpa ex indie montibus vna cū oīb⁹ ſue gē-tis viri ac mlierib⁹ hoſtili aīo egreſſus ꝑ vicinas quaſq꞉ vrbes ſpolia multa exegit ⁊ populū ſuū h̄ mō allexit. quibus ſpolijs allectus inde parthos venit ⁊ pari terrore mediam. aſſiriam. perſiam. armeniam et ſarmatas nō longo tpe ꝑuadens circa meotidis paludis littore conceſſit vbi ⁊ accolis ſuis ſedes cōſtitu-ens in maximā euaſit potentiā vt regnū eoꝝ nunc multū creuit in finibus hungarie polonie ⁊ iuxta mare ponticum ⁊ in aquilone. ⁊ hi nūc vſonē caſſanū habent principē. Sunt auteꝫ tartari hoīes turpes oculos groſſos ꝓminentes habent latas facies et frontes naſoſq꞉ latos medioeres. ⁊ ſtatura tante arrogantie vt dn̄m ſuū cham filiū dei appellent. pluraq꞉ de eoꝝ moribus hiſtorici ſcribunt.

Ordo carmelitarum



Ordo carmelitaꝝ ꝑ hoc tp̄s in ſyria apud carmelū montē ab Alberto iheroſolimitano patriarcha excitat ⁊ multis priuilegijs ab eo ſublimat. atq꞉ ei-dem regulā ſuo iure cōfectā obſeruandā primo obtu-lit ⁊ confirmauit. in qua pro habitu fratribus euſdē ordinis capā ſuperiorē ex ſyrico cū quibuſdaꝫ largis virgis ſcꝫ albis ⁊ griſeis circulatā more helye ꝓphe-te (vt tradūt) aſſignauit ⁊ deferendā ꝯſtituit. Iſq꞉ ordo cū in orbē diffunderet ac locis ⁊ viris p̄ſtantiſſimis indies multiplicaret multas impugnationes ꝑ mul-tos annos ab emulatorib⁹ ꝑtulit. ſed poſtmodū Ho-norius pontifex eius nōis tercius cernens ip̄aꝫ ſan-ctam religionē ⁊ ordinē a multis impugnatū ⁊ aliqn̄ ꝑſecutū cū nō ſatis probatū cōſpiceret deuotione mo-tus primo pōtificatus ſui anno mutatis prius circula-tis clamidibus ob honorē beate virginis marie in al-bas ſub titulo virginis marie de monte carmelo ap-probauit ⁊ cōſirmauit. aiūt em̄ ordinē iſtū dū in ſiria cū habitu illo procederet maxima in reuerētia ⁊ deuo-tiōe apud ſoldanū egypti extitiſſe ⁊ multas illi clemo-ſinas ⁊ beneficia cōtuliſſe. ſed eo habito mutato eū e finibus ⁊ regno ſuo eieciſſe. q̄ obrē neceſſe fuit illuꝫ i europā traijcere vbi mirū imnodū excreſcēs clariſſi-mos ⁊ ſanctitate ⁊ ſcientia viros ꝓtulit. Quoꝝ de nu-mero p̄cipui fuere Angelus declamator ardētiſſimus Albertus ſiculus Cirillus grecus vir doctiſſimus. q̄ p̄ter libros multos a ſe editos ſpū ꝓphetie claruit. Et alij clariſſimi.

S. Dominicus



DOminicus hiſpanus vir ſanctitate ⁊ doctrina plurimū decoratus. p̄dicatoꝝ dux ⁊ pater inclitus. ac xp̄iane religionis q̄ſi matutinū ſydus emicuit p̄ hoc tp̄s. Is ī calogura al' calaroga pago exomenſis dioceſis nat⁹. Cui⁹ pr̄ felix appellatus. mater ioanna q̄ tres filios habuerūt q̄ poſtea lr̄is edocti ſacerdotiū acceptarūt. Tercius beatus dn̄icus cui⁹ mater p̄uidit in ſomnis ſe geſtare catulū accēſam ore faculā baiulantē. Qui egreſſus ex vtero totū mundū incēdere videbat̄. p̄figurans ex ea p̄dicatorē eximiū naſciturꝫ. fuit eīm viciorꝫ mirabilis obiurgator. oppugnator hereſum. fideliū diligentiſſimus exhortator. ab infantia quoqꝫ cū eo miſeratio creuerat. ex canonico aūt regulari a deo vocatus cū frībus ſocijs p̄dicatorūꝫ ordinē incredibili feruore fundauit. q̄ diuinitus inſtituto ab glorioſa dei genitrice maria religionis habitū aſſumpſit. Et cū in tholoſana albienſiqꝫ galliaꝝ regione hereſis pullulaſſet. ac late ⁊ longe cepiſſet ſerpere. btūs dn̄icus tunc primū fama noſci ceptus ad eas extirpandas ſe cōtulit. Erāt vō q̄ armis eā ſectam tueri adniterent̄. Qua comes toloſanus notabat̄ infamia. Quare datus eſt ab innocentio pontifice ⁊ a francoꝝ rege ſymon de mōte forti btō dominico adiutor. q̄ cū coho⁊te ab hieroſolime expeditione reducta a ſancto viro aduerſantiū arma conatuſqꝫ retudit. tantiſqꝫ ea hereſis defixa erat radicibus vt q̄ ſeptimo inchoauerat vix tādem vltimo pontificat⁹ innocētij anno potuerit extirpari. pater aūt religionis exiſteus. poſtea ab honorio q̄ ſciſmaticos apud tholoſaꝫ domitos audiuit. ordinis confirmatōem obtinere meruit q̄ ꝯfirmato cū plura monaſteria erexiſſet. Et multis ſignis ac miraculis claruiſſet. ac varias regiones docendo ⁊ p̄dicando luſtraſſet. Tandē anno ſalutis tercio viceſimo ⁊ duodecies centeno apud bononiā ytalie ciuitatē. nonis auguſti migrauit ad dn̄m. quē poſtea gregorius nonus audit eius miraculis ⁊ vita preclara in ſanctoꝝ numero aggregauit.

S. Franciſcus



FRanciſcus ſeraphicus natione ytalus ex aſſiſio vmbroꝝ ciuitate ortus. vir vtiqꝫ diuinus. ac primus inſtitutor ordinis fratrū minoꝝ. ⁊ fundator mirificus. Circa annos dn̄i. M. ccviij. primo negociator hūanus ⁊ affabalis ac p̄digus vſqꝫ ad annū. xxv. Inde terrena oīa deſpiciēs xp̄m in oīu vita ſecut⁹ eſt. Et cū aliquādiu pedibus calciat⁹ ⁊ corrigia cinct⁹ inceſſiſſet. Sentētie dn̄ice memor dicētis. Qui venit ad me ⁊ nō renūciat oībus. non poteſt meus eſſe diſcipulus. Abiectis oībus tunica inciultam ⁊ cōtemptibilem hunc p̄cinctam induens nouum mox ordinē conſtituit. cum quo velut ſol ī orbe radiās xp̄ianā religionē plurimū illuminauit. Tantū aūt in ſeipō rigorē auſteritatis exercuit. vt in tēptatione carnis. in pruinali tp̄e niue vel glacie operiret̄. paupertatē quoqꝫ dn̄am ſuam ſemper vocabat. Mallebat potius de ſe vituperia q̄ꝫ laudes audire. oīniqꝫ ſtudio precauebat ne paupertatis metas trāſiliens ad ſupflua diffluerct. ardentiſſimoqꝫ martyrij deſiderio ferucbat. Ideo ſexto cōuerſionis ſue anno ſyriā petijt: ac ad ſoldanū acceſſit. qui eum oīni honore ſuſcepit. Duobus aūt annis aū obitū eius vidit in viſione ſeraphin vnū in aere ſex alas habentē cruci manibus extenſis pedibuſqꝫ coniūctis affixū. alaꝝ vō duas ſup caput erectas. ⁊ duas ad volandū extēſas habebat. Porro duabus totū corp⁹ tegebat̄. Cunqꝫ diutius cogitaret apparebant in manib⁹ ei⁹ quaſi fixure clauoꝝ. latuſqꝫ ip̄ius dextrū veluti lancea perforatum. Interea cū frībus ſuis ſic ab eo inſtitutis nouā dediſſet regulā. ⁊ xp̄i ſtigmatib⁹ inſignitus fuiſſet. ⁊ nomē ſuū in orbē diffudiſſet. Cū nullā carni ſue requiē dederat a ꝯuerſione ſua. xviij. anno ⁊ multis languoribus p̄teritū tp̄s effluxiſſet. duobus ſeq̄ntib⁹ grauioribus purgeri cepit. Tandē plen⁹ bonis opib⁹. apud aſſiſiū vrbem ſuam. Anno ſalutis nr̄e. 1227. nonas octobris ī dn̄o feliciter obdormiuit. Quem ⁊ biennio poſt gregorius nonus auditis eius crebris miraculis magna prius ob eam rem couentu habito. in numeꝝ ſanctoꝝ ſtatim retulit. Nicolaus aūt tercius papa anno. M. cclxxx. litteras de ſtigmatib⁹ ei⁹. xp̄i fidelibus miſit



TErremotus atqꝫ portēta multa hijs annis vbiqꝫ ferme fuere ita vt antiochia ⁊ tripolis atqꝫ damaſcus magna ex p̄te corruerunt. Cathina etiā ſicilie inſula contra aquarum naturaꝫ pelagus retroceſſit. ⁊ hoīm ferme milia abſorbuit. In ytalia inſup grandines ouis anſerum groſſiores cecidere.

VIſum eſt quoqꝫ ſignū mirabile in occidente poſt occaſum ſolis in ſtella poſita in auſtro declinans in occidentem indirecto ſyderis quod aſtrologi coronam adriagne appellant. Viſuſqꝫ radius quaſi trabes magna per multos dies aſcēdes in altitudinem firmamenti. Predicatores hijs temporibus multa alia ſigna contigiſſe aſſerebant.

Anno mundi. 6413. Anno xp̄i. 1214.

Linea ſummoꝛ pontifici

Honorius tercius



Gregorius nonus



Celeſtinus quartus



HOnorius tercius papa. p̄ria romanus. p̄re almerico ciue romano genit⁹ tercio ſuffectus innocētio. ⁊ ipſin eius nois terciū. peruſie cardinales ī romanū ū pontificem creauerūt. Qua in creatione ad ſextū p̄deceſſoris diem obitus facta. maioꝛ ſolito adhibita ē feſtinātia cꝫ peruſini ciues difficultatē hieroſolim e reꝝ. ⁊ belloꝝ ytalie ſedandoꝝ neceſſitates ꝑpenderūt. Et coacto in conclaui collegio penuria cibi per dies ſingulos maioꝛe facta vt ꝓperarēt. viui honeſtiſſimā attulerīt. ꝯſecratuſqꝫ pōtifex deſtinatū a p̄deceſſoꝛe pacī in ytalia cōſtituende tractatū ꝑ oratores legatoſqꝫ cōtinuauit. Ipſe romā intra primū creationis menſem ꝑ ſabinos ſe cōtulit. Sollicitabat em̄ cū petrus antiſidoreſis impatoꝛ cōſtantinopolitanus. quē paulo poſt ⁊ iolem ſimul vxorē idē pontifex in baſilica ſancti laurētij. q̄ via tyburtina extra muros inſignis viſitur. imperiali diademate decorauit. Et rebus xp̄ianoꝝ in romana ꝯſulturus q̄ hieroſolimis ꝓfuture viderent ioannē de colūna cardinalem romanū portueuſem ep̄m apoſtolice ſedis legatū declarauit. impialeſqꝫ titulos honorius friderico ſecūdo cōtulit. Quē poſt iuribus eccleſiaſticis ſibi vſurpatis anathemate notatū dignitate priuauit. Ordinē heremitaꝝ prout innocentius fecerat ꝓtegendū cū ſuſcepiſſet. Etiā ordines predicatoꝝ ⁊ minoꝝ cōfirmare voluit. hieroſolimoꝝ regē ex aſia ad ſe romā venientē benigniſſime ſuſcepit. Extant vō honorij pontificis decretales multe. tū rome opa ſancti laurentij extra muros vrbis reparata cū cenobio baſilica. tum ſancta ſanctoꝝ ad lateraneſeꝫ eccleſiā inſtaurata celebris ſanctimonie oratoriū. Hūc aūt ac beate vitā ducēs vt bonū paſtorem decebat. anno pontificatus ſui decimo. mēſe ſeptimo. die. xiij. moꝛit. Sepeliturqꝫ in baſilica ſancte marie maioris ad preſepe.

GRegorius nonus papa natione hernicus. p̄ria anagnin⁹ e familia comitum innocentij tercij nepos. Qui ⁊ laterano vbi creatus fuerat ananiam ꝑ eſtati caumata ſe contulit. Vn̄ fridericū monuit vt expeditionē in terrā ſanctam cui⁹ voto pridē cruce ſignatus ſe obligauerat. tandē iniret. foꝛte cōminaret vt niſi breui exequeret excōicationis priuationiſqꝫ ſententias ab honorio p̄deceſſoꝛe in illū ꝓmulgatas. ꝯfirmatas etiā atqꝫ etiā aggrauaret. Promiſitqꝫ fridericus ſeſe vouerat. dictūqꝫ ē veris tp̄us ad ꝯueniendū brundiſij. venerat eo magna multitudo p̄cipue vero ex germania lantgrauius haſſie. q̄ brundiſij vna cū magna pte militū moꝛitur. dū fridericus egritudinē ſimulās in ſicilia ſe continet. Hec fraus ita cōprehenſa eſt. cognita em̄ lantgrauij moꝛte celerrime eo adnauigaſſe omnēqꝫ eius ſuppellectilem diripuiſſe. Cognita igitur fraude friderici honorij tercij ſententiā in fridericū latam ꝯfirmauit. Inde peruſij pontifex aſſiſiū petiturus. vt q̄ de franciſco viro ſanctiſſimo miracula audierat p̄ns cognoſceret re comperta vt audierat. in ſanctoꝝ numeꝝ ſtatim retulit. Ceperant iterum romani ſenatores qn̄qꝫ vnū. qn̄qꝫ binos creare. Hanibalqꝫ ex hanibalda gente romana nobilis ſenatoꝛ hereſi ꝯſentiebat. in quā multi inciderant ſacerdotes. Hiqꝫ pontificis reditū formidantes tumultū concitauerāt ſꝫ diuina vltio cōpeſcuit. Tyberis em̄ cā in alluuionē excreſcens. multa dāna moꝛtalibus intulit. Et tanta peſte laboratū eſt vt decimus quiſqꝫ vix ſuperfuerit. Pontifex mira clemētia vſus publice oēs priuatimqꝫ etiā diſtributa pecunia ꝯſolatus ē. veteres cloacas purgari nouaſqꝫ pluримas conſtrui curauit. Urbis dignitati ⁊ valitudini vno tempoꝛe conſulens. acceſſit poſt ad vrbem reatinā pontifex curiā in ea aeris ſalubritate conſeruaturus. qua in vrbe beatum dominicum in ſanctoꝝ numerum retulit. Spoletum poſtea eſtate cum diuertiſſet beatum anthoniū cognomento paduanū ob innumera miracula ſanctoꝝ confeſſoꝝ collegio congregauit. Qui tandem multis quaſſatis erūnis a friderico ſuadentibus francie ⁊ anglie regibus cōuocauit omnes oꝛbis xp̄iani ad cōciliū. Uerū fridericus terram mariqꝫ vias p̄cluſit. Cardinales piſana claſſis intercepit ad amalphitā vrbē ducti. in cuſtodiam poſtmodum teneti. Dum aūt eo tardatus captoꝝ cardinaliū ⁊ prelatoꝝ impedimento. deſiſtit a concilio pontifex. menſe auguſto. Et primo quadrageſimo ſalutis anno ſupra duodecies centeno obijt. pontificatus ſui anno quartodecimo. menſe tercio.

CElestinus quartus patria mediolanenſis ⁊ ganfredus ex caſtillonea gente. ſabinenſis epiſcopus vita ⁊ doctrina inſignis ſenex admodum ⁊ valitudinarius in locum gregorij ſuffectus. ad fridericum mittens obſidionem fauentie continuantem multis illum de futura pace pollicitationibus delinire conatus eſt. Sed priuſqꝫ fridericus reſpondere potuerit. Celeſtinus ip̄e duo deuiceſimo pontificatus die defunctus ē. Cui vt ſucceſſoꝛ daretur vno ⁊ viceſimo menſe laboꝛatum ē. Cauſam diuturne vacatōnis apoſtolice ſcribūt tentos in malphitano carcere cardinales. ne ip̄is abſentibus electio fieret proteſtatus fuiſſe. Quibus ⁊ collegas aſſenſiſſe. videntes omnē ytaliam friderici motibus quaſſatam eſſe. ⁊ imminere per ſingulos dies periculum ne vrbē romam caperet.

Fridericus eius nominis ſecũdus imꝑator. anno dñi. 1212. ottone ꝓbicto imperij titulis priuato. ab electorib⁹ eius loco ſurrogatus. Et ab honorio põtifice cõſirmatus ⁊ coronatus. imꝑauit annis. 33. Nat⁹ ex heinrico ſexto ⁊ cõſtantia ſorore regis ſicilie. q̃ cum antiqua eſſet ſub papilione panormi in medio platee. vt tolleret͂ oĩms ſuſpitio ⁊ mulieres liberũ haberẽt aditũ in lucẽ editus Js ſub gubernatione eccleſie ⁊ innocẽtij orbato pr̃e enutritus. Deinde potentiſſim⁹ imꝑator ytalie. ſicilie. ſardinie. ihrl̃m ⁊ ſicilie. dñs quo nullus magnificentior romanũ imperiũ tenuit. Fuit eñi armoꝝ ſtrẽnuus linguaꝝ. ſ. latina ⁊ vulgari. greca. gallica ⁊ ſarracenica pit⁹. vigoroſus liberalis ⁊ magnific⁹. Vex vicijs nõ caruit luxurioſus nihil curãs niſi tꝑale. cũ mltis põtificib⁹ romane ecclie bella geſſit. Fecit tñ magnifica edificia ꝑ omnes ciuitates regni apulie ⁊ ſicilie. Validiſſimã arcẽ capuana dicta in neapoli caſtꝝ pratenſe ⁊ arcẽ ſancti miniatis Habuit ex prima vxore heinricũ ⁊ cõradũ. quos ꝯſortes regni fecit. Ex ſecũda filia ioannis regis hieroſolimitani iordanẽ ex ꝯcubina fridericũ regẽ antiochie manfredũ principẽ tarenti poſtea regẽ ſicilie. Et Rentzium quẽ fecit regẽ ſardinie. Fridericus itaqȝ p̃mo poſt habitã magũtie regũ alemãnoꝝ coronã. In ſueuia gentilitatis ſue regione deſederat. Js audita clade qua otto afflictus erat. Aquiſgranũ imꝑatoriã vrbẽ obſidione preſſam recepit. vbi tercij innocẽtij romani põtificis auctoritate regiã iteꝝ de more coronã accepit. Et vt aliquã erga deũ oſtenderet gratitudinẽ cruce inſignitus. voto ſe tunc publice obligauit ſubſidij xp̃ianis in aſia agẽtibus afferẽdi. ne etiaȝ pontifici quoqȝ romano ingrat⁹ eſſe videret͂. comitatũ de regno ſicilie ꝑmiſit fundari ꝑpetuo ei⁹ donationis iure a romana eccĩa peculialiter poſſidendũ. inde in romanoꝝ regẽ electus ottone defuncto romã redijt. Quem honorius imꝑiali diademate inſigniuit. Obierat paulo prius cõſtantia eius mater preſtantiſſima mulier. nõ magis annorũ quã prudentie plena. q̃ viſo filiũ adoleſcentiã ſupergredi incipientez. Qui duos de triginta ageret annos. ad eam diẽ invtutũ via cõtinuiſſe. ꝙ ea de medio ſublata. mores vſqȝq̃qȝ mutauit In pontificẽ eñi ſpreta iureiurãdi religione anno coronationis primo mlta ⁊ quidẽ enormia ẽ aggreſſus quẽ vt a flagitijs a rebellione temparet. admonẽtem magis magiſqȝ indies ſpreuit. Vnde eũ duxit pontifex anathemate niſi reſipiſceret ⁊ ablata redderet deterrendũ. ſub ipm̃ fridericus imꝑio priuatus. vt reb⁹ ꝯſuleret alemanie. Quib⁹ ob noui imꝑatoris ſubrogationẽ timebat. heinricũ filiũ decenem illi in regem dedit. Tribus ab inde annis ſuꝑuixit honorius. Promiſit poſtea fridericus qͦd vouerat. ⁊ quod pontifex gregorius volebat. Tandẽ ad tercũ ydus auguſti cũ omni claſſe brundiſio ſoluit. ſed ceteri ad deſtinatus in acconẽ curſum velis ardentiſſime remiſqȝ cotendũt. Fridericus noctu cũ trireme dilapſus brundiſium ẽ reuerſus. At gregorius pontifex cũ intellexit fridericũ in ytaliã reuertiſſe. q̃ntis potuit maledictionibus ꝓſecutus ẽ. Inde nauigationẽ ingreſſus de qua cypri ſubſtitit. Seneſcallo militie ſue mgr̃o cũ copijs ptolomaidã p̃miſſo. q̃ ſoldani conat⁹ inſpiceret. fridericus ab illo accerſitus ptolomaidam adnauigauit. Nec mora oratores in romã dimittens. abſolutionẽ a pontifice implorauit pontifex q̃ oĩa reſtiſſet repulſam dedit. quãobrẽ fridericus cõſulcius ſibi duxit in ytaliã nauigare. Et a tarentino portu quẽ primũ de nauigatione attigit. neapolim anxius aduolauit iuerat ptolomaidaȝ magiſter militie theutonice prutenorũ. q̃ cũ ipo friderico in ytaliã redijt. fauentia deinde anno obſidionis ꝓpe in friderici poteſtatẽ pactione ẽ facta. Inde in bononiã ducens ſtudio eã priuauit. qͦd tunc primũ paduã ẽ tranſlatũ. inde in mutineſes ac reginos duxit. ſola agroꝝ vaſtitate ꝯtentus fuit. Continuatũ poſtea ẽ duos ferme annos belluȝ atrox variuqȝ ⁊ longobardie ac oĩm ytalie ꝑnicioſiſſimũ omibus quos ꝑ ytaliã partiũ gibelline ⁊ guelfe labes infecerat auxilio nõ magis militũ q̃ȝ pecuniaꝝ odio partiũ vtrũqȝ cõtribuentibus. Tandẽ quartus innocentius põtifex excõicationis depoſitionis priuationiſqȝ ſententiã in fridericũ ꝓnũciauit. omibus iuramento abſolutis. Et poteſtate electoribus attributa nouũ quẽ vellent principẽ deligendi. ꝓut in ſexto de iudicijs nũc habetur. Et cum tanta pontifex lugduni inde rex francie in egipto cum gloria ⁊ dignitate reipub. xp̃iane gererent. xp̃ianos ipe in longobardia crudelitate ꝓſequitur. Inde apud parmã prelio ſuꝑatus. poſtremo in ciuitate firenciola in finibus abrucij infirmat⁹ manfredi filij auſu veneno vel ſuffocatione interijt. Cui hoc epigrãma affixit. Si probitas ſenſus virtutum gratia cenſus. Nobilitas orti poſſent reſiſtere morti. Non foret extinctus fridericus qui iacet intus.



Linea imꝑatoꝝ

Fridericus ſecũdus



Eclipſis ſolis anno. M. ccxxxviij. totius. circa horã nonã die. vi. Junij facta eſt. ⁊ tanta obſcuritas aeris fuit. vt noctẽ adeſſe crederẽt. cauſaȝ ignorantes ad penitentiam redierunt. Deſignabat ſm̃ iudicium (quod fallax vt plurimũ cenſetur) mortem gregorij noni ⁊ oppreſſionem eccleſie per fridericum.

Terre etiam motus maximi repente exorti. ⁊ adeo grandes vt in montibus ſaluijs ad quinqȝ hominũ milia periſſe dicantur. Quo quidẽ anno friſia regio a maritimis fluctibus pene tota ſubmerſa fuit. Vbi ad centum hoĩm milia demerſa referuntur.

Ordo predicatorum



ORdo predicatoꝝ hiſ tꝑib⁹. veluti nouū ſydus a btō dn̄ico diuinitus excitatus. Et ſub regula diui auguſtini inſtitut⁹. Hic em̄ ad lateranēſe ꝯciliuz cū fulcone tholoſano ep̄o. ⁊ ad innocentiū adijſſet. petens cōfirmationē. cū pre nouitate rei ſe difficilē exhiberet. Nocte in ſomnis videns lateranē̄. eccłiam ſuis cōpagibus reſolutā graue minās ruinam. Cui occurrebat vir dei dn̄icus humeris ſuis caſuraz fabricā ſuſtentare videbaꝛ. q̄ viſione mot⁹. petitionē attēte acceptauit. hortans vt cū frībus regulam eligant. reuerſus ad .xvi. fratres tholoſe regulaz p̄dicatoꝝ ordinarūt. Interea innocētio mortuo ab honorio iſta p̄ſcripto pontifice tp̄o p̄re dn̄ico inſtante auctoritate ap̄lica tandē approbaꝛ ⁊ ꝯfirmaꝛ. Ordo hic īter ceteros ordines ꝯ̄ hereticos q̄z maxime extinguēdos ſp impetuoſiſſim⁹ ē habit⁹. Et ne p̄dicationis officiū impediretur. propoſuerūt terrenas poſſeſſiones ⁊ redditus annuales ꝓrſus abijcere. qđ poſtea in cap̄lo generali bonoine executioni mandatū fuit. Confirmatōem itaq̄z ordinis ſb regula auguſtini ⁊ cōſtitutōib⁹ additis ab honorio accepit. Ip̄m ordinē poſtea raymūd⁹ dominici ſucceſſor. ac reliq̄ vita ⁊ doctrina atq̄z ordinatōnib⁹ mirūimmodū auxere. Quorū de numero p̄cipui fuere Petrus martyr veronēſis. Thomas de aq̄no. ⁊ Vincentius inter ſanctos relati. Reliq̄ q̄z vt petrus de Tarantaſia Innocēti⁹ quint⁹ appellat⁹. ⁊ Bn̄dictus xi. papa. Hugo cardinalis biblie poſtillator. Albert⁹ magn⁹ Petrus de palude. Jacobus de voragine. Antonin⁹ archiep̄s florētin⁹. Et alij innumerabiles doctores ⁊ ſanctiſſimi cōfeſſores. q̄ illū ꝓ virib⁹ auxere. Roger⁹ ⁊ Albert⁹ brixiēſis Vgo de argētina Thomas anglicus. Vincētius burgūdus theologus ⁊ hiſtoricus. atq̄z alij hiſtorici plurimi q̄ ſua doctrina moribus ⁊ exemplis ordinem protexere ⁊ in fide decorarunt.

ORdinē etiā minoꝝ hac tēpeſtate tercio kal. decēbris honori⁹ pōtifex (⁊ vt ferūt difficilime) confirmauit. Nouerat em̄ antiquus hoſtis hūc ordinē in eccłia dei admodū ꝓfuturū. ideo obſtitit. vt ad nihilū redigereꝛ. Hunc itaq̄z ordinē diuus franciſcus tanq̄z voluptatis ac pauptatis ortū mlto labore plantauit. in q̄ vt quietius ⁊ ſecuri⁹ a mūdi fluctib⁹ elongat⁹ ſoli deo vacare poſſet. Ip̄e franciſcus btiſſimus p̄mo introiuit. vt reliquos ſpūalib⁹ ⁊ doctrine gr̄e aquis irrigaret. ibidē ergo conſtitut⁹ diuino afflante ſpiritu. poſt ſuā ad deū ꝑfectā cōuerſionē. cernens accreſcere fratrū ⁊ filiorū ſuorū nūerū. vite normā ⁊ regulā cōpoſuit atq̄z deſcripſit interpoſitis in ea ſacri euangelij v̄bis. ad eius ꝑfectōem feruētiſſime anhelabat. huandamq̄z ꝯfratres ſuos v̄bo ꝑiter ⁊ exēplo edocuit. Regula aūt ⁊ vita fratrū minorū vt ipſe ait. hec ē dn̄i noſtri ihū xp̄i ſctm̄ euāgeliū obſuare. viuēdo in obediētia. ſine proprio. ⁊ in caſtitate vſq̄z ad mortē. Et cū innumerabiles ex hoc ortulo emerſerint viri q̄ ip̄um ſignis ⁊ doctrinis illuſtrarūt. inter p̄cipuos nūeraꝛ ludouicus ep̄us. antoni⁹ vlixbonēſis. bonauētura cardinalis. Et bernardin⁹ ſenēſis. in cathalogo ſctōꝝ relati. Sz ⁊ Nicolaū ei⁹ nois q̄rtū. Alexandrū q̄ntū. ⁊ Sixtū q̄rtū pōtifices maximos. de q̄b⁹ ⁊ alijs latius infra diciꝛ. Inter doctores etiā ſolēnes ſacri ordinis annūeraꝛ alexander de ales. Richard⁹ de media villa. ⁊ innumerabiles alij.

Ordo minorum



ANno ſalutiſ p̄mo viceſimo. duodecieſq̄z cēteno. tartari gēs cithica georgianā armeniāq̄z maiorē direptas vaſtataſq̄z ſuo ſbiecerūt impio. inde ripheis mōtib⁹ trāſmiſſis ad eas delati vaſtiſſimas regiones. Que tranſiluanam ꝯtingūt. in poloniā ⁊ poſt ī hūgariā penetrarūt q̄s xp̄ianas regiones populationibus incendijſq̄z late cōmiſſis magno affecerunt incōmodo.

HJeruſalē ciuitas q̄z a cordirio magni ſaladini filio obſidētib⁹ damiatā xp̄ianis. q̄nta vice fundit⁹ euertiꝛ. tēplo dn̄i tantūmō ītegro relicto. ⁊ cū ſepulcrū dn̄i noſtri iheſu chriſti violare etiā ſtatuiſſet precibus chriſtianorum pulſatus ab ſcelere deſtitit.

S. Clara



CLara vgo admirabilis ꝛ ſanctiſſima. de ciuitate aſſiſij. claro ſatis genere traxit originē. Cui⁹ pr̄ miles. mr̄ ortulana dicta diui franciſci diſciplinis ꝛ exemplis in diuino ope plurimū erudita. Hijs tpib⁹ apud aſſiſiū vrbē vtute ſcitat(?) ꝛ grā in pcio habita. q̄ ad ecciam ſancti damiani cōmigrans collegiū ſanctū pauperū dominarū ordinē inchoauit. in hoc arto recluſorio p. xlij. ānos mirāda carnis ſue maceratōe ꝛ ī opib⁹ virtutū claruit. diuerſa q₃ miracula ſigno crucis pegit. Cū ſub imperatore friderico quaſſata eēt eccia. Et in aſſiſiū hoſtilis furor irrueret. Et ſarracenorū gens apud damianū ſctm̄. intra clauſtrū vginū influerēt. Clara infirma ad hoſtiū agmen ſe duci iubet. Et an̄ hoſtes poni p̄cedēte ea capſula argentea in qua erat ſacramētum eucharistie. ꝛ i orōne cū lacrimis ait placet mi dn̄e me(?) meas ancillas tuas manib⁹ tradi paganorum? Cuſtodi famulas tuas illico ad aures eius intonuit. Ego vos ſemp cuſtodiā. Et mox q̄ muros aſcēderāt. obſidionē derelinquūt. In religioſo eius tranſitu innocētius q̄rtus cū cardinalib⁹ eam viſitās. ab eo remiſſionē oīm peccatorū obtinuit. in dn̄o ꝯfortata. xvij. dieb⁹ nullū cibū ſumpſit. Tandē ait ad aīam ſuā. vade ſecura. q₂ bonū itineris habes cōductorē. in craſtino igit̄ beati laurētij egredit̄ aīa eius ſanctiſſima. Et ad ſanctū georiū. vbi corpus. b. franciſci p̄mo cōditū fuerat deportat̄. Agnes aūt ſoror ei⁹ ad agni nuptias euocata interiectis dieb⁹ ꝯſecuta eſt. Et cum ſanctiſſime vſq₃ ad vite exitū vixiſſet. ꝛ domin⁹ ad gloriā eius plura miracula feciſſet. anno. M. cclv. alexander quartus in ſanctarū cathalogo eā aggregauit. Et eius diei feſtum pridie ydus auguſti celebrari mandauit.

S. Antoni⁹ de padua



ANtonius p̄ria hiſpanus. vlixbona ciuitate oriūdus. ordiniſq₃ minorū frater Uir vtiq₃ ſanctus. ꝛ multis vtutib⁹ adornat⁹. Is in baptiſmo ferdinandus appellatus. primo canonicorū regulariū habitū ſuſcepit. cūq₃ audiſſet frēs minorū apud marrochiū p xp̄o necatos. p eis habitū minorū accepit. vbi nocturnis vigilijs corp⁹ mira abſtinētia macerauit. Hic glorioſus pr̄ cognomine de padua dictus Cū ibi predicans diu reſedit. Et rome de mandato ſummi pōtificis pegrinis plurimis p̄dicaret. linguas ſic mouit vt tam greci latini francigene teutonici q̄₃ anglici oēs q̄ audiebant clare intelligerēt. Et cū inter religioſos nō ſolū ſue etatis. ſ₃ priorū ſeculorū oībus lr̄is ornatiſſim⁹ haberet. Sacrarū lr̄arū archa cognominari meruit. Et cū tholoſe bononie. ac patauij diu theologias egregie docuiſſet. Hac tēpeſtate patauij infinit⁹ clarus miraculis moritur. Et a gregorio nono pōtifice eas ob res ſtatim in ſanctorū cōfeſſorū ꝯſortiū referf. anno. M. ccxxxij. Inuenta eſt poſtea in tranſlatōe corporis poſiti de loco vno ad aliū. lingua ei⁹ in ore adeo recens rubicūda q̄ p plures annos cū corpe ſub terra iacuerat ac ſi tūc deceſſiſſet. quā₃ beat⁹ bonauentura. affatus ē. O lingua bn̄dicta q̄ ſemp dn̄ū benedixiſti. nūc apparet quanti meriti fuiſti. anno deinde dn̄i. M. cclxij. cū eius meritis patauina vrbs de manu etzelini tyranni liberata eſſet ciues ecciam p̄grandem atq₃ pulcerrimam ad eius honorem extruxerunt.



ORdo fratrū theutonicorū in pruſſia p hec tpa ortū habuit. Cū pruteni barbara gens ꝛ ydolorū cultrix. vſq₃ ad fridericū imparatorē eius nois ſcdm̄ fuit. Sub eius vo iperio cū amiſiſſent xp̄iani ptolomaidē ſirie ciuitatē. fratres theutones ſancte marie appellati. Inde fugati in germaniam rediere. Uiri nobiles ꝛ rei militaris periti. qui ne per otium marcerent. fridericū accedentes pruſſiam germanie cōterminā xpi cultu ſpernere dixerūt. Sepe illius gentis homines in ſaxones ceteroſq₃ vicinos excurrere ad orientē eīn maſſonite poloniq₃ rura colūt. Occidentem ſaxones occupant. aquilonē balthei maris excipit littus. Ingentem igit̄ vim pecorum atq₃ hominū abigere. eſſe igitur in animo ſibi compeſcere barbaram gētem. annuat tantū imperator ꝓuinciam. quod fratribus perpetuo iure poſſidendā tradat. ſi eam armis acquirant. conradus quoq₃ dux moſauie ꝛ Cuyame q̄ ſec⁹ terre domini affirmabat. Ius ſuum in terra colman vocata fratribus ceſſerat. Grata oblatio friderico fuit. Qui litteras ſub aurea bulla ꝯceſſit. Illi ſumptis armis breui tempore omnē pruſſiam ſubiecerunt. frumenti ferax regio eſt. aquis irrigua. ꝛ plena colonis. mlta ambitioſa oppida. multi maris ſinuoſi reflexus amenam efficiunt. pecorum ingens vis. multa venatio. piſcatio diues. Ex illo tempore lingua theutonica introducta eſt. Et cultus xp̄i gentibus imperat⁹. Eccleſie poſtea pontificales erecte tranſuiſtulam pomezamēſis. colmēſis. warmienſis ꝛ Sambiēſis. Arcē item nobilem ꝛ ampliſſimam marieburgū vocant. hic ſedes magni magiſtri. Et cum theutones hui⁹ religionis inuentores fuere. Nemo ad eam recipit̄ niſi theutonicus. nobilis ortus parentibus. Ob eam rem veſtimētis albis vtuntur. nigra cruce inſuta. vt aduerſus inimicos crucis pugnare velint. barbas oēs nutriunt. exceptis qui ſacris altaribus ſeruiunt. pro canonicis horis dominicam orationem vſurpant. Neq₃ litteras diſcunt. magne hijs opes fuere. nec minor potentia q̄₃ regibus. Sepe cum polonis contendere.

¶De damiata ⁊ eius expugnatione.

PRincipes xp̄iani. quos olim tercij innocentij diligentia ⁊ lateranēſis ꝯcilij decreta ad hieroſolime li
berationē inflāmauerāt. in magnū coierāt exercitū. qui ꝑtim terrā. partim mari cōſtantinopolim. Et
inde cardinale colūna ſedis apoſtolice legato deducente. acconē ſe ꝯtulerant. Fuerūtq3 primarij inter eos
ꝓceres andreas hūgarie rex. veneroꝝ nauigio fretus. qd̄ libēter dederāt. q2 ius eis ceſſit ꝙ in omni dal
macia regnū hūgarie ad eā diē habuerat. Et dux auſtrie. heinricuſq3 niuernenſis comes. Et gualterius re
gis francie camerarius q̄bus ioannes hieroſolime regi cōiunctis. in cōcilio actū eſt. damiatam egipti vr
bem nilo cōtiguā vt primā oīm caperent admitendū. Ea eīn in ꝑtāte facta apparebat cayrū ⁊ babilonē cō
tiguas vrbes ampliſſimas ⁊ cōmode occideri poſſe. Et interclusas cōmeatu facilime expugnari. Quo ſol
danoꝝ gentis ſarracene principū domicilio in xp̄ianoꝝ ꝑtātem facto ſutuꝝ ꝯfidebant. vt oīs ea barbaries
ſarracena nō ſolū hieroſolima ⁊ terra ſancta. ſ3 orbe ip̄o terraꝝ exterminaret. Itum ē itaq3 nō magis cupi
entiſſimis q̄3 cōfidentib9 ꝓceꝝ militūq3 animis. Et menſe maio anni ſalutis duo devigeſimi ⁊ duodecies
cēteni. damiate obſidio īchoata. Ea citas olim eriopol' a ꝑtinace elio ꝯditore appellata. Triplici muroꝝ la
teritio dēſiſſimoꝝ munimēto cingit. Quā nili amnis ꝑticula. ad romani tiberis magnitudinē ambit. vt
inſulā ſ3 oblōgā arctamq3 efficiat. A babilone q̄3 noua itur ad damiatā v̄ſus oriētē. diſtās ab ea dietis tri
bus. Itur quoq3 ad alexandriā occidentem v̄ſus diſtans a babilone diebus tribus ꝑ terrā. ſex per aquas.
Porro vſq3 ad damiatam ſeptem diete ſunt a monte ſinay. Sita ē aūt damiata inter mare ⁊ flumē nili. de
coratur aūt in. xxviij. turribus altis. Minoꝝ turriū incertus numerus. Turris quoq3 erat pharea nō q̄des
craſſitudine ⁊ celſitudine illi ſimilis. quā ad pharon ⁊ nilū ſtante romano imꝑio fuiſſe legimus. ſ3 q̄ ſubur
biū ⁊ mercatoꝝ appothecas ac publica horrea a pyratis nocturniſq3 ꝑdonibus tutaret. quāobrē ſub no
ſtri exercitus acceſſum addidit ſoldanus ſuburbio vtriq3 ꝑſidia ⁊ munitiones vndiq3 inſtaurauit. Eas dū
noſtri appugnāt munitiones turrimq3 vndiq3 machinis quatiūt. multi ꝑ dies ſingulos cecidere. cū3 tñ ea
maior in barbarie acciſio cōmitteret. Euicitq3 fortiſſimoꝝ ex omi ꝓuincia alternis pugnātiū noſtrorū vir
tus. At poſt quintū menſem quā gallici in ſoldanū male pugnauerant pauci milites exploraturi cuſtodes
altū ſopitos eſſe aut ꝑ errorē ab eſſe ꝑcipiēs ſocios aduocauit. ſcalas cōportant. portam ſecuribus malle
iſq3 refringūt. Accurrētes q̄ ex ſarracenis ſtrepitū exaudiuerant confoſſi. Chriſtianiq3 interim patente in
greſſi porta. vrbe potiti ſunt. Anno tādem dimidio atq3 integro poſtq̄3 fuerat obſeſſa. portis vbiq3 muni
tionibuſq3 xp̄iano militi ad cuſtodiam attributus. Prima v̄o omi machonaria vrbis primaria in glorio
ſe virginis dei genitricis eccleſiam inſtaurata. ac in epiſcopiū dedicata eſt. Habuit per id tempis damiata
ampliſſime opulentiſſimeq3 ciuitatis ſpeciem. repertamq3 in ea rerum oīm copiam auri argētiq3 ⁊ ditiſſi
me ſuppellectilis vim maximā. legatus regeſq3 ⁊ duces exercitus militi xp̄iano equa diſtributione largi
ti ſunt. Quin etiam de agrorum diuiſione ī tempore facienda actum eſt.

Damiata



Apud damiatam interea res xp̄iana p̄ ſingulos dies. magis magiſqꝫ floruerat. cardinalis de colūna legatus apoſtolicus. ⁊ andreas rex hūgarie. ⁊ ceteri ꝓceres in bonā venerāt ſpem. fore vt ſoldanū ſarracenoſqꝫ breui cōficerēt. Tandē placuit oīmbus in cayrū babiloneqꝫ ducendū ad quas vrbes ſoldanus oēs prope ſarracenoꝝ copias cōtraxerat. Poſtqꝫ igit̄ xp̄iani duces in caſtris populationibuſqꝫ ociati occaſio ſoldano obuenit. nili in ſummas ripas ſolito citius tunc facti. Qua fretus occaſione catharactas vbiqꝫ defodi curauit iumētis ſublata in primis paſcendi facultas. Et qḋ in caſtris paratuꝫ erat deſtructū ē ſtramen tū nec aliquid fuit ſaluū quo mortales potuerint triduo ſuſtentari. In eam adducti rerū difficultatē. Alia quoqꝫ angebant̄ maiore. qꝛ redituri damiatā alicui depreſſis in locis aquas incidere verebant̄. Itaqꝫ miſſis oratoribus pacē xp̄iani his cōditionibus impetrauere. vt damiata cū rebus ī ea repertis ſoldano dimiſſa. ꝑtemqꝫ ligni crucis quā ille haberet redderet. Et captiuis viciſſim liberatis xp̄iani aconē thyrūqꝫ redirent. Quibus vrbibus ⁊ eaꝝ oppidis pax octo annis eſſet cū turco ſarracenoqꝫ ſeruanda. Que igit̄ in glorioſe v̄ginis purificatione habitari cepta ē damiata. Ad eiuſdē natiuitatis diem reddita barbaroꝝ ſpurcicie inquināda. Is ann⁹ ſalutis erat primus viceſim⁹ duodecieſqꝫ centenus.

S. Elizabeth



Elizabeth filia regis hungarie. vxor lantgrauij thuringie circa annos dn̄i. M. ccxxx. in alemania claruit. ab adoleſcentia ſua religioni ſtuduit. actōes ſuas in deū dirigens. vicioꝝ extirpatrix. exemplū patientie. ſpeculū innocentie. facta nubilis mltas pſecutōes paſſa a ꝯſiliarijs ſpōſi. ⁊ a ꝑrimis ſuis cōtēpta. Sed cū dn̄m exorāſſet ſponſum. occultū conſolatorē ſenſit q̄ cū circa tempalia ſuorū principatuū intenderet. beate elizabeth ad oīa exercenda q̄ ad opus dei ſpectant liberā facultatē cōceſſit. Totis igitur viribus pietatis operibus ſe contulit In quibus optime vſqꝫ ad mortē pſeuerans delectabilia ori proprio ſubtrahēs pauperibus miniſtrabat. eoſqꝫ balneabat. ⁊ lectos eoꝝ ſternebat. eoſqꝫ tegebat. fila trahebat. vaſa coquinaria mūdabat. hoſpitale pauperꝝ ꝯſtruxit. Que bonis v̄tutib⁹ erudita. tot operꝫ bonoꝝ manipulos ꝓtulit. xp̄o copulari deſiderās. terreni ſponſi conſortiū declinauit ⁊ mūdane glorie. depoſitis veſtimētis de manu magiſtri conradi de marpurck griſeam tunicā induit. cōtempta diuitiaꝝ ipſi⁹ iactātia. ſe mūdo prorſus fecit ignobilem. Tandē. xiiij. kal̄. decēbris ad dn̄m migrauit. Inter innumera miracula q̄ deus per eā oſtendit. xvj. mortuos potenter ſuſcitauit. cecū natū illuminauit. Quāobrē ⁊ ipſe gregorius nonus ipſam in ſanctaꝝ numero aſſcribi ⁊ aggregari voluit. Et ei⁹ feſtū ẜ. kal̄. decembris celebrari precepit.

Decretaliū libri qnqꝫ ad ſimilitudinē qnqꝫ corporis ſenſus. hac tempeſtate a Gregorio pontifice nono (raymūdo barchinonenſe adiuuante. poſt innocentiū terciū) in ordinem rediguntur. Et in qnqꝫ partes diuidūtur. In quaꝝ prima de ſumma trinitate ⁊ fide catholica. deqꝫ conſtitutōnibus. de reſcriptis. ⁊ ceteris officijs tractat̄. In ſecūda v̄o de iudicijs ⁊ cooperātibus ad iudicia. In tercia aūt de vita ⁊ honeſtate clericoꝝ. In quarta q̄ꝫ de ſponſalib⁹ ⁊ matrimonijs. Demū in q̄nta de criminib⁹ ⁊ penis tractat eoꝝ.

Raymūdus ordinis p̄dicatorum



Raymūd⁹ Barchinonenſis ordinis p̄dicatoꝝ tercius generalis mgr̄ poſt iordanē ſecundū mgr̄m ordinis vir moꝝ doctrina ac vite ſanctitate cōſpicuus ꝑ hoc ipm tēpus Gregorio pontifici in qnqꝫ decretaliū libris cōponēti ⁊ laborāti auxilio plurimū fuit. Et eos in formā redegit. bononie q̄ꝫ ius canonicū edocuit. Et ſummā de caſibus ꝓutilē cōfecit. Inde ordinatōnes ⁊ cōſtitutiones ſub regulari obſeruantia extantes in ordinē redegit. Et in cōuentu barchinoneſi infirmatus i dn̄o q̄euit. ⁊ vt fert̄ miraculis claruit.

Accurſius legū doctor



Accurſi⁹ natione florētin⁹. ꝯſultiſſim⁹ vir. ſuperioris azonis doctoris auditor. hac tēpeſtate vt ipſemet in autētica ꝯteſtat̄ floruit. Qui cū bonaꝝ artiū ſtudijs ornat⁹ eſſet. ac etiā ſapiā reipub. gubernādc plurimū inſignit⁹ haberet̄. Totuꝫ ciuilis iuris corp⁹ primus gloſis ornauit ⁊ explanauit.

Bartholomeus brixianus decretoꝝ doctor



Bartholome⁹ brixian⁹ clariſſim⁹ decretoꝝ doctor iſtis t̄pib⁹ clar⁹ ext̄is additōes ad decreti gloſas eo ordine q̄ nūc hn̄tur fecit. Et nonnullas diſputationes in decretaliū libris cōpoſuit. Scripſit ꝑterea ep̄laꝝ volumē ac chronicā de ytalie vrbibus ⁊c̄.

Odefredus doctor



Odefredus patria beneuentanus. doctor celeberrimus azoniſqꝫ auditor. eo tp̄e cū vtriuſqꝫ iuris erudítiſſimus doctor eſſet. in eiſdem egregiuꝫ ⁊ vtiliſſimum opus compoſuit.

Anno mundi.6443. Anno chriſti.1244.

Linea ſummoꝝ pontificū

Innocētius quartus



Innocentius quartus papa ſynebald⁹ antea vocat⁹: p̄ria genuenſis. ſanu-
lia fliſca e lauonie comitibus. in lucina preſbyter cardinalis pontifex crea-
tur. Quo nūcio fridericus impatoꝛ nō admoduꝫ delectat⁹ eſt. Noꝛat eīn hoīs
v̄tutē. ꝛ animi magnitudinē. Is eīn mētis ſue ꝯſcius. fertur ex cōpoſito reſpō
diſſe. Bonū ſe amicū cardinalē in acerrimū hoſtē romanū pontificem permu-
taſſe. Innocētius aūt pontificiū habitū indutus. romam veniens. magno ap-
plauſu ſuſcipit̄. pactis q̄ de more in coronādis pontificibus fieri cōſueuerunt.
de pace cū friderico ineūda mētionē facit. Verū cū paratas ſibi a friderico inſi-
dias compeꝛiſſet. Genuenſiū nauigio fretus qd̄ apud centūcellas in portu cō-
ſederat. Et nauigās genuā incolumis puenit: vbi pīculoſiſſimā incidit valitu-
dinem. Ex q̄ cū cōualuiſſet. ad philippū regē in franciā ſe contulit. ingreſſu rho-
dano amne aduerſo francie regnū pōtificē innocentiū rex ſumma veneratione
excipi curauit. deduxitq̄ꝫ lugdunū. Quā in vrbē conciliū pontifex cū celebrare
cōſtituiſſet. ſue primū ꝯſulit honeſtati. fridericū admonēs vt lugdunum ſe cō-
ferret. Et cū morā grauiter pontifex p̄reſq̄ꝫ ferebant. Sentētiam ī fridericū ex-
cōicationis depoſitōiſq̄ꝫ pnūciauit. Ad eā nūciationē exaudiuit fridericus vt
neceſſarioꝝ pontificis edes parme ꝛ villas ſpecioſiſſimas funditus euerterit.
Innocenti⁹ tandem nono acceſſus ſui anno gallijs ꝛ lugduno vt in ytaliā re-
diret mouere cōſtituit. Quē gallici oīes magno honoꝛe magnoq̄ꝫ fauoꝛe p-
ſecuti ſunt. Qui p̄ter acta ī concilio nūc extantia libros doctrina plenos apud
lugdunū ꝛ ſcripſit ꝛ edidit. cōmētarios in vet⁹ teſtamētū. apparat⁹ nouellaſq̄ꝫ
ꝛ autēticas decretaliū. Et de iuriſdictōne ꝛ auctoꝛitate imperij petro de vineis
reſpōdens apologeticas libros fecit. Et ſanctū eadmūdū cantuarienſem ī ſan-
ctoꝝ numeꝝ retulit. Lugdunīq̄ꝫ ab eo pōtifice qd̄ ſeruatur primū ē cōſtitutum
vt romane eccl̄ie cardinales ī publicū adeq̄taturi galero rubēte inſignirent̄. nō
ſolū quo a ceterꝭ ſint īferioꝛibus cōſpicui. ſꝫ vt ipſi admoneant̄ debere. qui illa
poſt pontificalem maioꝛe oīm ornētur dignitate. ad effundendū pro fide catho-
lica ꝛ xp̄iani populi ſalute ſanguinē paratos eſſe. Cū v̄o peruſiam iam perueniſſet. petrū veronēſem oꝛdi-
nis predicatoꝝ ab hereticis interceſſum in ſanctos xp̄i martyres retulit. Ideꝫ fecit de ſancto Staniſlao cra-
couienſi ep̄o qui in vita miraculis claruit. acceſſit⁹ deinde a pceribꝰ regni ſicili neapolim pficiſcitur. ibi-
q̄ꝫ moꝛitur. ꝛ ſepelitur in eccleſia ſancti laurentij. pontificat⁹ ſui anno vndecimo. menſe ſecūdo. die duode-
cimo. Cui⁹ quoq̄ꝫ decretū fuit vt octaua natiuitatꝭ marie virginis in eccleſia quotannis celebraretur.

Alexander quartus



Alexander quart⁹ papa cum moꝛte innocenti⁹ ad annū ſalutꝭ quartum quinquageſimuꝫ duodecieſq̄ꝫ
centenum inchoantem menſe ianuario p̄cepi⁹ eſt. alexandrū hunc pontificem eo nomine quartum
ex raynaldo cardinale hoſtienſi natione campano cardinales qui oīes in expeditionem ſecuti erant in vr-
be neapolitana bꝛeui creauerūt. poſtpoſita moꝛa vt rebus eccleſie a manfredi violentia pniderent. Man-
fredum ſtatim admonet ne quicq̄ꝫ contra dignitatem eccleſie moliatur. Magni certe animi ꝛ cōſilij vir be-
neficus. maxime v̄o erga paupes xp̄i. ꝛ bñ de religione meritus. Unde libellos quoſdam contra paupta-
tem editos a quodam guilhelmo de ſancto amoꝛe perpetua edicto abolevit. Interea alexander q̄ꝫ primus
ananie fuit manfredum publica in concione excōmunicauit ꝛ parandis copijs quas Octauiano cardinali
mitteret legato ſuo. operam adhibuit intentiſſimā. Et eſelinū de rumano atq̄ꝫ alios tyrannos perſequi vbi-
q̄ꝫ non timuit. Sed ꝛ inter genuenſes ꝛ venetos lites componere non deſtitit. Et ex viſione qua beatū au-
guſtinum vidit. vnionē fratrū heremitaꝝ a predeceſſoꝛe inchoatam ipſe perfecit. Ordineq̄ꝫ ipſum (relicta he-
remo) vrbes petere ꝛ incolere coegit. vt ꝛ ipſi doctrine verbo pariter ꝛ exemplo. nec non ꝛ confeſſionis au-
diende aucti. ſicut ꝛ ceteri ſalutis fructum afferri poſſent. In eodem quippe ſtatu oꝛdinem ipſum ꝯfirma-
uit. Quibus etiam vna cum oꝛdinibus predicatoꝛum ꝛ minoꝝ multa puilegia exemptiones ac indulgē-
tias conceſſit. quos certe mira beniuolentia ſummaq̄ꝫ deuotione ſemper proſequi non deſtitit. Et earūdem
religionū viris doctis admoduꝫ fauit. Et ad cardinalatus epiſcopatuſq̄ꝫ dignitates multos prouexit. Tā-
dem poſtq̄ꝫ alexander claram virginem pontificatus ſui tercio ananie in ſanctoꝛum collegiū retulit viter-
biū ad pacem inter venetos ꝛ genuenſes tractandum ſe contulit. Qua in re diutius vexatus eo loci te-
dio animi tandem moꝛitur. Et in eccleſia ſancti laurentij honoꝛifice ſepelitur. Pontificatus ſui anno. vij.
vacat tum ſedes menſibus tribus diebus quatuoꝛ. Varia ꝛ maioꝛe parte aduerſa tum omni pontificatus
tempoꝛe. tum maxime extremo anno foꝛtuna vſus qui omne regnum ſicilie cōtra que ac ſeuierat. Et vrbē
floꝛentiam in manfredi hoſtis eccleſie poteſtatem veniſſe. conſtantinopolim a catholicis amiſſam bellū in-
ter potentiſſimos ytalie populos venetos genuenſeſq̄ꝫ eodem quo obijt anno vidit.

Fridericus ceſar diu pōtifices ꝑſecut⁹ cū maxīs calamitatibus romanaꝫ ſe demū affeciſſet tandē ab Innocētio in lugdunenſi cōcilio damnatus eſt. et impatoria ac regia poteſtate depoſitus. ⁊ regnis ſicilie ⁊ apulie priuaṫ. poſt cuius depoſitionē vacauit impiū annis. xxviij. ytali ea tpa inter regnū appellant vſqꝫ ad Gregoriū decimū ⁊ Rudolphū impatorē.

Heinricus huius noīs ſeptimus rex ro. declaraṫ. res enī germanie inquietiſſime fuerant eo ꝙ germani electores imperij facte de friderico priuatoni ⁊ ſimul auctoritati ab innocentio pontifice eis attribute innixi lantgrauium thuringie heinricum alemānoꝝ romanoꝝqꝫ regeꝫ deſignauerant. ⁊ conradus adoleſcens alemanie rex a Friderico genitore pridem inſtitutus illum regni ingreſſu ⁊ poſſeſſione armis impetijt ſed ꝑdicata (iubente pontifice) in cōradū fridericiqꝫ fautores cruce ſignatis multos in noui regis lantgrauij ꝑſidia fautoreſqꝫ cōciuit. breui tamē mortuus eſt lantgrauius ꝓfluuio ventris ſine herede ſepultus in Iſnaco.

Wilhelmus comes holandie poſt obitū lantgrauij contra fridericū ab electoribus in regno ſuffectus. verū paucis annis regnauit ⁊ a friſonibus ē occiſus. ⁊ hij ambo ad pōtificalē benedictionē non peruenerunt.

¶ Guelphoꝝ ⁊ Gibellinoꝝ ortus

Guelphoꝝ ⁊ gibellinoꝝ ꝑniciosiſſima noīa ad tocius italie interitū ꝑ hec tēpora ex duobus alemanis fratribus vt aliqui ſcribunt tumultuantib⁹ ad inuiceꝫ romano pontifice ⁊ friderico impatore piſis inuenta fuiſſe conſtat. quo infortunio cū ſola caruerit ſena i aliud mai⁹ ſeipſaꝫ ꝓcipitauit. i multꝭ enī ac pene oībus populis eo tunc dementie impietatiſqꝫ ꝓceſſuꝫ eſt. vt quem pater filium. frater fratreꝫ videret cōtraria ſentientē pelli patri ſit paſſus aut cōfodi repugnantē. factūqꝫ eſt ſtupenda celeritate vt ſtudia partiū factioneſqꝫ ⁊ populorū ſectiones ꝑ omnē ethruriā pene dinoſcereṫ. cui infectioni a friderico diſſeminate noīa quoqꝫ aut ipſe aut ex ſuis germanis vt ꝑmiſim⁹ aliꝗ īdidere. verbo enī quod certe germanicū eſt ſtudioſos ecclie Guelſos ⁊ impatorie factiōis gibellinos placuit appellari. ⁊ vt ptolomeus lucenſis refert qui paulo poſt ea tpa ſcripſit. Ea infauſta rebus italie noīa primum apud piſtoriā fuiſſe audita. que paulo poſt omnē italiā ꝑter vnicā vrbē venetā infecere. tantaqꝫ rabie quinquaginta ducentis ⁊ eo amplius annis ad hec vſqꝫ tpa ſub infauſto eoꝝ nominū titulo ſeuitū eſt vt peiora inter ſeipſos ſcelera qn̄qꝫ itali commiſerint. ijs que a barbaris iā ceſſantibus fuerāt ꝑpeſſi. vrbs cū in vrbē populariter. prouincia in prouinciā. populi pars in alterā nulla impellēte alia ꝙ haꝝ partiū cauſa geſſere bella quoꝝ nullus victorie finis. nullus modus niſi in ſanguinis effuſione et exterminio eſt petitus. nec vicini inter ſe cohabitāteſqꝫ ſolū ea debacchati ſunt inſania atꝫ pietate. ſed quingentis ſe iuncti paſſuū milibus pauꝑes egeni. eqꝫ ac diuites ⁊ factioſi cū forte obuij fierent nefaria inuicē cōmiſerunt. non modo enī diuiſa ſunt inſignia in ꝓlijs ꝑferenda. ſed colores. terre fructus. veſtiū habitus. ipſi hoīs inceſſus. digitoꝝ cōcrepitus ⁊ oris hiat⁹ ſuā habuere partium ſignificationem. De huiuſmodi peſte Baldus iuris cōſultus tractatū edidit.

Clemens ſextus patria lemonicenſis. petrus antea vocatus. primo monachus deinde archiep̄s rothomagenſis. Poſtremo nonis maij milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſecundo pontifex auenione creatus eſt. Fuit autem vir multe doctrine compoſiteq́ʒ eloquentie. liberalis in omnes ⁊ ꝑhumanus. q̄ primo anno pōtificatus ſui octo p̄ſbiteros cardinales creat. diaconos duos. ſcʒ fratrem ſuum monachum tullenſis ꝓfeſſionis ⁊ gulielmū ex ſorore nepotē. Verū cum intelligeret totam italiam in tumultu eſſe ſolos luchinum ⁊ iohannē vicecomites vicarios inſubrie confirmauit. De reliquis italie principibus nulla mentione habita. exiſtimabat em̄ ſolos vicecomites ludouico bauaro reſiſtere poſſe in italiā (vt ip̄e p̄dicabat) deſcenſuro. atq́ʒ etiā tridentū vſq́ʒ ꝑuenit. qui viciſſim vt par pari pontifici redderet in ditione eccleſiaſtica multos vicarios imperiali auctoritate confirmauit. Que quidē verſucia malis (vt aiūt) auib⁹ in pōtificem relata ſucceſſores in hanc diem ſuos multis ac pene ꝑpetuis incomodis turbinibuſq́ʒ agitauit. Johannes em̄ de vico vrbis rome p̄fectus nōnulla in viterbienſium finibus paterna poſſidens hereditate vicarius in viterbio impial' eſt factus. Eo deniq́ʒ titulo galeotus maleteſta ⁊ fratres ariminī i romādiola piſauri fanīq́ʒ in marchia anchonitana. Antonius feretanus vrbini ⁊ rolfus ⁊ ita in alijs pleriſq́ʒ locis dn̄os confirmauit. Clemens aūt pontifex quoſdā cardinales ex auinione romam miſit qui ſtatim vrbis cōponentes petrū ſarā colūnenſem ⁊ iohannem vrſi filium ſenatores declararūt. ⁊ nicolaus rencij public⁹ ſcriba qui ſtatum vrbis in ſuam poteſtatem redegerat. deinde ſeptimo menſe mutata veſte ad carolum in bohemiā ꝓficiſcit̄. quē clemens pontifex ob multaꝝ linguaꝝ periciā in ludouici contumeliam ab electorib⁹ in ceſares deſignari fecerat ab eo auinionem miſſus pontifici dono dat̄. Poſtremo clemens in omnibus boni paſtoris officio functus Anno dn̄i. 1352. pontificatus ſui anno decimo. menſe ſeptimo die vigeſimooctauo mortuus auenione ſepelitur. adhibita honeſta funeris pompa.



Linea ſummoꝝ pontificū

Clemens ſextus



Innocentius ſextus

Jubileus annus petentibus romanis vt quemadmodū bonifacius octauus olim conceſſerat vt centeſimo q̄q́ʒ anno (quod ſeculū anni qui appellabant vnde ludi ſeculares appellati ſunt) plenam peccatoꝝ omnium remiſſionem viſitantibus limina aploꝝ petri ⁊ pauli quinq̄geſimo q̄q́ʒ anno id facere libenter annuit. Cū dicerent etatem hominū iubileum illū centum annoꝝ attingere non poſſe. Clemens igit̄ ſextus ad quinquēnariū numerū reduxit. qui eſt ꝓprie iubilei numerus. Cū aūt annus aduenerat iubile⁹ tantā rome preſſuram potius q̄ frequentiā populoꝝ petrarcha qui interfuit fuiſſe refert vt nihil obfuiſſe peſtem appareat. ſed ex omni europa xp̄ianū ꝓfeſſa nomen illa ꝯfluebat diebus ſingulis multitudo.

Eodemq́ʒ anno mediolani peſtem ſolito maiori continuaſſe petrarcha aſſerit. nam peſtis adeo triennio totam italiam peruagata eſt vt vix decimus quiſq́ʒ ex milleſimo homine ſupꝑfuerit. nec id quidem miꝝ cū ob iubileū contagione hominū ⁊ multitudine vndiq́ʒ romā cōmigratū ſqualore ſimi pedore oīa inficeret̄.

Innocentius ſextus papa patria lemonicenſis ſtephanus antea vocatus pontificij ciuiliſq́ʒ iuris vir conſultiſſimus. ꝓcurator primo. mox ep̄s claramōtanus. deinde cardinalis. pontifex tandem dum erat ſalutis ann⁹ a quinquageſimo ſecundus terdecieſq́ʒ centenus. Fuit aūt vir integerrime vite magneq́ʒ conſtātie ⁊ ſeueritatis. qui eccliaſtica beneficia nō niſi ꝓbatiſſimis ſacerdotibus tū vita tum doctrina dedit. Poſt coronationem illico ſtatuit vt omnes p̄lati omneſq́ʒ qui beneficia habebāt ad eccl'as ſuas ſub anathematis pena ꝓficiſcerent̄. dicebat em̄ oues paſcuas a ꝓprio paſtore nō a mercenario cuſtodiri debere. Impenſam quoq́ʒ domeſticam que magna erat imminuit. familiam ſuam ad certum ⁊ honeſtum redigens numerum. viroꝝ ꝓbatiſſimoꝝ. Idem vt facerent cardinales acerrimo edicto mandauit. Auditoribus p̄terea ſacri pallacij ſolaria inſtituit. ne muneribus corrumpi in decernendis litibus ob inopiam poſſent. Hic in victu parcus eſt habitus. in ſumptu bellico largiſſimus. dū bello repetit que a tyrannis ſuperioribus temporibus occupata fuerant. Iſq́ʒ cum curiā purgaſſet p̄latis in ea diſſidentibus quos ad ſuas quēq́ʒ eccl'as ire iuſſit. nihil duxit antiquius quā legatum in ytaliam mittere. a quo vrbes ⁊ ꝓuincie iuris eccl'e tyrannis vi deturbatur reciperent̄. Legatuſq́ʒ fuit egidius de gēte carilla nobili in hiſpanis ſabinoꝝ ep̄s cardinalis vir quo ad vires ⁊ potentatū licuit. Traiano Hadriano ⁊ theodoſio virtute equipand⁹. quos principes hiſpania romane reip. potentiſſimos pridem ſaluberrimoſq́ʒ dederat. omnia vere oppida breui recepit que tyranni occupauerant. Huius pontificis ſuaſione ⁊ prudentia inter genuenſes ⁊ venetos deniq́ʒ fedus initum eſt. ac inter piſanos ⁊ florentinos pacem compoſuit tumultuante potiſſimū ciuitate romana in creandis ſenatoribus diſcordiam optime ſedauit. externo ſenatore ad vrbem miſſo. Erat aūt maxime intentus abolēdo bello quod inter anglos ⁊ gallos gerebat̄. parare ⁊ claſſem contra hoſtes xp̄iani nominis conſtituerat. In tantis vero animi ꝑturbationibus afflictatus innocentius pontificatus ſui anno nono menſe octauo die ſexto morit̄ ⁊ in monaſterio diui andree carthuſieſiū ordinis qđ ip̄e extra auinionē ꝓprijs īpenſis extruxerat et dotauerat ſepultus eſt.

Carolus eius noīs quartus iohannis regis bohemie filius ⁊ heinrici impatoris nepos anno ſalutis milleſimo tricenteſimo q̄dtrageſimoſeptimo. iubente cū̄ clemente ſexto pontifice in lodouici dedecus ⁊ depſſionem in ceſareq; cū fecerat declarari. ab electoribus impator deſignatus impauit annis .32. Uir multaꝝ linguaꝝ ⁊ lr̄aꝝ peritiſſimus iuſtuſq; ⁊ rectus ac timens deū. bonos diligens ⁊ malos ſceleratoſq; odio habens. Is ob iuſticiam nōnullas leges condidit que adhuc extant ⁊ caroline nuncupant̄. Is viuente patre aduerſus tartaros feliciter dimicauit. Ciuitates lombardie a patre acceptas armis tutat⁹ eſt. pugnauit adoleſcens cū veronenſibus eoſq; p̄lio fudit. in ea pugna bis equo deiect⁹ nō dubitauit tercio conſcendere facinoraq; fortiſſimi militis edere. Nomen huic carolo in baptiſmate wenceſlaus fuit. quod in confirmatione a carolo francoꝝ rege mutatū eſt. apud quē puericie rudimenta peregit. Fuitq; carolus vir magnorum opeꝝ. qui regnū bohemie tū religionis cultu tū legum ac bonoꝝ moꝝum diſciplina illuſtrauit. Nam ſcola liberaliū arciū ab eo in praga erecta ē. Noua ciuitas menibus cincta. pallaciū regium magnificentiſſime exedificauit. monaſteria multa fundata. arces conſtructe admirabiles. pax toti regno tradita. Adeptus imperiū rurſus italiam ingreſſus. Traxerat carolus rex diuturnā mantue moram. cuius p̄ſentie timor vicecomites ꝯtra ac ille expectauerat ꝯcordes effecerat. quare ad ſolā anhelans coronationem ſocios belli de lombardis cū vicecomitibus p induciās quietos reddidit ⁊ mediolanū delat⁹ ferrea de more corona inſignitus eſt. Inde romam petiturus ſubſtitit in piſanos receptuſq; in vrbem factioſos vtriuſq; ptis a quibus introduct⁹ erat pari ingratitudie depreſſit. Seneſes illico ſeſe illi abſq; vllo federe pmiſerunt. pariter volaterani. pariter miniatenſes fecere. nec abeē poterat quin florentini iugum fuerint accepturi. Tandē puenit romā carol⁹ ⁊ a duobus cardinalibus quos ea de cauſa innocentius papa miſerat coronatus eſt. gibellinis qui iampridē florentia exulauerant eiectis. guelfos in ſuū locum reſtituit. longobardos in ptātem accepit. Reliquis ethrurie partibus p ſuo arbitrio leges dedit. Coronat⁹ itaq; rome magnifico apparatu nouatores rex qui aduerſus ecclīam ſentiebant romano pontifici iudicandos tradidit. Primis igit̄ quatuor innocentij pontificatus annis carolus impator his (de quibus diximus) p ytaliam geſtis rebus rome coronatus in ethruriā. inde in lombardiā. moxq; in germaniā rediit. Iohanni deinde fratri ſuo morauiam poſſidendā conceſſit. viſegradum nouis muris ac ꝓpugnaculis cōmunuit. Corpus ſancti viti detulit pragam. pontem multauie qui exundationibus corruerat in praga reſtaurauit. Eccleſiam pragenſem ad metropoliticū decus erexit. Cū antea maguntino pontifici ſubiecta eſſet. Clarus profecto imperator niſi vt aliqui ſcribunt bohemici regni gloriam magis q̄ Romani imperij queſiuiſſet. ⁊ wenceſlaū ex filijs ſuis natu maiorem imperio ſibi ſucceſſorem adhuc viuens ordinare conatus eſſ; Idq; pecunia. nā cum principes electores haud facile ad eam rem trahi poſſet. qd̄ virtute obtinere nō potuit p̄cio comparauit. Promiſſis cuilibet electori centum milibus aureis. quos cū repreſentare nō poſſet publico illis romane rei p. vectigalia obligauit ppetuū imperio malum. Nec poſt hec extollere caput imperium potuit. Carolus aūt cū omnem ferme etatem vltro citroq; ex ytalia in germaniā eundo ⁊ redeūdo conſumpſiſſet. Tandem etate iam grandeuus ſaluti ꝓprie conſulens wenceſlaū filiū vt p̄miſſum eſt Anno dn̄i. 1370. ceſarem faciens imperij ſucceſſorem ſibi delegit. ac ſic cū patre fili⁹ imperauit annis octo. Poſtremo carolus impator cum pleraq; glorioſiſſime in imperio geſſit anno. 1378. hūana funct⁹ vita deceſſit



Linia impator ro.
Carolus quartus

Guntherus comes de ſwartzeburg



Guntherus comes de ſwartzeburg vir magnanimus fauore quorundaꝫ electorum. vel electione principū carolo quarto romanoꝝ impatori ſeſe oppoſuit. ſcribens nominanſq; ſe romanoꝝ impatorē. qui collectis copijs cū bella acriter contra carolum regem bohemie agitaret. ⁊ nec p̄ce nec terrorib⁹ flecti poſſet ſumpto veneno mortem obijt. In qua re ſuſpectum carolum p quendā phiſicum habuerunt. quo mortuo nullo reſiſtente Carolus quiete regnum gubernauit.



Cometes anno. 1351. ſub ſeptentrione decembrio menſe apparuit. quo extincto ſtatim graues ventoꝝ eſtus ſubſecuti ſunt. ⁊ celeſtis trabs p̄ore ardente pte p celuꝫ labi viſa eſt. Scribūtq; ante pontificis Innocentij ſexti mortem tantam ſolis defectionem factam eſſe q̄tam nunq; antea. viſum itaq; omnibus eſt tante mortis planetas etiam ſigna aliqua dediſſe.

Ingens q̄q; vapor magnitudine horribili boreali mouens regione magno aſpicientiū terrore. p celum dilapſus eſt ⁊ beſtiolas multiplicato numero in oriēte e celo tradidiſſe ferunt.

Praga caput regni bohemie ciuitas pmaxima. Cuius deſcriptio ob vetuſtatem merito dudum poſita fu
iſſet. Uerum carolus quartus impator tam magnifica in ea peregit vt poſt geſta ſua de ea mentio fiat.
Cū τ in ceteris vrbibus tempus antiquitatis ac originis non ſemp obſeruatum fuit. At praga (vt bohemi-
ce narrant hiſtorie) poſt tempora abrahe initium habuit. regum pontificumq̧ honeſta ſedes. Tres in parteſ
diuiſa quibus nomina indiderunt. paruam pragam. veterem ac nouam. parua ſiniſtrum latus multauie flu-
minis occupat colliq̧ cōiūgit. In quo ſita eſt regia τ ſancti viti pontificale auguſtumq̧ templū. Uetus pra
ga in plano iacet vniuerſa magnificis operibus adornata. Inter que ꝑtorium τ forum τ letā curiā τ collegi
um imperatoris caroli mirificis efferunt laudib⁹. Iungit aūt minori prage lapideo ponte quatuor τ vigin
ti arcuū. Nouā ciuitatē a veteri foſſa diſtinguit ꝓfunda. τ vtrinq̧ muro munita. Hec quoq̧ ciuitas ampla ē
ad colles vſq̧ ꝓtendit. quoꝝ alterū ſancti caroli. alterū ſancte katherine appellant. terciū vicegradū in arcis
modū exedificatum. vbi τ collegium eſt. Eſt aūt hec ciuitas inſignis in ꝓuincia bohemie. que porcio germa
nie eſt. aquilonis flatibus tota ferme expoſita. Formam eius rotundam tradunt. cuius diametrum triū dieꝝ
itinere expedito patet. ſilua vniuerſam claudit. irrigat pluribus fluminibus ſed cunctos multauia excedit.
que metropolim regni pragam influit. De nomie ciuitatis cū diſceptaretur iuſſit libuſſa ex artificibus qui
primo occurrerit rogari quid ageret. ac ex primo eius verbo vocari oppidum. interrogatus faber lignariuſ
quiſpiam. limen ſe agere dixit. qđ bohemice ꝓha dicit. indeq̧ nomen vrbi datū. ſꝫ corrupto vocabulo po-
ſtea pragā dixere. In hac prouincia aliquo tpe amazonice femine regnandi cupidine ducte dominiū habue
runt. Poſtea duces vſq̧ ad primū regē vratiſlaū gubernarunt. qui. vi. τ. lxxx. ſupra mille ab ortu ſaluatoriſ
xpi apud magūtiū in ꝯcilio principū ab impatore henrico ei⁹ nois q̄rto rex declarat⁹ fuit. morauoꝝ reg̃ qđ
ꝑus extictū fuit in bohemiā trāſlato. ſleſia. luſacia. morauia bohemoꝝ īperio adiecte. Gilbert⁹ treueroꝝ ar-
chiepſ cū eo pragā miſſ⁹ q̄ corā ꝓuicialib⁹ regē iungat regalib⁹q̧ adornet īſignib⁹. In eodē āno fctm̄ accla



mante populo Uratiſlao regi ſalus honor atq; victoria. Is vratiſlaus indulgente alexandro papa tercio nacione ſenenſi collegiū canonicoꝝ regulariū in arce pragenſi erexit. in qua dum res agit̄ diuina non p̄poſitus tantū ſed decanus ⁊ ſacerdos diaconuſq; ⁊ ſubdiaconus rem diuinam facientes epiſcopalibus ornamentis vtuntur. Et p̄poſitus quidē cancellarius regni appellatus principis honore defungit̄. Poſt vratiſlaū primū regē pluribus annis interregnū fuiſſe ferūt. nō regis noīe ſ; ducis tantū vſos. ⁊ vlatiſlaū vno loco vratiſlao natū ab imperatore friderico primo ſibi ⁊ poſteris regiā dignitatem obtinuiſſe ſcribunt. qui pontē ſup multa uiam qua vetus praga minori iungeret̄ magni operis edificauit. quē ratiſponenſi p̄ferunt in quatuor ⁊. xx. arcos vt diximus protenſum. Deinde vlricus qui carinthioꝝ principatum tenebat cū virili ſobole careret accepta ex othocaro rege bohemie pecuniā carinthiā illi carniolā. marchiā ſclanonicam ⁊ portū naonis tradidit. Tempore poſtremo caroli quarti imperatoris in maxima potentia ⁊ gloria fuit ⁊ augmentū mirabile accepit vt p̄itiſſimum eſt. Nullū enī regnū tota europa tā frequentibus. tam auguſtis. tam ornatis templis dotatum fuiſſe quā bohemicū reor. Templa in celum erecta longitudie atq; amplitudine mirabili fornicibus tegebant̄ lapideis. Altaria in ſublime poſita auro ⁊ argento quo ſanctoꝝ reliquie tegebant̄ onuſta. Sacerdotum veſtes margaritis tecte. ornatus omnis diues. p̄cioſiſſima ſupellex. feneſtre alte atq; ampliſſime. cōſpicuo vitro ⁊ admirabili opere lucē p̄bebant. neq; hec tantū in oppidis atq; vrbibus ſ; in villis quoq; admirari licebat. Fuerat inter cetera monaſteriū aule regie apud rippam multauie qua miſa fluuius illi iūgit̄ ſitū in quo regū corpa condebant̄ ſingularis excellentie. nā p̄ter edem magni ⁊ memorabilis operis amplū dormitoriū. ceteraſq; officinas monachoꝝ magnifice conſtructas quadrata porticus fuit. que nō paruū concluſit ortū, ambitū vocauere. In huius lateribus vetus nouūq; teſtamentū ab initio geneſis vſq; ad apocalipſim Johannis lr̄is maiuſculis in tabulis ſcriptum ꝯtinebatur. notis quo altius irent paulatim creſcentibꝫ ita vt a ſummo vſq; deorſum facilis lectio preberetur. Flos igr̄ dulcoris Bohemia dicebatur. que olim inter principes atq; reges dulciſſimam redolebat ſuauitatem. Nunc (volente fortuna) apud futuros ſaporē fetidū habet. faxit deus vt p̄ori redolentie atq; ſplendori par fiat. Eius hiſtoria ⁊ regum geſta papa pius ſecundꝰ in hiſtoria bohemica diſertiſſime proſequitur.



Calamitoſa gens hebreorū in oppido baioarie nomīe deckendorff ſito in litore danubij anno dñi.1337.maieſtatē ihesu xpi ī diuiniſſimo ſacramēto mirūmmodū ꝯtēpſit ꝛ religionem noſtrā illuſit. Id pꝰ varias punctiones in fornace ignis poſuerūt illeſum tñ ab igne māſit.in incude q̄ꝫ malleis ꝑcuſſerūt. Qua re (diuino nutu)cognita prefectus oppidi hartmannꝰ de degēberg cū ciuibus oppidi iudeoꝝ domꝰ inuaſerunt.nō ſexui.nō etati parcentes veritate cognita debitis penis affixerūt ꝛ neci dederūt. Sacramētū obſeruatū in eccia ſepulchri dñi miraculis varijs ī eo oppido honoratur.



Iudei q̄ꝫ oēs qui in germania erāt deinde anno dñi.1348. ſeq̄nti videlicet tpe ꝯbuſti ſunt. eo ꝙ omnis regionis puteos intoxicare ſuerūt annixi vt multi eoꝝ ꝯfeſſi ſunt. periſſe aliq̄t milia ferunt.



Locuſte ac beſtiole innumerabiles multiplicato numero ab oriente in occidentem inſtar denſe nubis celū obducentes vaſtarunt.herbas ꝛ omnes fructꝰ terre.q̄rū corrupcione ꝛ fetore execrabilꝭ peſtelētia ſubſecuta ē.

Peſtis lugubris ꝛ miſeranda hoc anno.1348.incepit ꝛ ꝑ tres annos ꝑ totū pene orbē debaccata eſt.q̄ ꝑmo in aſiā apd̄ indos ob eaſdē beſtiolas incipiens paſſim ꝑ ꝓuincias irrepens vſq̄ꝫ in britannos. Per mare igiꝭ anno ſequēti irrepēs regna ytalie.poſtea francie ꝛ britannie.demū germanie ꝓuincias ꝛ hungarie ſua ꝯtagione infecit.adeoq̄ꝫ deſeuit apud omnes gentes vt vix decimuſ quiſq̄ꝫ ex milleſimo hoīe ſupfuerit. In aliq̄bus locis vix tercia ps hoīm remaneret.ꝛ pleraq̄ꝫ loca ne dū campeſtria.verū arces.oppida ꝛ vrbes ꝓrſus derelicta ſunt ac in ſolitudinem redacta. Huic calamitati augmentum dediſſe iudeos in fontium intoxicatione nonnulli arbitrati ſunt.

Gerhardus ordinis heremitarum

Gerhardū ſenēſem ordis heremitaꝝ diui auguſtini ſacraꝝ līaꝝ clariſſimū interpretem hac ipa tempeſtate admodū ſenē obijſſe tradūt.virū vtiq̄ꝫ ingenij eminētiſſimū ꝛ btī Egidij ro.imitatorē ꝑcipuū.q̄ cū eſſet in ſacra theologia doctus ſup primū ſententiaꝝ accuratiſſime ſcripſit. Deinde tractatus de ꝑſcriptionibus ꝛ de vſucaptionibus ꝛ de vſuris ceteriſq̄ꝫ ꝯtractibꝰ opuſcula edidit.quibꝰ diuꝰ bernhardinꝰ ꝯterraneus ſuꝰ in tractatu ſuo reſtitutionū plurimū vſus ē. Hūc etiam tractatū Jo.an.eiꝰ ꝯtēporaneꝰ multis in locis ꝛ maxie mercurialibꝰ plurimū ꝯmēdat



Gerhardꝰ itē eiuſdē ordis ꝛ doctrine ꝓfeſſor patria bergomēſis ꝛ ſauonēſis epūs eo tpe in ꝑcio exiſtēs pplo ſuo peſte laborāti vt bonū decet epm magis ꝓdeſſe adnixus ē q̄ꝫ p̄eſſe.q̄ cū pontificij iuris edoctus eſſet in ſextū decretaliū cōmentatus eſt.ꝛ multa in laudē ſue religionis in lucē deduxit.q̄olibeta duo partisꝰ diſputauit ꝛ multa opuſcula edidit.moriens deniq̄ꝫ nō ſine ſanctitatis noīe bergomi iuxta maius altare celebri ſepulchro a ſe conſtructo ſepelitur.

Thomas florētinꝰ medicꝰ diui q̄ndā medici filiꝰ hiſdē tpibꝰ nō inferiori ingenio famaue patri ſubſecutus.etiā de arte medēdi ſumā pulchrā pꝰ ſe reliquit

Bartolus legū doctor



Bartolus ſaxoſerrateus iuriſcōſultoꝝ ſupioris ſeculi princeps ꝛ eiuſdē ꝓfeſſionis copioſiſſimus explanator. Cyni ꝛ iacobi bothigarij doctoꝝ diſcipulus ꝛ auditor. His q̄ꝫ temporibus vniuerſo mundo(ea in doctrina) admirabilis fuit. Qui ꝛ ꝑ ceteris legū interp̄tibus in digeſto nouo ꝛ veteri.ac inforciato nec nō et in reliquis legū codicibus ꝑclariſſima edidit cōmentaria.q̄ꝝ celebritate atq̄ꝫ ꝑſtantia ipe vulgatiſſimus habitꝰ ē. Scripſit ꝛ tybetiadis tractatū.ac alium de guelphis ꝛ gibellinis. Feruntꝭ etiā eiꝰ ꝑclara ꝯſilioꝝ volumina. Obijt aūt anno dñi.1355. etatis vero quinquageſimoſexto.

Franciſcus quoq̄ꝫ albergotus natione aretinus ſolidus legum doctor ꝛ explanator bartoli amiciſſimꝰ et familiaris ac imitator quedam extantia compoſuit.

Iacobinꝰ carrarienſis q̄ marſiliū interfecit h̄ anno poſtq̄ꝫ q̄tuor annis in patauio ſceptra tenuiſſet. ꝛ ipe a guilielmo eius ex pelice filio interficiꝭ.cuiꝰ parricidij hec cā fuit ꝙ ab eo ꝯtumelioſe ſpuriꝰ appellatus eſt.mox vt domum regreſſus eſt patrē in ſecreto acceſſiuit ꝛ gladio impetens eū cōfodit. ꝛ ſtatim in templo diui auguſtini eum ſepeliri fecit. vt nō euacueꝭ verbum xpi qui gladio feriet gladio peribit.

Carolus quartus glorioſus imperator vxorem ſecū habens ⁊ filios venit ad vrbanum pontificem rome agentē. Anno dn̄i de ſeptuageſimo terdecies centeno: feceitqȝ padua ⁊ bononia in ethruriā iter. dū piſis ageret lucanos piſanis ⁊ miniate florentinis rebelles in deditionē ꝓ imperio accepit. nō nihilqȝ pecuniarū extorſit a populo florentino rebelliones timente. In quas ſubiecti eis de ethruria populi pro clives erant, ſi modo princeps ꝯſtituiſſet aſſenſum. ſed is romā delatus ⁊ paucis ꝓpter que venerat cū pontifice expeditis. intra terciū q̄ aduenerat menſem italia exceſſit. Agente rome vrbanū ſtimulauit vt apl'oꝝ petri ⁊ pauli capita ꝑquireret. que dei fauore inuenta locello condidit eminente in lateranenſi eccl'ia extante multo argento auroqȝ vndiqȝ gemmato plurimū exornata. In ſcolam pragenſem aliquando ingreſſus carolus quartus romanoꝝ imꝑator. cū diſputantes liberaliū arcium magiſtros in horas quatuor audiſſz idqȝ purpurati moleſte ferrent ac cene tempus adeſſe dicerent. mihi inquit tempus eſt. vobis minime. nā cena mea hec eſt. Idem carolus hominem qui ſibi neceſſe paraſſet ad ſe vocauit eiqȝ aureos mille dono dedit quibus nubilem filiā nuptū collocaret illius ſe vicem miſereri dicens que natu grandior domi clauſa eſſet. homo gratias egit regi. ad conſpiratores egreſſus. neſciebam inquit carolus qualis eſſet. nunc liberalem ⁊ miſericordē principē ferre nullo pacto poſſum. Huius caroli tempore ſeditio magna orta ē in nurmberge p̄clara ſuperioris germanie vrbe. adherentibus eīn conſiliarijs ⁊ optimatibus carolo. plebea cōcio contrariū ſenſit. Erant autē factionis huius autores quidā de collegio fabroꝝ caprib arbe vulgo geyſſpert dicti. induſtria tn̄ caroli ſedata eſt hec factio. depoſitis eīn conuenticulis ⁊ collegijs artificū; q̄ vulgo zunfft appellāt tāqȝ monopoliū ſeminātib⁹ ī meliorē policiā vrbē p̄fatā reduxit. Macellarioꝝ aūt collegiū qz carolo ꝯſiliarijſqȝ adheſerat ꝑpetuo q̄dā ludo carniſpriuij ꝑuilegiauit

Ordo ineſuatoꝝ fratrum



ORdo Ineſuatorum fratrum Urbano ſequenti pontifice ꝯſulante apud ſenam ethrurie vrbem initium ſumpſit. hi nanqȝ turmatī ꝑ domos ſeculari habitu induti religioſoꝝ more cū ingenti caritate ⁊ ſimplici quadā religioſitate in ſudore ⁊ labore manuū ſuarum in vnū viuere ⁊ deo ſeruire ceperunt. quos cum ſummus idem pontifex ad ſe romam vocaſſet eoꝝ quidem viuendi modum plurimū approbauit ⁊ a ſe laudatos cū tunica alba ⁊ caputio cōtemptibili ſibi ꝑ habitu datis abire ꝑmiſit. ⁊ ad eorum ꝓtectionem conſe ſtim nepotē ſuū virū grauiſſimū ⁊ religioſiſſimū in ꝓtectorē aſſignauit. q̄ ⁊ ip̄e mox ad honeſtādū religionis habitū auctoritate ſibi conceſſa griſeam clamidē deſuꝑ deferendā ſine calceamentis contulit. atqȝ eos in priuilegijs ⁊ gratijs plurimū cōmuniuit. ⁊ ꝑ priuilegiū ſpeciale illos clericos apl'icos nuncupauit. nunc aūt plurimū multiplicati ⁊ per omnes ferme italie ciuitates diffuſi boni preciȷ ⁊ optime vite habentur.

ORdo item nouus canonicoꝝ regulariū qui vulgariter ſcopenni nuncupatus etiā in ſeneſi agro ſancti ſaluatoris ꝑ hec tempora a venerabilibus religioſiſſimis patribus. ſtephano videlicet ⁊ iacobo andrea natione ſenenſibus ordinis heremitaꝝ diui auguſtini initiū ſumpſit ⁊ breui magno in p̄cio euaſit. Qui quidē ordo cōgregatio ſancti ſaluatoris appellata fuit. quā quidē congregationē poſtea grego. vndecimus huius vrbani ſucceſſor approbans inſigni priuilegio inter canonicos regulares annumerauit. hij plane religioſiſſimi viri inter ceteros exiſtunt qui ob memoriā reuerentiāqȝ ſue prime religionis ⁊ priſtini habit⁹ ſemꝑ clauſtrale ſignum videlicet habitū albū cum ſcapulare albo ⁊ atta ſuꝑ camiſeam lineā deferre voluere. ⁊ quecūqȝ ſtatuta ⁊ primas ordinationes cōſuetiere. ex redditibus eīn viuunt. nō predicant ſed confeſſiones alioꝝ more audiunt. magni eīn p̄cij. maiorīſqȝ opinionis in dei eccleſia nunc vſqȝ habiti ſunt. viros eīn integerrimos tum ſcientia tumqȝ vite ſanctitate protulit.

Iohānes francoꝝ rex



IOhannes francoꝝ rex anno. 1350. philippo patre defuncto francis regnare cepit. ⁊ regnauit annis. xxv. Hic cū eduardo anglorum rege bellum a patre ceptum ꝓſequens ſexto regni ſui anno in pictorienſi agro ſuꝑatur ⁊ cūz philippo ei⁹ filio capit. ⁊ in ea quidē clade permaxime gualterus athenaꝝ dux qui apud florētinos tyrannidem exercuit vna cum. xx. milibus gallis interfectus fuit. Verū tercio ciuitatis ſue anno ip̄e eduardus animi magnitudine motus iohannem ipſum cū omnibus captiuis hac conditionē liberauit ac dimiſit vt nunqȝ contra ſe bellūz gerere ꝓſumeret. Sȝ nō ita multo poſt fidefrag⁹. hic pacem rumpēs eduardū ab integro arma capere ⁊ eū vſqȝ ad internitionem ꝓſequi impulit. armatis igit̄ centū ⁊ q̄nq̄gita roſtratiſ nauib⁹ ingentē exercitū ꝯtra iohannē ī galliā duxit ⁊ maxīa clade vniuerſū regnū diu affecit.

Anno mundi.6562. Anno christi.1363.

Linea ſummorū pontificū

Urbanus quintus



Gregorius vndecimus



Urbanus eius nominis quintus papa patria lemonicenſis guilhelm⁹ gri/ſant antea vocat⁹ ſcti victoris maſſilienſis abbas. abſens etiā. legatione tūc ad vicecomitē fungebat̄ oīm ꝯſenſu apō auinionē pō. creat⁹. vocat⁹ itaqꝫ a/uinionē pon. iniēs. vir ſingl'aris virtut. ingenij animi. innocētiſſime vite. Iſqꝫ ꝑ ſua prudētia res italie callēs nihil duxit antiquius ꝙ̄ egidiū cardinalē hiſpanū italie legatum de latere creatum illico tranſmittere. qui rerū ⁊ itinerum italie ex/perientiſſimus tridentina via ingreſſus eſt. inuentiqꝫ verone ſcaligerum canem deinde acceſitos ganzagam ludouicū nicolaū marchionē eſtenſem ⁊ franciſcum carrarium initis federibus in bernabouem ꝯcitauit. vt ꝑlio ſuꝑatus ⁊ ſaucius egre aufugerit. inde omnia in pacem redegit. Quibus geſtis vrbanus ad quar tum ſui pontificatus annū in italiā venit componendarū rerū cauſa. ei legatus e/gidius corneti ſit obuiam. romā ꝓficiſcit̄. liberatus tāte legationis onere qui/turus ob ſenium. viterbiū rediit vbi ⁊ tercio menſe poſt morit̄. vir ſingularis virtutis ⁊ ꝑſtantie. qui dignitatē eccleſiaſticā mirifice tutatus eſt. Aſſiſiū delat⁹ in eccleſia beati franciſci tumulat̄. At cum carolus imꝑator intellexiſſet vrbanū romam profectū eo ⁊ ipſe vt premiſſum eſt aduolans. Urbanus apl'orū capita a/pud ſancta ſanctorū reperta inde locellis argenteis recondita ad altare mai⁹ ba/ſilice lateranenſis collocant̄. Huiuſqꝫ ea rome agit in vrbeveteri ⁊ mōte faliſco pal lacia conſtrui curauit. Curiales tranſalpinos quorū in ytaliam ducendorū firmā conceperat ſententiam inde conſolaturus. qui ſcirent loca eſſe parata. ad q̄ ro/mani grauitatem aeris ꝑ eſtatis caumata declinarent. Breui aūt in galliā reuer ſurus iohannē haucut egregiū copiarū ducē e carcere miſſum copijs illis omni/bus ꝑfecit. q̄ antea ſub egidio militauerāt. ſed reuerſus in gallias apō maſſiliā i ter iij pō. ſui āno octauo mēſe q̄rto ſctitat vite fama ꝯſtāti opiniōe celebratiſſim⁹

Gregorius vndecimus papa patria lemonicenſis. petrus belfortis antea vocatus ſancte Marie noue diaconus cardinalis. auinione pontifex om/nium conſenſu creat̄. Hunc eni adoleſcentē vix decimūſeptimū annū attingētē clemens ſextus eius patruus cardinalem creauit. ⁊ ne videret̄ carni ⁊ ſanguini magis ꝙ̄ eccl'ie conſuluiſſe Eūdē ad exq̄ſitiſſimos doctores. maxime vo ad baldum qui tum perufij legebat diſciplīne gratia ſtatī mi ſit vbi in quouis genere doctrine ꝓfecit. Fuit p̄terea tante innocentie ⁊ placabilitatis adeoqꝫ humanus et pius vt ab omnibus vnice diligeret̄. Qui pontificatu inito ſtatim legatos in italiam miſit vt res eccleſiaſti cas recenſeret. Inita aūt cum bernaboue vicecomite pace cū omnia in ꝑturbatione fuere. erant eni inimici omnes (vicecomitibus exceptis) venetis. ob quod multa mala inſurrexere. Gregorius interea pontifex cū eſſet in ytalia conuerſatus. qui baldi iure conſultiſſimi vt diximus peruſie diu auditor fuerat prudenter cō/ſiderauit ſuum in ytaliam reditum pre ceteris poſſe rem eccl'iaſticam inſtaurare. ⁊ forte eo ſic cogitante epi/ſcopus quem de reditu ad ſuam eccleſiā admonebat familiaritatis confidentia. ⁊ tu inquit pater ſancte cur non ad tuam ipſe accedis eccleſiam: Quare gregorius inſtituit ꝓperare. ſ; cū agnatis ⁊ gallicis id in ꝑmis odioſum fore cernens triremes in rhodano (celatis omnibus cauſam) parate ſunt ⁊ breui poſt pontifex cū illis qui preſto iubenti affuere delapſus eſt. ꝑpetuaqꝫ nauigatione tempeſtatibus ſepenumero agitata cum triremibus vna ⁊ viginti genuam primo. poſt cornetū. inde terā romam ianuario ꝑuenit. Anno ſalutis ſe/xto ſeptuageſimo terdecieſqꝫ centeno. qui pontificatus ſui ſeptimus ⁊ relegationis in gallias romane ec/cleſie ſeptuageſimus annumerabat̄. Fuit ea dies populo romano letiſſima. Florētino aūt terribilis. ꝙ om nes exiſtimauerunt pontificem cū britones angliciqꝫ tanto numero militarent. Rem eccleſiaſticam breui cū tyrannorū excidio inſtauraturum. Indigebant aūt omnia aduentu pontificis. nam ⁊ menia ⁊ baſilice ac pri uata edificia vbiqꝫ ruinam minabant̄. que cuncta magna ex parte reſtituit. vt turris ſuo iuſſu edificata ad ſan ctam Mariā maiorem indicat. Labefacti etiā ita ciuitatis mores erant vt nihil vrbanitatis habere videret̄ vtqꝫ illi mores aliunde petendi eſſent que totum orbem terrarū quondā ad vrbanitatem redegerat. Colloca ta itaqꝫ in vrbe ſede ſua pontifex (vt bonū paſtorem decet) omnia circūſpicere cepit. Egit tamē principio ad uentus ſui natura mitis ⁊ optima mente de pace cum florentino populo conſtituenda. quā illi oberrant ma gnitudinem non ſatis tutam fore ſuſpicati artibus declinauere ⁊ ad bernabouem conuerſi antiquum hoſtē Sed cum pontificis in ytaliā reditus eſſet formidoloſus interceſſione eius iohannē haucuth pecunia cor/ruptum ad ſuas partes inclinare fecerunt. qua ex re anathemate notati omnia interdixit papa. Florētini ta men ſacerdotes celebrare coegerunt. ideo in eos bellum mouet. ſed dum vir ſanctus agit omnia que ad pō/tificem pertinent intollerabili veſice dolore morit̄ ſui pontificatus anno octauo. mēſe quinto. quinto kal. aprilis milleſimo tricēteſimo ſeptuageſimo octauo. ſepeliturqꝫ in baſilica Marie i via noua ſepulchro mar moreo quod adhuc viſit̄ cum magno gemitu ⁊ lachrimis. lugebāt nō modo ꝑſentē ſ; etiā futurā calamitatem

Brigitta vidua domina Suecie



BRigida alias birgitta vocitata deuotiſſima xp̄i mulier natione germana. Suecie prouincie princeps ⁊ dn̄a. ex regū ꝓgenie nō ſolū illuſtrē duxit originem. verū de nobilibus deuotiſqꝫ ꝓgenitoribus ortū habuit. Cuius genitor ſpeciali amore ſanctū iacobū viſitans omni die veneris ob memoriā paſſionis confeſſionem pegit. Mater cū brigidam in vtero geſtaret paſſa naufragiū ob ꝓlem ſaluata fuit. Nata aūt puella tribus annis quaſi elinguis obmutuit. inde ꝑfecte loquebat̄. poſt obitum matris nutriēda matertere ſue tradit̄. creuit autem in omni virtute ac deuotione. quā pater cuidam nobili ac prudenti iuueni ī vxorem copulauit cū quo ꝑ annos plurimos in omni honeſtate ac incredibili abſtinētia hūilitate māſuetudīe atqꝫ labore ꝑmāſit. Poſt mortē viri oīa bona inter filios ⁊ pauperes diuidens habitum ⁊ vitam mutauit. pannis lineis (niſi in velaminibus capitis) nō vtebat̄. aſpero induta cilicio. carnem macerabat. Ex p̄cepto xp̄i romam petijt. cū religioſo comite deuotionis cauſa vrbano pontifici reuelationem p̄ſentauit ne auinionē accederet. Succeſſoriqꝫ gregorio vndecimo ſcripta miſit vt curiā ad romam reduceret. Inde iheroſolimā accedens ꝑfecta peregrinatione romam remeauit. ⁊ ꝑ annū graui infirmitate detenta. cui xp̄s tempus reſolutionis oſtendit. Die igit̄ prenunciata audita miſſa ſacramentis perceptis inter manus ſeruoꝝ dei emiſit ſpiritum. Cuius felix trāſitus glorioſis miraculis ⁊ indicijs oſtenſus fuit. Anno dn̄i M.ccc.lxxij. decimo kal. auguſti. Et anno ſequenti tranſlatum eſt corpus eius poſt multoꝝ miraculoꝝ choruſcationē ab vrbe roma in monaſteriū vaſtēnā. ⁊ a bonifacio nono pꝰ annos. xx. ſanctaꝝ cathalago aſcripta. Hec libros reuelationū de diuerſis miſterijs ſibi reuelatis compoſuit.

Ordo ſancte Brigide



ORdo ſancte Brigide ab hac ſācta ⁊ glorioſa muliere initiū ſumpſit. que ſancti ſaluatoris etiā appellat̄. hoc anno ſpiritu diuino impulſa nouā religionem monaſteriorū duplicū videlicet viroꝝ ⁊ mulierū excitauit ⁊ inſtituit. Huiuſce tn̄ religionis primū auctorem ⁊ inſtitutorem diuū baſiliū in grecia fuiſſe dicunt. Verū ꝓceſſu temporis ad tollendas occaſiones malorum ⁊ obſtruenda ora male loquentium eccleſia talia monaſteria diſſoluit vt ſeorſum remanerent. Brigita v̄o ſpiritusſancto inſpirata hoc modo inſtaurare et renouare viſa eſt. vt ſ. viroꝝqꝫ edificia ꝯnexa ⁊ cōtigua haberent̄. habitationes tn̄ ita ſeiuncte vt de vna ad aliā niſi vrgente neceſſitate (in deferendo ſacramēta infirmis cū magna cautela nō facile) tranſiri poſſet. Eoꝝ tamen baſilicā cenſuit eſſe cōmunē. ita vt fratres in inferiori parte ſeu pauimento. ſorores v̄o ſeorſum in ſuperiori ſolario officiū exoluerent. principalem curā abbatiſſe eſſe voluit. fratribus tantūmō diuina miſteria aſſignauit. quoꝝ vnus eſſet qui confeſſor aut p̄or appellaret̄. ⁊ alijs p̄eſſe deberet. Ea quippe monaſteria poſſeſſiones ⁊ ꝓuentꝰ habere ſtatuit ad fratrum ⁊ ſoroꝝ ſuſtentationem. Quoꝝ oīm victus ⁊ veſtitus ad abbatiſſam ſpectare decreuit. Nec huiuſmodi fr̄es aut ſorores monaſteriū egredi p̄ſumerent niſi magna et euidenti neceſſitate ac de abbatiſſe licentia. Eiuſmodi etiam fratres ⁊ ſorores ꝑ epiſcopos conſecrari iuſſit. Hij aūt religioſi ⁊ tam femine qꝫ mares habitū vti iubent̄. tunicam cum clamide griſea cū rubea cruce deſuper ⁊ quodam rotundo albo in eius medio. lineis non vtunt̄ ad carnes. ſed carnibus veſcunt̄ tribus diebus in ebdomoda extra quadrageſimā. ⁊ nihilominus diui auguſtini regulam profitent̄ additis brigide ſancte conſtitutionibus. ⁊ tā in fratribus qꝫ in ſororibus certū aſſignauit numerū ſcd̄m ſuas ordinationes. que omnia ipſa ſanctiſſima brigida a deo ſibi reuelata ⁊ dictata confeſſa eſt. Quam ob rē ſummi pontifices eandē regulā auctoritatibus ap̄licis ſpeciali p̄uilegio approbatā ⁊ confirmatā eſſe voluerūt. hec eñi ꝓphetico dono plurimū claruit. nōnulla de futuris p̄dixit. de quibuſdam regnis conſūmandis. que omnia ſcripto mandauit ⁊ apud multos in p̄cio habetur. apud ytaliā pauca huiꝰ religiōis monaſteria habent̄. in ſuecia v̄o ⁊ germania magna quidē ⁊ plurima ac opulentiſſima eſſe cernūt̄. Hij religioſi ſecularium cōfeſſiōes alioꝝ more audiūt. ⁊ diebꝰ feſtiuis p̄dicāt. ꝯuerſos hn̄t q̄s in exteri

Johannes bochacius



JOhannes bochaciꝰ de certaldo natiōe florētinꝰ poeta ⁊ phi (oribꝰ occupāt) loſophoꝝ atqꝫ aſtronimus clariſſimus. Anno dn̄i .1375. cū eēt etatis annorū .42. e vita migrauit. qui cū ameni ingenij eſſet vir ⁊ in latina patriaqꝫ lingua in dicendo celeberrimus haberet̄ hos libros reliquit. de genealogia deoꝝ li. 14. de p̄claris mulieribus. de viris illuſtribus. de montibus. fontibus. fluminibus ſtagnis ⁊c. belloꝝ egregium opus. geſta imꝑatorū ⁊ pontificū edocens. ⁊ ſciſmatum in ytalia. de tartarorū victoria. de hereſibus bohemorū ⁊ plura alia. vernacula quoqꝫ lingua eius extant libri vt liber centū nouorum ⁊ alij

Anno mūdi. 6577. Anno xp̄i. 1378.

Urbanus ſextus papa. natione neapolitanus. hoc anno gregorio pōtifici. ex barenſi archie piſcopo pōtifex ſuffcerꝰ. Vir certe callidus ⁊ iniuria rū memor. ac vindex malebat videri ⁊ metui. potius q̄ diligi. q̄ pontificatu ſuſcepto (vt par erat) nō pacē inter xp̄ianos cōponere voluit ſ magis cardinaliū ⁊ ioanne regine iniurias vleiſci ꝓ viribus conatus ē. ꝓpter qȝ florentinos anathemate notatos. vt i ſuā deducēt ſententiā abſoluit. Inde tū natura inq̄erꝰ eēt apud nuceriā cardinales creans quoſdā ex antiquis in carcerē cōiecit. Inde genuā ꝓfectus vſq̄ ad obitum caroli apulie regis romam reuerſus eſt. ꝯfirmatis eccleſie ciuitatibus cū honore acceptus ad inſidias deuitandas nouem ⁊ viginti cardinales vna die creauit. in quibꝰ maior pars neapolitanoꝝ. tres vo fuere romani. quibus ſupatis paucos ſupuixit dies. pontificatus ſui infeliciter acti anno vndecimo menſe octauo. rome moꝛit. ſepeliturq̄ in beati petri baſilica paucis admodū eius mortē (vtpote homini ruſtici inexorabilis) flentibus. huius ſepulchrum adhuc viſitur cum epitaphio ſatis ruſtico ⁊ inepto.

Sciſma vigeſimumſecundū oīm peſſimū ⁊ ſcandaloſiſſimū quod ꝑ nouē ⁊ triginta annos durauit hoc anno initium ſumpſit. mortuo eñi gregorio vndecimo. cardinalibus ad ſanctā mariam nouam vt iuſta de more gregorio ſoluerent conuenientibus. romani ciues blande prius exoratis cardinalibus vt romanū aut ſaltem ytalicū pontificē crearent. Ad eam poſtea temeritatem imprudentia adducti ſunt. eiſdem patribus in conclaue clauſis pariter eſt clamatum nihil tñ terribile dictū aut factū vt impreſſio potuerit appellari. Gallia vo numero tredecim vnum ex corpore ſuo vt haberent pontificem enitebantꝰ. ⁊ inter quatuor italici romaniq̄ generis vnus gente vrſinus papatū ambiebat. Tulit vo caſus vt bartholomeū neapolitanū creari pontificem vt premiſſum eſt in vrbanum ſextum ſunt aſſenſi. Gallici vo penitētia ducti ad varia loca extra vrbem ꝯfugerunt. accepto a populo poſt in pontificem vrbano ⁊ a cardinalibus qui manſerant occulti ex latebris prodierunt. ⁊ per tres menſes habitus eſt pontifex. Supuenientibus inde eſtatis caumatibus optata gallicis occaſio eſt oblata. Oratum nanq̄ pontificē vt mutandi aeris ꝑtextu ananiā eis liceret ſe conferri. vnde breui fundos confugerunt. Erant octo cardinales qui vicioſam fuiſſe vrbani electionem cauſati aliū in pontificem delegerunt gebenenſem cuiq̄ ſeptimo clementi indita eſt appellatio. ꝑ orbem lr̄as diſſeminant. clementem verum xp̄i vicariū. hinc ſciſma magnū in eccl̄a dei oriri cepit vt duo capita in ea dicerentꝰ. ytalia eñi germania ⁊ pannonia vrbano. Clementi vo gallia hiſpania cathelonia ⁊ britannia adheſit.

Clemens vo multas acceptaſq̄ clades in gallias cum curia ſua ꝓfectus eſt vbi apud auinonem vt pontificum moris erat ſedem conſtituens vt verus pontifex a gallis omnibꝰ veneratꝰ ē. ⁊ ſedit annis. xv

Bonifacius huius nominis nonus papa. patria neapolitanus petrus cognomento tomacellus antea vocatus rome cardinaliū omnium conſenſu pōtifex creaꝰ. Anno dñi M. ccc. lxxxix. Hic etſi annoꝝ circiter triginta eſſet dum pontificatum iniꝫt. ita tamen deinceps vixit in tam florida etate ⁊ tanta peccandi licentia vt nulla ei voluptas obijci poſſet. Fuit ꝑterea tanti animi conſilijſq̄ vt primꝰ populi romani vim omnem in pontificem tranſtulerit. Creatis ſuo nutu magiſtratibus omnibus munita arce ſancti angeli ⁊ pontibus. inde decimo pontificatus ſui anno ex aſiſio vbi multis annis cōmoratus fuerat romā regreſſus iubileum celebrauit. At bonifacius rome vrbis ad eccl̄ie ſubiectionem reducte gloria ⁊ pecunijs iubileo annno perceptis auctus rem aggreſſus eſt nouā que pōtifices romanos ſucceſſores ſuos nō minus orbis xp̄iani q̄ rome dños reddidit. lege eñi ꝓmulgata conſtituit. non licere cuiq̄ ſacerdotij ad quod ꝓmouerētꝰ beneficiū adipiſci. priuſq̄ primi illius ann. eſtimationis pecunias pontificali erario diſſoluiſſet. ſoliq̄ anglici cū legi in cathedralibus paruerint. in minoribus beneficijs iuſſa pontificis contempſerunt. Ladiſlaum preterea adoleſcentem in paterno regno apulie collocauit. Studiū generale ditionis ſue ciuitati rogatu alberti aſtenſis marchionis conceſſit. Brigidam in ſanctoꝝ numerū retulit. Verū in multa rerū ꝑturbatione diu afflictatus dolore laterū tandē moꝛitꝰ pontificatus ſui anno quartodecimo menſe nono M. cccc. quarto Sepeliturq̄ in baſilica petri ſepulchro marmoreo vermiculato.

Benedictus eius nominis tredecimus anno. 1394. clementi pontifici adulterinus papa apud auinionē in ſciſmate ſuffectus ſedit annis. 21. vſq̄ ad conciliū conſtantienſe. cū clemēs antipapa auiniōe obijſſet in eius locum ꝓbatus petrꝰ hiſpanus de luna aū vocatꝰ vir doctiſſimus ⁊ vita omni. ſi ab ea tempe raſſet ambitione ꝑſtantiſſimus. Cui benedicto terciodecimo fuit a ſuis ſectatoribꝰ appellatio. de q̄ infra cū de Conſtantie concilio opoꝛtunius dicetur.

Linea ſummorum pontificum

Urbanus ſextus — Clemens ſextus






Wentzeſlaus caroli impatoris p̄dicti filius. impator anno. 1379. p̄re defuncto. Cū iam vna cū patre impaſſet annis. 8. ſolus poſt patrē confirmatus. impauit annis. xxij. Quāuis imperij b̄ndictionē a papa nunq̄ obtinuerit. wentzſlaus eīn etatis ſue anno. 2. permittente patre regni bohemici ſceptrū eſt aſſecutus. Exin. xv. agens annū cū coniuge ſua ioanna apud belgas in ciuitate aquenſi romani regni coronā accepit. Sexto deinde anno regina deceſſit. Et altera ſupducta ē. de domo baioarie. noīe Sophia. longe viro ſuo preſtanncoꝛ. Fuit aūt patri in om̄ibus diſſimilis. voluptatum ſequax. ac laboꝛ fugiens. vini pꝛoꝛſus. q̄ regni curioſioꝛ. Qui totū tēpus vite ſue i extrema germania in ocio ⁊ libidinibus cōſumpſit. Ob q̄ rem captus a baronibus. xvij. ebdomadō in cuſtodia habitus eſt. Joannes dux luſacie. Et ꝓcopius moꝛauie magno reipub. malo eū libertati reddidere. captus ē. ⁊ ſecūdo per ſygiſmundū hungarie regem. Et alberto auſtrie duci in cuſtodiam datus. Cuſtodia eius in egregijs edibus apud viennā habita. quibus exinde cognomē praga datū. ꝙ eas rex pragenſiū incoluiſſet. Sed cū parū diligenter cuſtodiret fugam eripuit. Regnoq̄ rurſus potitus ē. Nec t̄n vitā mutauit. ſ priore conſuetudine vino ciboq̄ marcēs. lucem dormiendo noctu cōiūgēs. Ab electoꝛibus imperij cōpꝛobante romano pontifice imperio deiectus. domi toꝛpens illaudatus egit euū. Rupertus eīn palatinus rheni animaduertēs imperij dignitatē ⁊ bonis ſocoꝛdiam zelo cōmotus ⁊ viciorū inimiciſſimus. illū deponi ꝓcurauit. Et ip̄e nolens ſuffectus fuit. Sub hoc vō rege wentzeſlao huſſitarū inſania oꝛtū habuit. hij heretici poſt varia attemptata cū nicolao quodā nobili in regiam tumultuarie ꝓrumpentes. wentzſlaū oꝛauerūt. vt ſibi ampliores eccleſias elargiret. qui iam populi huius ſecte maioꝛē ꝑtem obtinerent. Rex benigne nicolaum pro multitudine loquentē. vtq̄ in poſterū diem redirent. iuſſit ille e cōſpectu abiens populares magis ac magis incendit. Rex in arcem vicegradenſem vrbi vicinam. fluuioq̄ tanto fluuio diſiūctam ſeſe recipit. Et paulopoſt in caſtellū nouū qd̄ ip̄e cōſtruxerat. quinto diſtans lapide cū paucis abijt. miſſis ad fratrem ſygiſmūdum oꝛatoꝛib⁹ qui eius auxiliū imploꝛarent. At heretici pridie kal̄. iulij furentes p̄toꝛiū petiere. cōſules. xi. metu perculſi fuga ſaluati ſunt. Septē q̄ remanſerūt ⁊ cum hijs iudex vrbis atq̄ alij nōnulli ciues raptim intercepti. ex altiſſimis feneſtris in foꝛū precipitati. lanceis ac verub⁹ irati populi excepti. dirū ſpectaculū dilaniati prebuere. Camerarius regni fuga ſibi conſuluit. Ea cum regi nūciarētur cūctiq̄ circūſtātes attoniti facin⁹ deteſtarent. At ego inquit pincerna futura hec p̄ſcierā. Quem rex indignat⁹ correptum repente inter pedes ſuos proſtrauit. Et arrepto pugione conat⁹ ē interficere. ſ impeditus a circūſtantib⁹ egre illi vitam dimiſit. Nec mora paraleſi correptus. egrotare cepit. atq̄ infra ⁊. viij. dies ſignatis noībus hereticoꝝ. quos neci deſtinauerat. fratrem aſſidue vocitans. ⁊ amicoꝝ auxilia anxius expectans. ante vita exceſſit. q̄ vocati principes adeſſent. Cum regnaſſent in bohemia annis quinq̄ ⁊ quinq̄ginta. vixiſſet duob⁹ amplius. Conſueuerūt coꝛpa regū apud bohemos an̄q̄ ſepelirentur. viij. dieb⁹ aromatibus cōdita per ſacra vrbis circūferri plangiq̄. Et ſequentib⁹ amicis ⁊ baronib⁹ conclamari in hoc ventzeſlao neglectum. non audente regina nouā ingredi ciuitatem. Delatū eſt cadauer ad eccliam ſancti viti in arce. ⁊ inde ad aulam regiā. ibiq̄ conditū in ſepulcro quod ip̄e ſibi delegerat. Sed cum poſtea monaſteriū ip̄m ab hereticis diriperet. Et ſepulture regum effringerētur. cadaueraq̄ abijcerētur. piſciculos quiſpiam cognomine muſca ventzeſlao vendere ſolit⁹. regem quem amauerat coꝛp⁹ clam collegit. ⁊ in loculo apud ſe domi cōdidit. Interiecto deinde tempoꝛe. reb⁹ in melioꝛem foꝛmam redactis. Cū ventzeſlai coꝛp⁹ requireret acceptis. xx. aureis illud reddidit. Inde circūgeſtatio ex moꝛe facta. Et iuſtū rege fun⁹ exhibitum. ac recēs obierat ventzeſlaus.

Jodoc⁹ marchio moꝛauie



Jodocus marchio moꝛauie. viuente adhuc ventzeſlao. qui poſt depoſitionem ſe regem romanoꝝ cōuenientibus franckfoꝛdie electoꝛibus a Maguntin̄. ac Colonienſi archiepiſcopis in regem delectus. Ceteri ſygiſmūdum elegerūt. Sed is breui tempoꝛe ſine heredibus moꝛtuus. In brūna vrbe morauie ſub ſceptro regali ſepelit. Is cum patruū ſuū ventzeſlaum bohemie romanoꝛūq̄ regem viſitatum veniſſet. Vocauit eū patruus in penitioꝛem edium partem. atq̄ in hūc modū allocutus eſt. Et ſi ſatis ſcio nō eſſe e dignitate mea ꝙ electoꝛes imperij me regno romano abdicauerint. Solatio tamen eſt. ꝙ ex familia noſtra hoc decus non excidit. Ego te libens volenſq̄ ſucceſſoꝛem mihi datum accipio. Cūq̄ Jodocus his verbis territus. ad regis genua ꝓcubuiſſet. Et ſibi nihil imputandū diceret. Qui earum rerum omnino ignarus eſſet. Pone metum inquit nepos. nam neq̄ imperiū inuitus depono. neq̄ ſi retinere illud cupiam iura ſanguinis violare auſim. Bono itaq̄ animo eſto. Imperiūq̄ eſt tibi demandatum. Suſcipe viris armis opibus regni mei tanq̄ tuis (vt libet) vtere letumq̄ ⁊ donatum nepotem a ſe dimiſit. At ille ſex tantū mēſes poſtea ſuperuixit. Locumq̄ ruperto baioario qui imperaret fecit.

VRatiſlauia. Sleſie vrbs illuſtris ⁊ inclita. apud germanos ſarmataſq; gentes nominatiſſima. Cum ampliſſima ciuitas ad ripas odere ſita eſt. Sleſia eñ prouincia germanie odera irrigua exiſtit. Qui fluuius in ſeptētrionem vergens germanicas gentes ripis ambobus alluit. Tranſoderam tamen polonica lingua preualet. Hec vrbs a ſui initio ob conuentionem hominum aucta. priuatis ⁊ publicis edificijs magnifice ornata. habet admodum decoratas baſilicas inter q̄s eminet eccleſia cathedralis diuo Joanni dicata. Cuius epiſcopatum maiores aureum vocauere. huſſitarum bella luteum reddidit. Joannes tamē Rott hoc tempore vrbis antiſtes iuris doctor ac variarum doctrinarum conſultiſſimus. hunc epiſcopatū gloria ⁊ amplitudine plurimū auxit. Monaſteria quoq; habet preclara. heremitarū diui Auguſtini ad. s. Dorotheam. minorum ad. s. iacobum ⁊ diuū Bernardinū. diuerſarum tamen obſeruantiarum. predicatorum ad. s. Albertum. Canonicorum regularium in eccleſia beate marie virginis glorioſe. premonſtratenſium ad. s. Vincentium extra menia vrbis. Extatq; in ea eccleſia collegiata ad. s. Crucem inter eas tamen precellunt due parrochie ad. s. Elizabeth ⁊ diuam mariam magdalenam. minoreſq; eccleſias habet perpulcras. s. Barbare. s. Criſtoferi ⁊. s. Lazari cum pleriſq; alijs. Cū hec vrbs avarijs principibus mutationem dominij ſenſit. Dum egra a ioanne patre caroli quarti imperatoris romani ⁊ regis bohemorum recepta eſſet. Et hec vratiſlauienſiū ciuitas q̄ dux Sleſie occuparat heinricus. Legniciū quoq; ⁊ q̄ plures alie Sleſie ciuitates ei ſubijciūtur in eo bello. In hac deinde vrbe regnante hac tempeſtate apud bohemos ventzeſlao rege. orta ſeditione. Conſules quarum prima poteſtas eſt. per feneſtras ex pretorio in forum precipitati. gladijs ac lanceis irati plebis excepti. dirum ſpectaculū prebuere. Cuius rei auctores Sigiſmundus imperator paucis poſt annis ſecuri percuſſit. Sigiſmundus eñ ceſar poſtea imperans ob hereticam prauitatem delendam. cum ad feſtum natiuitatis dominice brunnā (quod eſt morauie oppidū)



petijt. ibiqꝫ pragenſibus veniam petētibus. Ea lege pepercit. vt cathenas ⁊ repagula tota vrbe deponerent. ſuoſqꝫ magiſtratus acciperent. Paruit praga attonita ciuitas. Cum regni primores eleuatis in celū manibus aduentu noui regis gratulabundi expoſcerent. Cuiuſqꝫ rectores ſine cōtrouerſia relique vrbes admitterent. Nec dubium videbatur quin tota bohemia labe huſſitarum exceſſiſſet. ſi ex brūna ſigiſmundus recta via ſe pragam contuliſſet. Sed diuertit ille. vt fortaſſe fati ſui erat. Vratiſlauiamqꝫ Sleſie caput acceſſit quo in loco populus vrbanus non diu antea conſulatum vt premiſſum eſt a ventzeſlao fratre ſuo conſtitutum per ſeditionem obtrūcauerat. Cuius ſceleris auctores ſecuri percuſſet. Quod vbi prage renūciatum eſt. diffiſi de venia ciues exemplum vratiſlauienſiū veriti. manifeſto deſciuerunt. Et allecto p̄miſſis cencbone qui arci pragenſi preerat in totum regnum litteras dedere. Ne quiſpiam ſygiſmundo aditum preberet. Qui dalmacie lingue hoſtis eſſet. Nec alia cura teneretur q̄ꝫ regni perdendi. qui antiquaꝫ pruthenorum ciuitatem ordini ture pignoris obligaſſet. Brandeburgenſes autē a corona bohemica alienaſſet. Hec igitur ciuitas ſub imperio bohemorum conſtituta. deinde poſt varia bella ob perfidiam bohemorum mathie hungarie regi ſubiecta fuit. Poſt cuius obitum iterum regno bohemie (cum inclitus vladiſlaus rex hungarie ⁊ bohemie regnis nunc preeſt) imperata facere pollicita eſt. muro autem admirabili cincta eſt. Et in parte q̄ꝫ odera nō alluit. foſſa ꝓfunda manu facta. Et muro lateritio munita exiſtit ea craſſitudine vt nō facile effringi machinis queat. Turres in menibus crebre. ⁊ ꝓpugnacula locis oportunis conſtructa. Platee ac publice vie in ea ample exiſtunt. ad decorem ornate in modum crucis. vt omi ſplēdore cum equatione domorum ſeſe aſpectui prebeant. in foro ampliſſimo pretorium cum turri excelſa poſitū eſt. Ubi hora cibacion. tibicines ſua preludia exercent.



Wentzeſlaum bohemie regem. inter purpuratos ſuos crebro ſermone vſurpare ſolitum ferūt. Ego ſi me diripiendis vrbibus ytalie ſors pñtem dederit. Ceterarū rerū predā militibus impartiar. Uini tantūmodo apud me ſpolia reſeruabo. Si quis aūt cellam vinariā in iuſſu meo fuerit ingreſſus gladio ſe rietur. Hūc principes electores velut inertem atq; ſocordē vt premiſſum ē imperio deiecerūt. Ruperto ba ioario in locū eius ſuffecto. Ad quem ciuitates theutonie omnes defecere. demptis Nurembergenſibus. qui ventzeſlao iuraſſent. Hij cū hinc iuriſiurandi religionē vererētur. inde vim baioarij timerēt. Legatos ad ventzeſlaū mittunt. Qui ſe iuramento ſolui petant. Ac ſi neceſſe ſit. Auri viginti milia nūmū in eam rē offerant. Rex auditis legatis. liberos Nurembergenſes dicit. Si currus q̄tuor tradant. onuſtas vino qđ furſtenberg baccaracenſe vocant. id eſt inter reneſia vina vt putant optimū.

Joannes de rupeciſſa ordinis minorum



Joannes de rupeciſſa de ordine minorū inſignis theologus. ac in naturalibus doctus. tempeſtate hac. preter ea q̄ in ſententiarū libros accurate docteq; ſcripſerat. multa pđixit mox futura. in carceres truſus multa de futuris tāq; ꝓpheta ſcribere voluit. videlʒ de duob⁹ antixp̄is. ⁊ de eccl̄ie cōculcatione ⁊ deſolatione terrarū. Et de cōuerſione oīm gentiū ad fidē xp̄i. ⁊ alia multa. q̄ in ianuis adeſſe affirmabat. Et hec a dn̄o ih̄u xp̄o ſibi reuelata fuiſſe conteſtabatur. Que nō mō euenere. ſʒ oppoſitū in oīmbus fuiſſe cōſtat. hmōi aūt ꝓnoſticatores mlti ab initio de his archanis decepti fuere. Quib⁹ ſati⁹ fuiſſet ſilere q̄ talia temere loqui. Que pater poſuit in ſua poteſtate. Quāobrem fides hijs pronoſticationib⁹ adhibenda nō eſt.

Simon de Caſſia



Simon de caſſia ordinis heremitarū diui Auguſtini theolog⁹ ⁊ egregi⁹ predicator. ꝑ id temp⁹ tāq; medicinalem caſſiam languenti anime ad vite integritatem refrigerio traditus affuit. Qui vtverus euāgeliſtarū interpres. ⁊ iheſu chriſti imitator verus. oīa ip̄ius ſaluatoris geſta in ordinē colligēs. in q̄ndecim ſubdiuiſit libros. Quos de xp̄iana religione intitulauit. Sed ⁊ aliū librū de doctrina xp̄iana. de patiētia. de ſimboli expoſitione. de ſpeculo crucis. de diſciplina ſp̄ualiū. opuſcula autē hec miro ⁊ quaſi diuino ordine collegit. Ep̄las quoq; edidit plurimas documentis plurimis repletas. hic florentie q̄ maxime ſpū ꝓphetie floruit. ⁊ multo in precio fuit. Ubi etiam monaſteriū ſui ordinis monialiū a ſolo edificauit. Et nobiliū matronarum ac virginū illud repleuit.

Feſtum viſitationis glorioſe v̄ginis Marie. ab Urbano ſexto ꝑ octauas celebrandū ad formā feſtiuitatis corpis xp̄i inſtituit. ob impetrādā vnionē eccl̄ie in ſciſmate meritis ſemp virginis marie.

Frāciſc⁹ carrarienſiū dn̄s



Franciſcus Carrarieſis ſenior vnicus dn̄i iacobini ex vxore gnatus. fr̄e ei⁹ guilielmo ex pelice interfecto. in regnū p̄mū ſuccedens. regnauit annis. xi. Uir q̄dem ſplendidus ⁊ multis virtutibus ornatus ac plurima laude dignus. q̄ patauinā vrbē menibus caſtellis turribus. ac ſplēdidiſſimis edificijs ⁊ edib⁹ tū priuatis tū publicis mirifice exornauit. Nec nō ⁊ pclara ac memoratu multo digna in prelijs geſſit facinora. ꝑ quibus regno ſuo multa pſtitit incremēta. Uerū cū bernabouem viceconitē ſororiū a galeatio maria detentū defenderet. liberare ſtatuiſſet. nō mō eū liberauit. ſʒ ⁊ regnū oīe ac deniq; vitā ꝓpriā pdidit. Quia ab eodē tandē galeatio ſupat⁹ ⁊ captu⁹ abduct⁹ in modoecio furno ſeu carcerib⁹ eū interire ꝑmiſit. Deniq; de octobrio mēſe anni. 1393. cū vita exceſſiſſet. Cui⁹ filius franciſcus ab duce corp⁹ impetrauit. ⁊ aromatib⁹ cōditū patauiū cū maxi̇o apparatu deferri fecit. Et regijs exequijs ī maiori eccleſia ſepulcro marmoreo ſepeliri fecit.

S. katherina de ſenis



Katherina ytalica ſenarū vrbis ethrurie oriūda. Cui⁹ hiſtoriā fr̄ Raymund⁹ de capua generalis ordīs pđicatorū pſcripſit. Ex pr̄e iacobo pānorū tinctore ⁊ lapa mr̄e ꝓgenita. Cū ānū. xij. attigiſſet ſpreto ꝯiugio pđicatorū tercij ordīs ꝓfeſſa innumerabiliū v̄tutū pclariſſima in mira auſteritate ⁊ abſtinētia vixit. ⁊ mirabiles victorias ī abſtinētia habuit atq; viſiones. quā xp̄s deſpōſauit anulo habēte q̄tuor margaritas ⁊ adamātē ī ſummitate. dn̄s q̄ʒ cor ei⁹ abſtulit tribuenſq; ſuū. ī latē cicatrix māſit. dono ꝓphetie admodū īſignita. Tādē āno etatiſ ſue trigeſimo. mltis patratis miraclis rome deuotōis cā exiſ̄s. vite ſue finē fecit. atʒ ibidem ei⁹ ſctiſſimū corp⁹ in baſilica de minerua ordīs pđicatorū maxīa cū pplorū freq̄ntia delatū. cū celebri deuotione ⁊ reuerentia ſepelit. Quā ſanctiſſimā virginem poſtmodum pius ſecundus papa eius conterraneus anno ſalutis noſtre. 1460. kal. Maij in ſanctarū v̄ginū numero merito aggregauit. Que quante ſanctitatis q̄nteq; virtutis fuerit idem pontifex memorabili relatu proſecutus eſt.

Johannes galeaciꝰ primꝰ dux mediolanenſiū

Iohannes galeacius vicecomes galeacij marie filius primus mediolanenſiū dux. patre iā tribꝰ annis defuncto diuiſa primū inter ſe ⁊ bernabouē patruū dñatione. quē inſidioſe intercepit ⁊ captum ad mortē cuſtodiri precepit. filijs oībus fugatis mediolanenſe regnū obtinuit ⁊ decē annis regnauit. inde ab eo ſcaliger ſupatus in deditionē venit ⁊ veronā ac vincentiā ſuo regno adiecit. pauloqꝫ poſt franciſcū patauina vrbe cōprehēdit. bononia quoqꝫ ſenenſes peruſini ſeſe ſue poteſtati tradidere. fuerat hic clariſſimus princeps ſtatura procerus. eleganti aſpectu. litteris edoctus ⁊ celebri eloquencia clarus. ingenio callens ac in agendis aſtutus ⁊ ſagax. duas vxores duxit. elizabeth bohemie regis filiā. ex qua valentinā ſolā filiam genuit. quā carolo francorū regi matrimonio copulauit. Aliā katherinā conſobrinā ſuā bernabouis filiā. ex qua iohannē. mariā. angelum et philippū mariā duces ſuſcepit. Hic quippe cū ingentis animi ⁊ potentie vir eſſꝫ poſtqꝫ. 30. annis ſub titulo comitatus virtutū imperaſſet anno. 1395. ſeptembri mēſe archiepō mediolanenſi oratore miſſo ducatus titulū a wentzeſlao imperatore cētū milibus florenis obtinuit. ⁊ ꝑ manꝰ ipſius archiepī oratoris eodē meſe ingēti pompa ducatus biretū ⁊ alia inſignia recepit. vixitqꝫ ea in dignitate annis. 7. Tanta quippe erat eius animi magnitudo vt ad imperiū aſpiraret. ⁊ niſi iā cito morte ꝓuentus fuiſſet ad id forte ꝑueniſſet. Hic in papienſi vrbe inter cetera caſtellū ſiue regiā domū incredibili pulchritudine extruxit. in quo tantā librorꝫ copiā contraxit ꝗ̄tā alibi pauci viderūt. leporariūqꝫ cōtiguū muris cinctū iuxta illud conſtituit. in quo monaſteriū ſuperbiſſimū ordini carthuſienſiū toto orbe celeberrimū conſtruxit atqꝫ dotauit. vbi ⁊ corpus ſuū tumulandū ex teſtamento legauit.



Eclipſim ſolis per ea tempora fuiſſe ſcribunt que ferme ꝑ horas duas durauit.

Ladiſlaus apulie vngarie rex



Ladiſlaus caroli regis filius qui ex hungaria ab vrbano ſexto in italiā vocatus contra iohannā reginā quā in neapoli cū toto regno obtinuit. Verū cū et in hungaria coronā accepit anno. 1385. regine dolo interfectus eſt. Ladiſlaꝰ igit̄ filius in apulie regno ſuccedens regnauit annis. 29. cū adoleuiſſet hūgarie regnū ſuſcepit. ſed cū ibi res parꝫ proſpere ei ſuccederent expeditione ñ paucа ſuſcepta ⁊ iadera de regno occupata venetis vendidit cū pecunijs in ytaliā veniens apulie regnū obtinuit. ⁊ cū magnanimitatis ⁊ prudentie eſſet vir atqꝫ oīm regū potentia ⁊ rerū ꝓſperitate omnibus ꝑ circuitū formidabilior euaſiſſꝫ etiā romano pontifici ſuſpectus eſſe cepit. varia quoqꝫ fortuna inter pontifices ſequentes ⁊ regē ſemꝑ fuit. ſed dū florentinos ſubdere ſtatuiſſet ex veneno procuratione eorꝫ ſublatus eſt. Sigiſmundus aūt qui poſtea auguſtus ⁊ imperator fuit ladiſlao ꝓdicto ex hungaria armis pulſo ad ipm̄ hungarie regnū vocatus id ſuſcepit. ⁊ vſqꝫ ad imperij ſuſceptionem. 25. annis regnauit. vir certe bellator ⁊ reipu. xp̄iane acerrimꝰ ꝓpugnator ac defenſor.

Religio dealbatorum



Beghardi ac ſecta flagellantiū qui ſe nodoſis flagellis cruciarunt in germania ac ceteris regionibus graues errores induxerunt. de quibus ſupra facta eſt mentio. mirabilis quoqꝫ populorū motus hoc anno. 1399. in tota italia factus ē. Nā omnis fere multitudo in ciſalpina gallia vno motu veſtes albas ⁊ lineas ad pedes vſqꝫ protenſas cū capucijs inſtar religioſorꝫ capparꝫ quibus facies velabāt induit. qua commotione ⁊ nobiliores femine ſimul ⁊ viri ⁊ principes epī clericiqꝫ ac religioſi cuiuſcūqꝫ ordinis ducti incredibili deuotionis ardore in ſimili habitu incedere tentauerunt. Horꝫ ſiquidē dealbatorꝫ longa agmina ad vicinas vrbes cōmeabāt. ⁊ ꝓceſſionaliter bini ⁊ bini ꝑgētes pacē ⁊ miſericordiaꝫ ſupplici clamore ſepe ⁊ ſepius clamabant. hymnos cantabant. ꝗ̄maxime ſequentiā a beato gregorio editam Stabat mater doloroſa ⁊c̄. Durauitqꝫ huiuſmodi motus menſes fere tres. vnde initiū habuerit incertū. primi in italia lucenſes fuere. vtriuſqꝫ ſexus induti albis ad tria milia. Huius tamen religionis auctor quidaꝫ ſacerdos fuit qui tantā modeſtiā vultu ac verbis pre ſe ferebat vt ab omnibus ſanctus haberetur. Ipm̄ tamē bonifaciꝰ pōtifex apud viterbiū vrbē tandē ꝯphendere fecit. ⁊ tanqꝫ ſuperſticioſuꝫ ad ſe ꝑductū igni exuri fec̄. horꝫ āt crucifixi imaginē ꝗ̄ ań ſe deferri faciebāt adhuc lucēſes cū maxia veneratiōe ꝯſuant.

Iubilei annus hoc anno. 1400. rome iuſſu bonifacij pontificis celebrat̄. quo fere innumera hoīm multitudo ꝯuenit. ⁊ eo anno ob ipſius iubilei ⁊ maximā dealbatorꝫ frequentiā tantā peſtilentiā vbiqꝫ fuiſſe tradunt vt apud florentiā vrbē ad triginta hoīm milia abſumpta fuiſſe referāt̄. Quarto quoqꝫ anno wēceſlai regis peſtis ſeuiſſima populata eſt bohemiam. In praga vero in quatuor menſibus in vna tantum ſancti Stephani parrochia tria milia funerꝫ ⁊. l. fuere. Pragenſes inter hec populari tumultu excitati atqꝫ in furorē acti iudeorum domos inuadunt bona eorū diripiunt. domos incendunt. atqꝫ intra duas horas non ſexui non etati parcentes infelicem gentē gladio cedunt. periſſe aliquot milia ferunt̄. ſeruati cōplurimi infantes miſericordia bonorū ciuiū baptiſmi gracia accipere.

Anno mundi.6603. Anno xp̄i.1404.

Innocentius ſeptimus papa patria ſulmonenſis. coſmatus antea vocatus. ſancte crucis p̄ſbiter cardinalis. bonifacio ſuffectus rome pontifex creatur qui iureiurando collegio ſpopondit q̄primū eſſet p vnione requiſitus pontificatu renunciare. vir quidem grandeuus ⁊ multaꝝ magnarumq̄ reꝝ experientia inſtructus. qui pontificatu ſuſcepto in quibus vrbani ⁊ bonifacij veſtigia ſecutus eſt. quos priuatus carpebat. non modo quod tantope laudabat efficit. verū etiā iniquo animo ferebat ſi quis apud ſe ea de re verbū vllum feciſſet. p̄terea adeo tumultuoſe omnia gubernabat. vt cuꝫ romani inſtarent quod ſciſma de eccleſia tolleret ipos ad ludouicum nepotē tanq̄ ad carnificem miſit. qui ſtatim vndecim ex ipſis (e feneſtris deiecti) necari fecit. Qua ſeuitia permotus pōtifex romanus accito ladiſlao rege arma aduerſus pontificem cepit. qui ſtatim cum ludouico nepote viterbium fugit. inde po.ro. aulicos eius interfecit. Verum capitolio ⁊ ponte miluio occupatis ac cedibus pactis ira declinante romani pontificem in gratiam receperunt. qui cum romam veniſſet nonnullos cardinales delegit. quoꝝ de numero angelus cornarius venetus. poſtea gregorius duodecimus appellatus. ⁊ petrus philargi cretenſis alexander quintus pontifex poſtea creatus. tercius otto columna martinus poſt vocatus creauit. ⁊ ludouicum p̄dictum agri piceni marchionem ꝯſtituit. ipe vo non diu poſt rome moritur pontificatus ſui anno ſecundo. ſepeliturq̄ in baſilica petri i ſacello qd olim pontificibus dedicatum erat. quodq̄ vetuſtate ⁊ ſitu corruens Nicolaus quintus poſtea reſtituit.

Anno mundi.6605. Anno xp̄i.1406.

Gregorius eius nominis duodecimus natione venetus angelus corarius ſeu cornarius antea vocatus tituli ſancti marci preſbiter cardinalis pontifex creatus anno dn̄i M.cccc. vi. pridie kal. nouembris. pontifex ſiquidem maxime ſeueritatis ⁊ ſanctimonie p̄cipue reuerendus. qui pontificatu ſuſcepto facta iterato ad deponendū pontificatum ſe ſcripto adhibitis notarijs ⁊ teſtibus obligauit. ſi benedictus qui alterum pontificatū in gallia tenebat ſe quoq̄ abdicaret. Cohortantes igit in principio ſeſe predicti pontifices ⁊ ad mutuaꝫ abdicationem offerentes. Cum vo de eligendo loco quo ſine diſcrimine vterq̄ venire poſſet mentio haberet. neq̄ de ea re ſatis inter eos conueniret. colluſores ⁊ fidefragi ab vtroq̄ cardinalium conuentu ſunt habiti maiorē diuiſioneꝫ concitauerunt. Quapropter cōcilium piſis celebratū eſt in quo ambo de colluſione accuſati ambo pontificatu priuati ſunt ⁊ alexander eligit. dū gregorius abeſſet armis omnia rome circūſonabant. gregorius quaſi pfugus de concilio ariminū pfectus a carolo malateſta pbenigne ⁊ ſplendide eſt habitus. Benedictus aūt poſt habitum in perpiniano cōciliū quo tutior eſſet ad caſtellū pani ſchole locum munitiſſimū confugit vbi diutius immoratus. vterq̄ aūt licet in piſano concilio exauctorati eſſent tanq̄ veri pontifices cardinales crearūt. maxime vo gregorius. qui dum luce eſſet de conſenſu cardinaliū qui nondū ab eo diſceſſerant gabrielem candelmarium cardinalem creat. qui poſtea in pontificem electus eugenius quartus appellatus eſt. Hic tandē ad conſtantie conciliū carolo malateſta oratore miſſo pontificatu ſe libere abdicauit p q̄ libera abdicatione ꝯuerſus oīs eū agri piceni legatū creauit ſ nō multo poſt recanati aī dolore defecit vbi ⁊ honorifice conditus eſt.

Anno mundi.6608. Anno xp̄i.1409.

Alexander eius nominis quintus papa natione cretenſis petrus cādianus antea vocatus ordinis minoꝝ frater ⁊ doctor archiep̄s mediolanenſis. vir doctrina ⁊ ſanctitate vite p̄clarus hoc anno in concilio piſano gregorio ⁊ benedicto abrogatis oīm cardinaliū conſenſu qui tū in cōcilio piſano erant pontifex creatur. qui in omni vita ⁊ etate p̄ſtans. ab adoleſcentia ordinē minoꝝ ingreſſus adeo pariſius liberalibus ſtudijs theologiceq̄ diſciplineq̄ vacauit vt breui ⁊ publicā ſcolam habuerit. ⁊ in libros ſententiaꝝ docte et acute ſcripſerit. magnus quoq̄ orator. magnus p̄dicator eſt habitus. ideo a iohāne galeatio duce mediolanenſi accitus primū locū in cōſultationibus ſuis habuit. Creat deinde rogatu galeacij vicētinus ep̄s. poſtea nouarienſis mutato loco. poſtremo p̄ſul mediolanenſis factus. ab innocentio ſeptimo cardinalis baſilice duodecim apl'oꝝ creat. quo quidē gradu pontificeā dignitatem adeptus. Adeo aūt munificus erat in paupes et viros ſua benignitate dignos vt breui nil ſibi reliquerit. vnde p iocū iterdū dicere ſolebat ſe diuitem ep̄m fuiſſe. pauperē cardinalē. mendicū pontificē. In eo defuit illa habendi cupiditas. que vna cū re ⁊ etate accreſcit ſimul. Tanti p̄terea animi fuit vt ladiſlaū regem potentiſſimū qui ditionem eccleſie vexauerat regno p̄uauerit. Soluto concilio bononiā pficiſcit. Tandem cum grauiter egrotare cepiſſet cardinales ad concordiam adhortat. lacrimantibus omnibus ſaluatoris verbū proferens. Pacē meā do vob pacē meā relinquo vobis. ſtatim moritur pontificatus ſui menſe octauo. ſepelit q̄ bononie in eccleſia fratrum minorum.

Linea ſummoꝝ pontificū

Innocentius ſeptimus



Gregorius duodecimus



Alexander quintus



Linea imꝑatoꝝ
Ruptus rex romanorum



Rupertus bauarie dux ac comes palantinus rhent anno milleſimo quadri
gentesimo wentzeſlao bohemo ꝑdicto imꝑatore tanq̄ȝ inutili (ꝓpter igna
uiam ⁊ ſocordiā) imperio priuato ab electoribus imꝑatoꝛ delectus imperauit
annis.x. Colonie ab archiepō coloniēſi corona decoratus fuit. homo ſane xp̄i
aniſſimus. iuſticie cultoꝛ. in rebus bellicis ſtrennuus ⁊ in defenſione oppreſſo
rum ſollicitus. ⁊ ꝓpterea a bonifacio pontifice in imperio confirmatus. Hunc
quidem florentini ꝓpter ipſius animi magnitudinē contra galeaciū mediolani
ducem vltima deſperatione ducti auxiliatorē ea in italiam conditione accerſiue
runt vt non prius ꝓmiſſam ingentē pecuniam acciperet q̄ȝ vicecomitis terraꝝ
cū exercitu attigiſſet. veniṫq̄ȝ extremo autumno imꝑatoꝛ vt ⁊ benedictionē im
perialem a ſummo pontifice acciperet. ⁊ agrum vt pecunias a florentinis acci
peret brixianū. ad benaci gardelacus oꝛam ingreſſus eſt. ſed parte pecuniarū
iam ꝑcepta galeacij copijs congreſſus fractuſq̄ȝ tridentum redijt. Colonienſis
pꝛeſul ⁊ leopoldus auſtrie dux ab imꝑatore abeuntes cū maxima copiarū par
te domū redierunt. vnde venetis vocantibus e tridento profectus taruiſiū pa
duam eſt delatus. ad quem florentini oꝛatoꝛes ſumptuoſiſſimo quidem appa
ratu. ſed copias illius deſiderio minoꝛes vt bellū reſumeret tranſmiſerunt. Ductoreſq̄ȝ earum copiaꝝ fue
runt Sfortia attendulus cutignola romādiole oppido oꝛiundus tunc primū noſci ceptus. ⁊ baldeſar mu
tinenſis. Cūq̄ȝ pecuniaꝝ quoq̄ȝ paucitatem addidiſſent florentini ⁊ in altercatione ꝑ menſeȝ ꝑſiſterent ⁊ ſo
lutio pecuniaꝝ negaret̄ indignatione concepta imꝑatoꝛ abire conſtituit. equitatu igit̄ per terram ad taruiſ
ſium p̄miſſo ipē venetias petijt viſendiq̄ȝ cauſa ciuitatem mirabilem. Suſceptus aūt a venetis inſigni ma
gnificentia cunctis exhibitis. que ad honoꝛandos principes exhiberi ſolent. eadem receptam expoſuit. tā
dem vo cum neq̄ȝ pontifex romanus neq̄ȝ veneti in fauoꝛē auxiliūq̄ȝ eius palam deſcenderent. florentini au
tem ea poſtulata que difficilia factu videbant̄ differrent. re infecta menſe aprili patauio mouens longis iti
neribus tranſalpes in germaniā redijt. Rupertus autem ex vxoꝛe elizabeth filia burgrauij nurmbergenſis
multos heredes reliquit. rupertus ⁊ fridericus ante patrem obierunt. ſupſtites reliquit ludouicū. ſtepha
nū iohānē ⁊ ottonē inclitos duces. Filias quoq̄ȝ tres. vna duci auſtrie friderico de athesi. alia comiti cleue
quē ſigiſmundus imꝑatoꝛ ducem fecit. tercia margaretha duci lothꝛingie matrimonio iuncte fuerunt. Hec
imꝑatoꝛ aūt cum filijs vſq̄ȝ ad obitum ſub obedientia gregoꝛij pape permanſit. Concilium piſanuȝ nō rite ce
lebratum ducens. Tandem poſt glorioſa geſta in impio ⁊ in germania. anno dn̄i M.cccc.x. in oppēheim
montē obijt ⁊ in haidelberga ad ſctm̄ ſpm̄ ſepultus.

Concilium piſanum



Conciliū piſanum ꝓ vnione eccleſie piſis celebra
tuȝ fuit. ſublata em̄ ſpe conueniendi benedictū
et gregoꝛium anno dn̄i M. cccc. viij. de menſe maij
cardinales recedentes poſt longā diſputationē florē
tie an ob peſſimū ſciſma eccleſie nociuū cardiales cō
cilium conuocare poſſent. determinatū ꝑ doctiſſimos
viros id licite fieri poſſe. vtriuſq̄ȝ pontificis cardina
les ꝓ celebrando vniuerſali concilio ciuitatem piſa
rum decreuerunt. cui rei cōmunitas florentina cōſen
ſit. vnde ſignificanter geſta ꝑ nūcios ⁊ lr̄as vocarūt
ad conciliū omnes epōs p̄latos principes ⁊ cōmu
nitates. conuenitq̄ȝ tandem in eo loco multitudo ma
gna cunctaꝝ fere nationū. In eo concilio accuſati de
colluſione pontifices ambo. decretum eſt vt oꝛatores
mitteret ad vtrūq̄ȝ vt ad locum accederēt. quoꝝ ope
ram benedictus deriſit. gregoꝛius non ad eos perti
nere congregare conciliū ait. Tandeȝ ambo priuati
ſunt ⁊ alexander natione grecus ad pontificatum aſ
ſumptus qui pauco tp̄e ſedem petri tenuit. Teſtatus
eſt per eam moꝛtem quā ante oculos ſe continuo cer
nere dicebat nec refoꝛmidare cōſcientia; bene acte vi
te motus ſe exiſtimare ⁊ credere que in concilio pi
ſano decreta fuiſſent recte atq̄ȝ integre facta eſſe omnia ſine dolo malo fraudeue anno fere poſtq̄ȝ ſedere ince
perat moꝛtuus. quo anno laboꝛatū eſt fama ac peſte. Per hec tempoꝛa ludouicus andegaueñ. filiꝰ eiꝰ
ludouici qui cum carolo de regno contendit. piſas veniens conceſſionem regni appulie ab alexandro papa
recepit. Maȝ ladiſlaus cuncta effecerat quo conciliū impediret. itaq̄ȝ cum exercitu contra ladiſlaum miſſus
Cūq̄ȝ eo baldazar coſa ex latere legatus. non multum tamen ꝓfecerunt. ⁊ fere circa vrbem romam cōmorā
tes nec vltra progreſſe irrito cepto redierunt.

S. Vincentiꝰ ordinis p̄dicatorum



Vincentius cathelanus ordinis p̄dicatoꝝ declamator ⁊ theologus celeberrimus ex valentia vrbe natus ac nobili familia ferrarioꝝ. Cuiꝰ pater notariꝰ publicus qui tres habuit filios. petrū primogenitū laudabilis vite ⁊ vxorem habens. Aliū bonifaciū iuris vtriuſq̨ doctorē. qui mortua vxore ordinē carthuſienſium ingreſſus tantū ſua prudentia effecit vt generalis prior ordinis fieret. Terciū vincentiū qui in virginitate p̄manſit. ⁊ anno M.cccc. ⁊ vltra nō modo celebri doctrina ſed ſingulari ſanctitate inſignis fuit. qui cū p̄dicationis dono plurimū illuſtratus fuiſſet quoad vixit eccleſiam dei p̄dicando. docendo ⁊ monendo non modo verbis ſed ⁊ exemplis adiuuare nō deſtitit. hoc ſanctiſſimū opus euangelizandi triginta annis continuans. Tandē ſedem petri tenente martino quinto anno .1418. imperante ſigiſmundo ex hoc ſeculo migrauit. ⁊ cū ī morte ⁊ poſt mortem plurimis claruerit miraculis calixtꝰ tercius pontifex eius compatriota anno exinde dn̄i .1455. eas ob res in ſanctoꝝ confeſſoꝝ numero eū aggregauit. ⁊ eius feſtum nonis aprilis celebrari mandauit. Sepultus in ſenectute bona in ciuitate venetenſi in eccl̄ia cathedrali q̨ ordo non habebat ibi conuentū. p̄dicabat aūt ī vita ſepenumero de finali iudicio ⁊ aduentu antichriſti tanto terrore vt omnes in timores conuerteret. vt peccatores futuram dei iram abhorrerent.

Franciſcus martini ordinis carmelitaꝝ theologus celeberrimus ꝑ hoc ipm̄ tp̄s in precio exiſtens. cū multos erudiſſet diſcipulos ad agitandum intellectum librū de conceptiōe virginis Marie ꝯpoſuit.

Gerhardus groet claret ſanctitate vite ⁊ ſciencia. ⁊ incepit ꝯgregationem in dauādria ⁊ plura ſcripſit

Johannes ruſbroch clarꝰ habet̄. vir ad modū deuotꝰ ⁊ illūiatꝰ. etiā mlt̄a ſcripta ī theutonico reliq̄t

Henricus yota ſacre theologie profeſſor. Henricus quoq̨ de haſſia etiam doctor theologie. hij duo luminaria eccleſie in vienna pannonie fuerunt.

Baldus iuris doctor



Baldus peruſinꝰ p̄cellentiſſimus legis peritus bartholi ſaxoferratenſis diſcipulus. ⁊ ipſe vna cū angelo ⁊ petro germanis hec ip̄a tempora clariſſima reddidit. qui cū poſt magiſtrū ſuū in iuribus ciuili ⁊ pontificio obtineret principatum infinita ꝓpe edidit libroꝝ volumīa. Sup̱ toto em̄ iuris ciuilis corpore p̱egregie cōmentatus eſt. Inſup̱ ⁊ in ſc̄do decretoliū ac feudis ſcripſit. Additiones ad ſpeculum ꝯpoſuit. atq̨ clariſſima conſilia poſt ſe reliquit. Tandē ob doctrine p̄ſtantiam a philippo mediolanēſiū duce publico ſalario papie vocatus. anno dn̄i .1423. menſe aprili ibidē defunctus apō frēs minores ſepelit̄.

Bartholomeus de ſaliceto iuris conſultiſſimus ꝑ hoc tempus floruit ⁊ in legibus nōnullos cōmentarios compoſuit. Hic cū apud albertum eſtenſem ferrarie marchionē in p̄cio eēt cū ip̄o egit vt a bonifacio pō. p̱uilegiū ꝯuocādi ſtudiū ī ferraria obtineret.

Nicolaꝰ florētinꝰ medicꝰ



Nicolaus eximij nominis medicus natione florentinus ꝑ hec tp̄a exiſtens. in omni medicina grande opus componendo relinquens. qḋ de omni medicina ex veterioribꝰ ⁊ doctis medicis exquiſitis accurata lucubratione extraxit Obijt deniq̨ florentie poſt multas curationes anno dn̄i .1412.

Marſiliꝰ de ſctā ſophia patauinꝰ medicꝰ. ⁊ ipſe mltarū rerū cognitiōe inſignis cum quedā edidiſſet in medicina ſup̱ hippocratis libros multos ſcriptores ingenio ⁊ ſubtilitate p̄celluit ⁊ ſuā patriā doctrina ⁊ fama exornauit.

Iohes rauennatꝰ grāmaticꝰ ⁊ rhetor luculētiſſimꝰ hiis tp̄ibꝰ floruit. vir certe maximi ingenij ⁊ ſingulariſſime doctrine. qui vt leonardus aretinus eiꝰ diſcipulus teſtat̄ primus fuit a q̄ eloquētie ſtudia tantopē longo poſtliminio in ytaliā ſunt redacta. Hic cū a franciſco petrarcha egregie edoctꝰ fuiſſet. et ipſe viros ſeq̄ntes excellētiſſimos habuit diſcipulos.

Criſoloras conſtantinopolitanus



Hemanuel criſoloras bizantinus patria conſtātinopolitanus. vir domi nobilis. nec dū litteraꝝ grecaꝝ peritiſſimus. verū omni doctrina ac virtutibꝰ nobilior atq̨ p̄clarus hiis temporibus conſtantinopoli patria a turchis obſeſſa. venetias mari delatus primo in exaudita eius fama inuitatus benigne ac poſtulatꝰ et litteras grecas ibi docere cepit que iam ſeptingentis annis conticuerant ⁊ per eū reuiuiſcere ceperunt. Hic itaq̨ cū in italiā veniſſet primo venetias multos adoleſcentes grecas docuit litteras. indeq̨ a florentinis publico ſolario vocatꝰ plurimos habuit diſcipulos. a iohanne rauennato p̄dicto litteris latinis edoctos. Inter quos fuere leonardus aretinus. paulus ſtrotia. petrus paulus vergerius iuſtinopolitanus. omnibonus vicentinus. guarinus veronenſis. carolus aretinꝰ pogius florentinꝰ. franciſcus barbarus ⁊ franciſcus philelphus ⁊ alij. Indeq̨ curiam romanā cum ſecutus fuiſſet ⁊ apud conſtantiā vbi generale conciliū celebraret̄ acceſſiſſet ⁊ p̄dicti diſcipuli dulcedine verborū ſuorū allecti eū ſequi voluerunt. Hic aūt ⁊ ſi omni ſciētia edoctꝰ fuerit nihil tn̄ ſcripto qḋ extat reliq̄t. Conſtantie aūt deficiēs a pogio florētino melliflua orōne cū epigrāmate honeſtatꝰ ē.

Tamerlanes



TAmerlanes magnꝰ tartaroꝝ ſeu parthoꝝ rex. incredibilis potẽtie vir. hoc etiã anno. 1402. vita exceſſit. Qui primũ (vt aiũt) genere parthus humili loco natus. gregorius miles. adeo inter ſuos corpis agilitate excelluit. vt breui multaꝝ gentiũ dux fieret. quibus parthoꝝ imperio potitus ſcythas. hyberos. albanos. perſas. medoſq́ʒ ſibi ſubegit. meſopotamiã inuaſit atq́ʒ armeniã. trãſitoq́ʒ eufrate cũ quadringentis milibus equitũ. ſexcentis milibus peditũ. oẽm aſiã quã minorẽ appellamꝰ obtriuit. Regẽ oĩm potentiſſimũ pazaitẽ thurcoꝝ dñm cũ pari equitũ numero ⁊ magnis peditũ copijs fines ſuos tutãtem. apud armenos plio ſupatum ducentis milibus hoĩm interfectis viuũ cepit. caueaq́ʒ ĩ modũ fere incluſum. p omnẽ aſiã circũtulit egregiũ admirandũ humanaꝝ rerũ ſpectaculũ. Caſtra eius in vrbis modũ ordinata fuere. ſtatuto cuiq́ʒ arti loco ad vite vſuʒ neceſſaria. ſumma ſemp rerꝝ copia inueniebat̃. cũ nullus eſſet latrocinijs locus. Inde a thanai flumine vſq́ʒ ad egiptũ vniuerſam aſiam pcurrens. ſmyrnas antiochiã. ſebaſtẽ. tripolim. damaſcũ. multaſq́ʒ validiſſimas vrbes vi cepit. diripuit atq́ʒ incendit. Soldanũ egiptioꝝ principẽ bello ſuptum vltra peluſiũ repulit. egiptũ ingredi parantẽ. vaſte ſolitudines ⁊ deſerta loca auerterũt virũ bellicis artibus inſignẽ. Damaſco capta cũ arcis antique expugnatio difficilior videretur. Conſtructa e regione altera q̃ antiquã altitudine ſuparet vi cepit. Capha vrbs genueſiũ tũc colonia in thaurico cheroneſſo. nõ pcul a boſphoro cymerico exiſtit. hãc cũ tamerlanes inuadere ſtatuiſſet. Scythas negociatores pmiſit. q̃ precioſiſſimas aĩaliũ pelles minori quã ꝯſueuerũt pcio venũdarent. Sciens aurũ abſcondi poſſe. pelles ſubſodi nõ poſſe. Moxq́ʒ bello indicto admotis vrbi machinis expugnata vi atq́ʒ armis ciuitate. Et auro ⁊ pellibꝰ potitus ẽ. In obſidionibus vrbiũ prima die albo tentorio vtebatur ſecũda rubeo. tercia nigro. qui ſeſe dabãt in albo ſedenti ſalutẽ conſeq̃bant̃. rubens color moriendũ indicabat. niger ciuitatis excidiũ. ⁊ oĩa in cinerẽ cõuertenda. Fama ẽ pplos cuiuſdã ciuitatis q̃ prima die deditonem neglexiſſet. pueros puellaſq́ʒ oĩnes in candida veſte ramos oliue p̃ ſe ferẽtes exiuiſſe vt principis irã placarẽt illũ oĩnes ab equitatu cõculcari atq́ʒ cõteri iuſſit. ⁊ vrbẽ captã incendi. Interrogatus ab homĩe genuenſi q̃ ei familiaris erat. cur tanta crudelitate vteret̃. Cõmotũ diſtorta facie ac ſpirãtibus ignẽ oculis reſpõdiſſe. Tu me hoĩem eẽ arbitraris falleris. Ira dei ego ſum ⁊ orbis vaſtitas. caueto ne poſt hac mihi occurras. Ferebant qui Tamerlanẽ viderũt eũ hanibali ſimilẽ. Deletis regibus vaſtatis pluribus puincijs onuſtũ de victarũ gentiũ ſpolijs exercitũ in patriã reduxit. Et ciuitatem marchantẽ condidit ⁊ hoſtiuʒ ſpolijs exornauit. Uita functus duos filios reliquit regni ſucceſſores. qui diſcordia laborãtes effecerunt ne parthorum imperium rurſus poſſet emergere.

Paulus venetus



PAulus venetus eremitarũ diui Aug. Et ipẽ theologoꝝ ⁊ phoꝝ princeps. Vec nõ ⁊ diſputator acerrimꝰ. Hoc ipõ tpe in vniuerſa ytalia nominatiſſimus habitus eſt. eo q̃ cũctos dialeticos phos. ac ſue etatis theologos ſine cõtrouerſia ſupauerit. ac etiam tanq́ʒ alter apollo poſt ſe futuros phos ſue ſapientie lacte nutriuerit. qui niſi matura morte pũentus fuiſſet. oẽs anteceſſores ſuo ingenio ſuiſq́ʒ ſcriptis ſupaſſet. Attñ in iuuẽtute ſup libros Areſto. cõmetaria ſcripſit. Et ſummã in phia. logicã breuẽ. Summulã de naturalibus. atq́ʒ cõtra cecitatem iudeoꝝ tractatum edidit. Sermones multos ad clerum. Tandem iuuenis ſatis moriens in ſacriſtia ſui ordinis ſepulcro marmoreo ſepelitur.

BArtholomeꝰ de vrbino ipius eremitarũ ordinis diligẽtiſſimus doctor. ⁊ vrbinatis epus hoc ipõ tpe clarus effulſit. Qui ⁊ ſi multa ediderit in primis auguſtini atq́ʒ ambroſij ſingula dicta in alphabetum redegit. Et opꝰ Millelo quiũ cõi vocabulo appellauit. Aliud quoq́ʒ de ſpũali bello.

IOrdanis itẽ alemanus eruditus theologus ob ipiꝰ doctrinã ⁊ multaꝝ antiq̃tatũ indagatõnẽ magno in precio fuit. Qui inter cetera pulcrũ qnadrageſimale edidit. Apocalipſimq́ʒ pulcre explanauit.

IAcobus q̃ʒ ordinis heremitaꝝ theologus natione toletanus hiſdẽ tpibus floruit. Et vniuerſaʒ ferme ſcripturã ſacram cõplanauit. ⁊ Sophologiũ cõpoſuit pcellentiſſimũ ad diuinã ſapientiaʒ perq̃rendaʒ ſuaſoriũ. Quod quidem volumen quanti facũdum ſit multis epigrãmatibus declaratur.

VErona clariſſima ac vetuſtiſſima ytalie ciuitas. anno. 1405. ſexto kal. iulij (a carrarienſibꝰ occupata ⁊ pessundata) in venetorum manus concedente ioanne maria viceconite mediolani duce. p franciſcuʒ ganzagam. ⁊ iacobum fermẽ. ⁊ paulum ſeuellum patriciũ romanũ deuenit. Et nũc vſq́ʒ cũ magno augmẽto ipſius permanſit.

PIſe item potentiſſima ac ſuperbiſſima etrurie ciuitas florentini populi emula. hoc anno duriſſima obſidione ⁊ acerrimo bello domita in ipſius populi florentini ditionez poteſtatemq́ʒ deuenit. Impetu enim facto florentinos vrbe eiecere. ⁊ ipam in libertatem reduxere. Florentini ignominiã non ferentes. bellũ piſanis intulerunt implacabile. Et cõmeatibus vndiq́ʒ intercluſis vrbem acerrime obſiderunt. quam poſt aliquot menſes fama crudeliſſima laborantem. prodente eam ioanne gambacurta iugum ab integro ſuſcipere coegerunt.

Patauiū magne potetentie ac ſplendoris ciuitas anno dn̄i. M.cccvi. obſidione a venetis oppreſſa in venetoꝝ manus deuenit. Franciſcus eī iunior carrari⁹ frāciſci ſenioris filius cū in vicētinos exercitū duxit. Cui ſtatim venetoꝝ dux ꝛ ſenatus tybicinē mittens rogat ne vicētinos vectigales bello attingat alioqꝫ ſenatū venetū haberet inimicū. Sꝫ frāciſcus durius crudeſcere cepit. Indignati veneti cuꝫ frāciſco ganzaga ſedus peutientes generalē ducē ꝫ eū conſtituerūt. primo veronā cepit ꝯcedēte mediolanenſi duciſſa. Et capto iacobo carrarienſi vinctū venetias tranſmiſit. Inde in patauiū exercitū ducēs p⁹ aliqꝫs mēſes cū ſama oppſſa eēt. et peſte grauiſſima ꝛ cōtinuis oppugnationibus. galeacius ganzaga franciſci frater ignorante carrario ꝑ portā ſancte crucis ſibi a ciuib us apertā copias introduxit. Et caſu carrariū reperiens. vbi is cōuēnerūt. vt galeazio caſtri dominio ꝯceſſo. ipe carrarius ad ſenatū ꝓ miſericordia impetranda cōmigraret. Et ſi ꝙ volebat impetraſſet. Ciuitas ipi⁹ eſſet. Sin aūt regrediēs ī priſtino ſtatu reſtitueretur. Ideo carrarius cū franciſco tercio filio ad ſenatū ī veſte humili acceſſit. a ꝗ nullā grām ꝓmeruit. ſꝫ obiurgationibus multatus. ī carcerē cū filio recludi iubet. Et ſtatim miſſis cōmiſſarijs ciuitas nomīe ſenatus occupata ē. Que res galeatio moleſtiſſima fuit. Frāciſcus poſtmodū ſtrangulat⁹. fili⁹ ꝗ mortis genere perierit dubiū. Supfuerāt eius duo filij Obertinus ꝛ Marſili⁹ ꝗ an̄ captiuitatē vrbis ad etruſcos ꝯfugerāt. At ſic eo anno q̄rto kal. decēbris veneti patauiū obtinuere. Et due potentiſſime ac illuſtriſſime familie. ſ. Scaligeroꝝ ꝛ Carrarienſiū ꝓpter eoꝝ diſſenſiones ſue diuturnitatis ꝛ potentie. vno q̄ſi tpe finē acceperūt. Qui in verona ꝛ patauio ꝑ annos multos maxima cū gloria imperij ſceptra tenuerūt. ac ſic veneti plurimas ciuitates obtinuerūt. ꝛ eorum nomen ſupra modum excreuit.

Ordo monachorum montis oliueti



ORdo monachoꝝ alboꝝ. qui mōtis oliueti ordo nūcupat. Huius ſciſmatis tpibus in ſenēſi agro a ꝗbuſdam nobiliſſimis ſenēſibus initiū ſumpſit. Multi nāqꝫ clariſſimi ſenenſes ꝗs ſciſmatū ꝛ bellicaꝝ tedebat ꝑturbatio. ſpūſſancti grā inſpirati. vrbe vno animo egreſſi. nō longe in montē ꝗ oliuetus dictus acceſſere. vbi ī vnū congregati. Et a curis mūdialibus ſemoti. tāqꝫ eremite deuotiſſimi deo in orōnibus ꝛ vigilijs ac crebris ieiunijs deſuire ceperūt. Quoꝝ exemplo multi nobiles ꝛ adoleſcētes permoti. deſiderio celeſtis pr̄ie ad eoſdē cōfluxere. Quāobrē incredibili feruore in dei ſuitio excreſcere ceperūt. Quoꝝ fama cū ad pōtificez ꝑueniſſet principaliores ad ſe romā vocauit. Et eoꝝ viuendi ꝓpoſitū diligenti examinatōne intelligere voluit. Cognitiſqꝫ eoꝝ votis. Exclamauit dicēs. hāc plantationē eſſe diuinā. nō humani cōſilij. Exhilaratuſqꝫ pontifex illoꝝ vitā ꝛ modū viuendi. ſicut eorum priuilegijs ꝯſtare dicit. ꝗlibentiſſime comprobauit. Et vt id diuinū opus ſceptū ſtabilitatē ſuſciperet ſtatim albū habitū ad diue v̄ginis marie reuerentiā cū regula beatiſſimi bn̄dicti eiſdē contulit. Quas maximis ꝓuilegijs ꝛ gratijs cōmunēs inter mōchos diui bn̄dicti annūerauit. ꝛ m̄lta mōſteria īcolēda ꝯceſſit.

ORdo nouus mendicātiū ſub diui hieronimi titulo. ꝓſulante Innocētio ſeptimo pōtifice nuꝑ defuncto ex tercio ordīe ſeraphici franciſci. a ꝗdā Redo noīe mōtis granelli comite apud ſeſulanā ethrurie vrbē primo excitatus ē. Ei⁹ aūt coadiutor h̄ in ſctō opere Gualterus marſus fuit. Et hi duo mire ſanctitatis ꝛ integritatis viri huiuſce regularis obſuātie ꝛ diſciplie fundatores ꝛ auctores fuere. Et ſanctiſſimis inſtitutis cū doctrina atqꝫ exemplo mirūm modū erexere. Quē ꝗdē ordinē gregorius. xij. iſte priuilegijs approbās ſb regula btiſſimi pr̄is Aug. quo ad vota principalia aplica auctoritate ꝯfirmauit. Eugenius deinde q̄rtus vir vtiqꝫ religioſiſſimus ꝛ ipe eadē auctoritate additis alijs priuilegijs mendicantium iteꝝ approbauit ꝛ confirmauit. Eiſdem aūt in memoriā priſtine tercij ordinis religionis habitū griſeam tunicam cum clamide ſimiliter griſea pro habitu conceſſit.

ORdo alius canonicus celeſtini habit⁹ cōgregatōnis ſancti georij de alga apud venetias hiſdē tpib⁹ a religioſiſſimo viro poſtea pr̄iarcha laurentio iuſtiniano atqꝫ alijs religioſis primum incredibili fauore ꝛ ꝗdā auſteritate initiū ſumpſit. Quā cōgregationē Gregorius ꝓdictus ꝗbuſdā cōſtitutionibus ſibi datis ſb prima bti petri regula ꝯfirmauit. Que ſtatim egregijs viris ac doctiſſimis valde creuit. Quorum de numero Antonius Corarius Gregorij pontificis nepos. inde hoſtienſis cardinalis. Et gabriel poſtea Eugeni⁹ q̄rt⁹. Qui mōaſteriū a ꝑncipio pr̄na hereditate plimū āpliauit ꝛ exornauit. Fuere ꝛ alij ea ī ꝯgregatōe ſucceſſores vita ꝛ morib⁹ ꝑclariſſimi. Qui religiōꝫ doctrina atꝫ optimis exēplis ꝓ virili ſua illuſtrarūt. Marin⁹ quirin⁹ egregius. ꝛ maphe⁹ cōtaren⁹ venet⁹ poſtea pr̄iarcha ꝛ alij complurimi.

# De hereſi huſſitarum et eius origine

Johannes wicleff



Perfida huſſitarꝫ inſania que ſub rege wentzeſlao etatis ſue anno q̄n quage
ſimo ortū habuit. His temporibus germanos catholicos crudelem ĩmo-
dum armis vexare cepit. cuius originem ⁊ ꝓgreſſum hoc loco ꝓſequi animus
eſt. qm̄ ea peſtis cū pene totam germaniā conturbauit neqꝫ adhuc extincta regni
bohemici magnam partē occupat. Rexerant ſcolas pragenſes primo theutonici
id moleſtiſſimū bohemis fuit hominibus natura ferocibus atqꝫ indomitis. Ex q̄
bus vir q̄dā genere nobilis ex domo quā putridiſtis vocant apud oxoniā anglie
ciuitatem lr̄is inſtructus. cū iohannis wicleffi libros offendiſſet quibus de rea-
libus vniuerſalibus titulus inſcribitur magnopere illis oblectabatur exemplaria ſe-
cum atulit. inter que de ciuili dn̄o. de eccleſia. de diuerſis queſtionibus contra
clerum. pleraqꝫ volumina veluti precioſum theſaurū patrie ſue intulit. imbutus iam ipſe wicleſiſtarū ve-
neno ⁊ ad nocendū paratꝰ virus in ciues euomuit. Cōmodauit aūt ſcripta que atulerat. his potiſſime qui
theutonicoꝝ odio tenebantur. inter quos iohannes emicuit obſcuro loco natus. ex villa hus quod anſerē
ſignificat cognomentū mutuatus. Hic cum eſſet ingenio peracri ⁊ lingua diſerta multūqꝫ dialecticis oble-
ctaretur ⁊ peregrinas opiniones amaret auide admodum wicleſiſtarꝫ doctrinam arripuit eaqꝫ theutoni-
cos magiſtros vexare cepit ſperans eo modo confuſos theutones ſcolā relicturos. Quod cū non ſuccede
ret a rege impetrarunt vt pragenſe gymnaſium ritu pariſienſis gubernaretur. Ea res magiſtratū ſcole theu
tonibꝰ abſtulit. Quam ob cauſam cōmoti magiſtri ac diſcipuli theutonici generis iureiurādo adacti vno
die ſupra duo milia pragā reliquere. nec diu poſt circiter tria milia ſecuti apud liptzk miſne ciuitatē triū die
rum itinere a praga diſtantem vniuerſale ſtudiū erexere. quod ab alexandro pontifice priuilegijs munitū
ac confirmatum fuit. ⁊ p illuſtres duces ſaxonie dotatū ac ſtructuris exornatum. a quo liptzk in cunctis au
gmētū ſenſit. Bohemis ſcole ſue gubernatio libera patuit. quoꝝ pricẽps habitꝰ eſt iohannes hus lingua
potens ⁊ mundioris vite clarus. qui vbi ſatis ſidei cōpactum ſibi exiſtimauit venenū quod iam pridem
occulte conceperat palam euomuit. multa de libris wicleffi in mediū attulit aſſerēs in eis omnem veritatē
ptineri. adijciensqꝫ crebro inter p̄dicandū ſe poſtq̄ꝫ ex hac luce migraret in ea loca proficiſci cupere ad que
wicleffi anima peruenisſet. quem virū fuiſſe bonum celoqꝫ dignū non dubitaret. Verū in lundano quadra
ginta quatuor articuli in eius libris reperti ab archiep̄o canthuarienſi ⁊ alijs ep̄is ⁊ doctis viris condē-
nati. wicleff exhumatus corpus cōbuſtum fuit. Sequebantur tamen iohannem cleri ferme omnes ere ali
eno grauati ſceleribus inſignes ⁊ ab eccl̄ia catholica recedentes ipſam valdenſiū ſectā ⁊ inſaniã amplexi
ſunt. Huius peſtifere ac iam pridem damnate factionis dogmata ſunt. Romanū preſulem reliquis epi-
ſcopis parem eſſe. Purgatoriū ignē nullum inueniri. Vanum eſſe orare pro mortuis ⁊ auaricie ſacerdo
talis inuentū. Dei ac ſanctos imagines delendas. Mēdicantiū religiones malos demones inueniſſe. Sa
cerdotes pauperes eſſe debere ſola contentos elemoſina. Auricularem cōfeſſionē nugacem eſſe. Suffice
re ſua quēqꝫ deo in cubili ſuo confiteri peccata. Cymiteriorum inanem vſum. Sacerdotē quocūqꝫ loco ſa
crū xp̄i corpus ꝯficere. In canonicis horis fruſtra tp̄a teri. Ieiunijs ab eccleſia inſtitutis nihil ineſſe me
riti. atqꝫ alios pleroſqꝫ errores edixere. Sed attulit nouam peſtem petrus dreſenſis. id eſt oppidū miſ-
ne ſuper albim ſitum. qui apud eccleſiã ſancti michaelis populū predicādo inſtruebat. iacobellū miſnēſ.
aggreſſus mirare ait doctum virū errorem aliū nō animaduertiſſe. cōmunionis eucharistie in qua ſb̄ vna
tm̄ ſpecie dn̄icum corpus miniſtratur. cū apud iohannē euangeliſtã ⁊ apoſtolū xp̄i ſub duplici ſpecie pa
nis ⁊ vini ſummi debere videatur. Cōmotus his iacobellus in vetuſtis codicibus dyoniſij p̄ſerim ⁊ cy-
priani cōmunionē calicis laudatā inueniſſet publice cōmouere populū cepit ne cōmunione calicis quo-
quo pacto negligerent. Huic heretici conſenſere haud modica geſcientes leticia quod articulum inueniſ-
ſent in euangelica lege fundatū. Inde varia attemptata fuerunt vſqꝫ ad conciliū conſtantienſe ſine fructu
Apud eīn glatouiam nobile monaſterium fratrū predicatoꝝ extra menia oppidi ſitū a fundamentis deijci
unt. eaqꝫ prima eccleſiarū ruina in huſſitarum nouitate facta. decurritur in eccleſias monaſteriaqꝫ paſſim no
biliſſima ſuperis dicata templa. ferro atqꝫ igne vaſtantur. Per idem ferme tempus ſurrexit ⁊ alius pſeu
do ſacerdos apud pragam iohannes quidā ex ordine premonſtratenſium ipſius monachus ⁊ in om̄e ſce-
lus audax. cū neqꝫ bene ſapere videretur monaſteriū carmelitarum inuaſit. Sophia interim anxia quo pa-
cto tueretur crebris nuncijs ac litteris ſigiſmundū vocare. vicinorum auxilia petere atqꝫ in omnes partes
mentem dirigere. Sigiſmundum malo vſum conſilio in turchos qui ſe iam prius caſtris exuerant arma
prius mouere quā bohemiam petere libido inceſſit. qꝛ ſi mox exercitum pragam duxiſſet anteqꝫ vires he
reticorum coaluiſſent nunqꝫ ea incendia germaniam exuiſſent. At ille cū turchos laceſſere parat bohemi
am amiſit ⁊ hungariā non defendit. Eapropter cū ſerū eſſet eius auxilium regina ex theſauro regio copi-
as cōparauit. arcem firmauit. pugnatūqꝫ deinde die noctuqꝫ quinqꝫ diebus ſeuiſſimis auſis. multi vtrinqꝫ
ceſi. pretoriū incendio deletū ac magnifice domus exuſte.

Linea ſumoꝝ pontificum

Johānes vigeſimuſtercius



Martinus quintus



Anno mundi. 6609. Anno xpi. 1410.

Johannes eius nominis vigeſimuſtercius papa. patria neapolitanus ⁊ nobilis. Baldeſar cognomento coſſa antea vocatus. ſancti euſtachij dyaconus cardinalis hoc anno ꝑdicto alexandro mortuo bononie pontifex creatus. ſedit annis. 4. menſes. x. Sunt qui ſcribant id factū violenter eſſe. q2 ⁊ legatus bononienſis eſſet ⁊ armatos milites tū in vrbe tū in agris ꝓ ſtatione habuerat. vt ſi ꝑcario id obtinere nō poſſet minis ⁊ armis tandē conſequeretur. Cum multi ꝓducti fuerunt neminē approbare voluit. date inquit mihi petri clamidē ego eam dabo pontifici. ille pallium humeris ſuis imponens. papa ait ego ſum. id q̄uis patribus diſplicuiſſet. vtcūq3 eſt. conſtat eum pontificem creatū fuiſſe ad eamq3 dignitatē ſemꝑ aſpiraſſe. Erat aūt hic pontificij ⁊ ciuilis iurū peritiſſimus. vir in temporalibus quidē magnus. in ſpiritualibus nullus omnino atq3 ineptus. ⁊ reꝝ gerendarū experientia magiſq3 vite ſanctimonia preditus. Qui ſuſcepto pontificatu dies aliquot bononie cōmoratus. ⁊ poſtmodum romā ꝓfectus eſt. fuerat eīm illa prius aliquanto de manibus extorta ladiſlai. Iter eius per agrum florentinū ⁊ ſenenſem ad inferū mare. inde ꝑ tarquinatem ad vrbem fuit. poſt hec apparatus facti. miſſeq3 aduerſus ladiſlaum copie. duces milicie erant paulus vrſus ⁊ Sfortia. Verū ſequenti anno iterato iohannē bello vexare cepit. Ideo pontifex timore correptus florentiā primo. poſtmodum bononiam venit. ⁊ nō ita multo poſt mantuā ad Johannem franciſcū gonzagam ꝓfectus eſt. ibidemq3 ⁊ laude ⁊ cremone cū ſigiſmundo ceſare de pellendo ladiſlao qui romā ⁊ multa eccleſie oppida occupauerat conuentū habuit. Inde ad concilium Johannes omniū nationū conſenſu citatus ad tollendū ſciſma duos cardinales in germaniā miſit. qui vna cum principibus gallice ⁊ germanice nationis locū ydoneum deligerent. Conſtantia igit̄ germanie vrbs ydonea eſt viſa Eo ꝓficiſcunt̄ omnes. ⁊ iohannes pontifex admonentibus quibuſdā ne id faceret. eo tamen profectus. Verū ſupueniente ſigiſmundo multa crimina pontifici obiecta ſunt. quoꝝ cauſa mutato habitu familiaq3 clanculū noctu fugiens. Cū iam amplius quatuor menſibus in concilio fuiſſet ſchaffhuſen abijt burgūdiā petere feſtinans. iuſſu friderici ducis ꝑ viam retentus imperatori tradit̄ ⁊ in inſula ſancti marci in carcere conijcitur. Cauſam fuge concilium diſquirere tum cepit. ad quadraginta exinde capitula contra eū probata ſunt. merito e pontificatu deiectus. ad ludouicū igit̄ bauarie ducem miſſus in haidelberga triennio aſſeruatus eſt. Tandem eo in concilio martinus pontifex ſurrogatus dū apud florentiā exiſteret ⁊ a coſma de medicis ciue florentino rogaret̄ iohannē a carceribus liberauit. Cū ad martinū venit ſeſe pedibus martini ſubijciens eū vt pontificem verū ⁊ vnicū recognouit. Martinus ea humilitate cōmotus. primus cardinalis efficit̄ tuſculan⁹. Nec annū integrū ſupſtes florentie e vita migrauit. vbi ⁊ a coſmo medice amiciſſimo ſuo honorificentiſſimo ſepulchro in diui Johannis baptiſte templo magna adhibita funeris pompa ſepultus eſt.

Anno mundi. 6616. Anno xpi. 1417.

Martinus quintus papa. patria romanus. otto cognomento colūna prius vocatus. Ex illuſtri colūnenſium familia natus hoc anno in celebritate ſancti martini epi ex cardinali dyacono in conſtantinſi cōcilio nationū omniū ⁊ cardinaliū conſenſu pontifex creatur. Is eīm a teneris annis cura parentū moribus et litteris imbutus. vbi adoleuiſſet iuri pontificio peruſij operam dedit. vnde ad vrbem rediens ob integritatem ⁊ doctrinam vrbani ſexti referendarius factus. Inde diaconus cardinalis ab innocentio ſeptimo creatus. humanior factus patrocinū ſuum omnibus preſtabat. In conuentu conſtantienſi cū multe in vtrāq3 partem altercationes haberent̄ ipſe mediū quoddam tenuit cōmuni vtilitati ſemꝑ conſulens. Hanc ob rem et imperatori ſigiſmundo ⁊ cardinalibus omnibus gratus. Qui in pontificatu conſtitutus nō ſomno ⁊ ocio ſed negocio ⁊ ſollicitudini deditus oīa ad rē pertinētia miro ꝑfecit modo. Vir antea nequaq3 ſagax exiſtimatus ſed benignus. In pontificatu tū ita opinionē de ſe prius habitā redarguit vt ſagacitas quidē in eo ſumma. benignitas vo non ſupflua neq3 minima reperiret̄. Peracto demū concilio reuerſus ꝑ fines mediolanen̄. Mantuanoꝝ ferrarienſiū rauennatū florentiā venit. bononiā vitans que ſe per id tp̄s in libertatē vendicarat. florentie vo bienniū fere reſedit ꝑ opportuno loco ad rē eccleſie componendā. Nā ⁊ cū bracio q̄ eccleſe oppida ꝑmulta occuparat oppitulantibus florentinis concordiā fecit. Illiuſq3 poſt hec fretus opa bononiam redegit in ſuā poteſtatē. ⁊ ceteras vrbes vbiq3 recepit. ex quo eius plurimū creuit auctoritas. florentiā tandē abiens ciuitatem metropolitano honore exornauit romā deſideratus ꝑuenit. vniuerſa vrbe eidem obuiā effuſa. que eū nō ſecus ac patrie parentē expectabat. quā adeo vaſtatā inuenit vt nullā ciuitatis faciē habere videbat̄. Quā ob rē pontifex pietate cōmotus ad eā exornandā cōponēdoſq3 mores ita animū adiecit vt breui ꝯualeſcens meliorē faciē ꝑ ſe tulerit. plura in vrbe reſtituit. Hic aūt vir in omni vita integer Demū pontificatus ſui anno quarto menſe tercio rome apoplexia morit̄. etatis ſue anno ſexageſimotercio. Sepelit̄ q3 eius mandato in baſilica conſtantiana ante capita apl'oꝝ ſepulchro eneo. comitante populo ro. et clero nō aliter flēte q3 ſi eccl'a dei ſi vrbs roma vnico atq3 optimo ꝑnte orbata fuiſſet. vacat tū ſedes dies. xij.

Linea imperatorꝝ
Sigiſmundus



Sigiſmundus caroli quarti romanoꝝ imꝑatoris filius. natione bohem⁹ ori
gine teuthonicus hungarie ⁊ bohemie rex. defuncto rupto romanoꝝ rege
anno ſalutis M.cccc.x. franckfordie ab electoribus ceſar electus eſt. vir quidem
ſtrenuus ⁊ ad omnia ꝑagenda ꝓmptuoſiſſimus. princeps ſingulari prudētia.
magnitudine animi. beneficentia ⁊ liberalitate inſignis. corporis quoqꝫ maieſta
te ac decore illuſtris. Erat em̄ ꝓclara facie. inclitus ſpecioſo atqꝫ robuſto corpore
magnitudineqꝫ animi ſiue pace ſiue bello eximius ac in erogando ꝓfuſus. Is
ſuſcepto regͣ ſtat cū comitatu maxio vniuerſam ferme ciſalpinā galliā ſedādi bel
li cauſa percurrit. Et cū multa eius egregia facinora memorie prodita ſunt. In
ter que illud ꝓclariſſimū ꝙ eccleſiam catholicā in tres partes diuiſam coacto a
pud conſtantiā generali concilio ad vnitatē redegit. Italiā. galliam. hiſpaniā an
gliam eius rei cauſa ꝑagrans vt erat xp̄ianiſſimus cū totā xp̄ianam rempublicā
ꝓpter ſciſmata labefactatā conſpiceret omniū nationū conſenſu ꝯſtantie concili
um indixit. vbi iohanne ꝓdicto. gregorio. xij. ⁊ benedicto nono pontificib⁹ ab
rogatis. electoqꝫ martino quinto vniuerſam rempublicā xp̄ianam ſua induſtria
ſuoqꝫ maximo labore cōponere ſtuduit. Mores etiā ſeculariuꝫ ꝗ̄ clericoꝝ (nimia
iam licentia labefactos) ſuo hortatu ⁊ virtute in meliorem reduxit formā. Vitol
do lituanie duci vt ſe regem appellaret miſſa corona indulſit. prius tamen ille vi
ta deceſſit ꝗ̄ ſolennia coronationis expleret. Pruſſiam quā rex polonie fratrib⁹
beate marie teutonicoꝝ armis ademerat reſtitui iuſſit. wentzeſlaū bohemie regē
germanū ſuū ꝙ regno inutilis eſſet cōiecit in vincula. quē is negligenter cuſtodi
tum magno reipublice malo quidā bohemi e carceribus ſurripuerunt. Ceterū
bello prorſus infelix. quem nō turchi dumtaxat ſed bohemi ſepe acie fuderunt.
Uxor ei prima fuit maria ludouici regis filia cū qua regnū accepit. Illius cauſa
duos ⁊ triginta regulos in hungaria primarios qui aliqn̄ rebellaſſent gladio
percuſſit. Ob quā rem ⁊ paulo poſt regina fatis functa in vincula coniectus eſt.
mulierіqꝫ vidue cuius virū interfecerat in cuſtodiam traditus donec regni ꝓceres ſuppliciū decernerent
ſed nō defuit capto in extremis rebus ꝓudentia. q̄ vt erat facundia preditus ⁊ potens mulieri longe me
lius eſſe oſtendit regiū ſanguinē conſeruare ꝗ̄ ſundere. dimiſſus ab ea barbarā comitis cilie filiam duxit
vxorem. nec diu poſtea compatris auxilijs regnū vendicauit. de ꝓditoribus ſuppliciū ſumpſit. mulieris
vidue filios ⁊ honoribus ⁊ opib⁹ inter primos regni ꝓceres cumulauit. Bohemia poſt multas calami-
tates vix tandem potitus eſt. Alberto duci auſtrie generi ſuo morauiam ne defenſore careret dona dedit.
Cū filiā eliſabeth ex barbara natā ei in matrimoniū copulauit. Marchiam brandeburgenſem Friderico
burggrauio nurmbergenſi dono dedit. Varia aūt fortuna annos ſupra quinquaginta regnauit. In ſeni
um deniqꝫ ꝑductus iterato in italiā venit. ad coronā auguſtalē obtinendam. ex germania in lombardiam
venies mediolanū ingreſſus. inde ꝑ ethruriā ad ſeneſes trāſijt. a qb⁹ honorificētiſſime except⁹ apd eos
aliquod menſes exegit. Inde ad Eugeniū pontificē romā ſe conferens ab eo coronā imperij accepit. Tā
dem romā abiens ariminū petijt. Deinde ꝑ ferrarienſem agrū iter faciens mantuā ꝑuenit. vbi aliquot im
moratus dies Jo. franciſcū gonzagā mantue dn̄m marchionali dignitate inſigniuit. Demū cum venetis
pace facta alpes ꝑtranſiuit ⁊ baſileā petijt. diſſidioqꝫ patrū quod tunc erat cū Eugenio ad tēpus ſedato.
vlmam ſe contulerat. Hic audita thaboritaꝝ orphanorūqꝫ cede legatos in bohemiā mittit. hortat̃ regni
quietē. Illi magno numero apud ratiſponā cū conueniunt regēqꝫ ſuū ſalutant. Exinde poſcentibus hun
garis nauibus ꝑ danubiū vectus budam petijt. vbi reformato rerum ſtatu vocatis ad ſe bohemoꝝ pricі
pibus in albo regali. lx. milia nūmū inter eos diſtribuit. dicta die qua vellet bohemiā ingredi nec mora
tus iglauiam venit. vbi conſilio cū bohemis habito legatoꝝ geſta comprobauit. His compoſitis Sigiſ
mundus imperator. ix. kal. ſeptembris anno. vi. ⁊. xxx. ſupra milleſimū ⁊ quadringenteſimū ab ortu ſal
uatoris pragam venit. qui paulo ante hoſtis cenſebat̃ extremis honoribus exceptus eſt. barones ac ciui
tates iurauerunt. ⁊ magiſtratus quos ip̄e conſtituit acceperunt. Redierunt tunc mendicātes ⁊ monaſteri
orum abbates. Iamqꝫ reges ei populiqꝫ xp̄iani de recupato regno congratulabant̃. Eugenius quoqꝫ pō
tifex maximus aureā roſam indicē ſue letitie ad eū miſit. Egrotare interea Sigiſmundus cepit. exaugete
morbo ſenectutis incomodū. Barbara iperatrix de retinēdo imperio ſollicita nobiliores ad ſe vocat. Mu
lier iā anus nouū coniugiū mente complexa filiā ex animo dimouet. Non latuerunt imperatorē furentis
femine excogitatus. in Morauiā ſe vehi iuſſit viſurū filiā anteqꝫ vita excederet. Illa cuꝫ viro Alberto ad
eum in ciuitatē venit quā znoymā vocant. Albertū ſucceſſorē ſuū nominat. hungarie ac bohemie primo
res rogat vt ſupprema ſuā voluntatē exequāt̃. Regna quibus prefuerat genero vltima voluntate reliquit
dicens beatū id regnū cui Albertus imperauerit. Supremis ordinatis inter amicoꝝ manus defecit. Cor
pus eius in Varadino vt in vltima voluntate placuerat ſepultū.

## Expeditio in Bohemos hereticos facta temporibus Sigiſmundi

Coſmas medicus florentinus potētiſſimus ciuis. Qui e florētia pulſus. Cū anno dn̄i. 1432. in vrbē reuocatus eſſet. gubernatōem oēm reipublice ſtatim reformare fecit. Vn̄ ⁊ multos alterius aduerſe factionis in exiliū egit. ſuit em̄ apud florentinos ciuis primarius. om̄iq̄ꝫ nō ſolum apud ytalos ſ; fortē et apud exteras nationes opū affluentia primꝰ habitus ē. Verūetiā prudētia humanitate. liberalitate. bonorūue artū ⁊ p̄ſertim hiſtoriaꝝ p̄ſtantia oēs ſupauit. Tāta fuit huiꝰ diuitiaꝝ abūdantia vt ſuo auxilio frāciſcus ſforcia mediolanēſiū ducatū obtinuerit. Multa quoq̄ꝫ eccl'iaſtica edificia cultiora reddidit. Et in primis celebre monaſteriū apud feſulas nō longe ab vrbe florētina ordinis canonicoꝝ regulariū extruxit. aliud etiā intra vrbē in honorē bti marci euāgeliſte ꝑdis ſancti Dn̄ici a ſolo edificauit. In q̄bus bibliothecas extruxit adeo ſupbiſſimas. vt om̄es ſupent in ytalia. libris notabilibꝰ in diuerſis facultatibꝰ. nō ſolū latinis ſ; ⁊ grecis. q̄ fuerant Nicolai de nicolis viri ſtudioſi lingue vtriuſq̄ꝫ periti illā exornans. alia quoq̄ꝫ ea in vrbe extruxit monaſteria ⁊ priuata edificia. Et nō longe a domo habitationis monaſteriū ſeu canonicatū ꝑmagnificū edificauit in honore diui laurētij. Que opa viri magnificentiā p̄ ſe ferūt. Porro cū ſic annis multis vixiſſet. Relicto filio petro virtutis paterne imitatore. anno domini. 1464. kal'. auguſti defunctus ē. in bona ſenectute. apud ſctm̄ laurentiū conditū cū hoc titulo. Coſmas medices patrie pater. laurentius ex filio petro nepos omnes auitas virtutes atq̄ꝫ diuitias reuiuiſcere fecit.

Nicolaus euboicus



Nicolaus euboicus ſagūdinus ep̄s latine ⁊ grece lingue atqꝫ elegantie p̄nceps laudatiſſimꝰ habet'. Qui in freq̄nti florētino ꝯcilio medius aſſiſtēs multis ⁊ eruditis viris audientibus diſputantiū v̄ba atqꝫ ſentētias tū grece tū latine ꝓlatas mira celeritate ⁊ adeo accomodate referebat vltro citroqꝫ in vtraqꝫ lingua fideliſſime ⁊ ſummo ornatu reddebat.

Ambroſius florentinus ordinis camaldulēſis general' abbas theologus inſignis latine greceq̄ꝫ lingue accurate doctus. ⁊ bonis omnibus diſciplinis ornatus in eo cōcilio clarus habetur. inter cetera ſui ingenij monimenta. Diogenē Laerciū de moribꝰ ⁊ vita philoſophoꝝ ad Coſmū mediceū e greco latinū fecit. Alia quoq̄ꝫ opuſcula docta cōpoſuit.

Joannes Tortellius natione aretinus romani pōtificis ſubdiaconus ⁊ cubicularius. ac nicolai poſtmodū pontificis ꝯtubernalis ⁊ ſtudioꝝ ſuoꝝ intimus comes grecis latiniſq̄ꝫ l'ris ac theologicis nō mediocriter doctus. hac tempeſtate floruit. Qui inter cetera ſtudioꝝ ſuoꝝ opa de ſcribendi rōne opus p̄clarū edidit. Et ortographiam ſuis l'ris ornat. Athanaſij quoq̄ꝫ vitā ad eugeniū papā in latinū tranſtulit. Et appianū hiſtoricū aduerbū interpretatus eſt.

Antonius cermiſanus medicorum monarcha



Antonius Cermiſanꝰ medicine monarcha. qui lectioni ordinarie padue lōgo tempore p̄fuit. Quē ſequētes miris extollūt laudibus. fuit homo hilaris ac iocūdus debite carnoſus cōplexionem a deo ſibi donatā optimā habēs. q̄ in ſenectute maſculos pulcerrimos poſt ſe reliquit. primus ex mente abolicaſum in terminis more iuriſcōſultoꝝ aperuit. Conſiliaq̄ꝫ ex viſceribꝰ Auicēne ad omnes egritudines poſteritati reliquit. Diem clauſit extremū. anno leg'l gratie 1441. viceſimaquarti auguſti. ſepultus apud ſanctum Antoniū padue.

Bartholomeus de montagnano medicꝰ



Bartholomeum montignanū philoſophū ⁊ medicū celeberrimū etas iſta attulit. Qui multarum rerum cognitione ⁊ ſcripturarū ſubtilitate ceteros ſua etate phiſicos ſuperauit. Qḋ pulcre libri de cōſeruatione ſanitatis a ſe editi oſtendūt. Adiecitq̄ꝫ his ⁊ cōſilia in medicinis de ꝑticularibꝰ egritudinibꝰ a capite vſq̄ꝫ ad pedes. Sil'r de balneis. de mō ꝯponēdi medicinas. Et antidotariū i cōſilijs. ⁊ alia multa.

Hugo quoq̄ꝫ Senenſis vulgatiſſimus medicus. per hoc ip ſuꝫ tempus diuina quadam ingenij ⁊ medendi gratia. om̄es qui ante illum in ethruria floruerunt excelluiſſe creditur. Qui ſuper primo Auicenne ⁊ Aphoriſmis Hyppocratis ⁊ Tegni Galieni. Et conſilia vtilia ſcripſiſſe dicitur.

Nicolaus de Tolleto ordinis heremitarum



Nicolaus Tollentinas eremitarũ ſancti Auguſtini pr̃. qui anno dñi. 1294. obierat hoc anno. 1446. frequẽtiſſim⁹ miraculis clarus ab eugenio pontifice (toto aſtãte pp̃lo romano om̃iqȝ cardinaliũ cetu) ſctõꝝ ꝓfeſſoꝝ nũero aggregatur. Voluerat tñ ioannes. xxij. pontifex q̃ de ei⁹ ſanctitate p̃cipuã habuerat noticiam. hũc ei honorẽ impꝛtiri. ſʒ multis belloꝝ ſciſmatũqȝ turbinibus vexatus. ac etiã morte p̃uentus. id hãc ad vſqȝ diẽ dilatuȝ ẽ. Is ſanct⁹ ex pyccno oppido qð ſancti angeli nũcupat̃ ſb̃ firmana ciuitate in r̃e ancita. p̃re cõpagno mediocribus parẽtib⁹ nat⁹. adultus fact⁹ corpus ꝛ aĩam dño ↄſecrauit. In adoleſcẽtie p̃mordijs mũdo renũciãs ordinẽ heremitaꝝ beati auguſtini complexus ẽ. inde m̃ltis ieiunijs vigilijs v̄beribus corpuſculũ afflixit. ꝛ cõtemplationi ſe totũ dedit. oĩs ei⁹ ſ̃mo aut rarus aut cũ opus erat de morib⁹. de religione. de pietate. de mundi ↄtemptu. vł de amore dei fuit ꝛ celeſti patria. cilicio circuloqȝ ferreo ſubtrito vtebat̃. q̃bus carnẽ ſuã plurimũ macerabat. diabolicas etiã tẽptatiões ꝑtulit. in eo q̃ȝ ꝓphetie ſp̃us fuit. ad eũ multi languẽtes. nõnulliqȝ malignis vexati ſpiritib⁹ ducti curati ſunt. triginta ãnis tolentino in cõuentu ꝑmanẽs. nũqȝ carnes oua piſces aut alia pinguia ſanitatis aut infirmitatis tp̃e rceptus ẽ comediſſe. Cũ q̃daꝫ nocte diu in oꝛõne ꝑſtitiſſet. in cella ſua obdormiẽs vidit ĩ ſomnis ſydus clariſſimũ ſitu non altũ. e loco natiuitatis ꝓgrediẽs qð poſt oratoriũ choꝛi in tolleto terminũ habuit. cognoſcẽs ꝑ hoc ſe emigrandũ. in eo loco ſepulturã elegit ad inſinuandũ claritatẽ ſanctitatis ei⁹. Sicqȝ ſanctiſſim⁹ vir celo receptus ẽ. hui⁹ aũt feſtiuitas decima die menſis ſeptembꝛis celebꝛatur.

Laurẽtius vallenſis



Laurentius vallẽſis vt aiũt canonicus. nõ min⁹ p̃hus ꝛ theologus q̃z rhetoꝛ ꝛ grãmaticus. hoc tp̃e clarus exñs. ad ioannẽ tortelliũ amiciſſimũ ſuũ Elegantiaꝝ libꝛos ſex ex neapoli dedit. quibus nil vtilius excogitari potuiſſet. Scripſitqȝ in dialecticã ꝛ in q̃ntilianũ cõmẽtarios digniſſimos. Ep̃las q̃ȝ pauli ſuo mõ in latinũ v̄tit. Homeꝝ inſup ꝛ herodotũ ac thucididem grecos latine loqui docuit. Nonnulla etiã alia acri cura ac diligentia conſcripſit. inuectiuas etiã aduerſus multos cõpoſuit.

Matheus palmerius natione floꝛẽtinus hiſtoꝛicus ꝛ p̃hus ac oratoꝛ diſertiſſim⁹. ip̃is q̃ȝ tp̃ibus viguit. Et inter preclaros viros in cõcilio floꝛẽtino annumeratus fuit. Chronicã euſebij de tempoꝛibus quã diligẽtiſſime emẽdauit. Et ab anno domini quadringenteſimo quadrageſimoſecundo vſqȝ ad annũ. 1448. ip̃e perfecit.

Blondus hyſtoꝛicus



Blondus flauius foroliuiẽſis vir doctiſſim⁹. ꝛ dicẽdi gr̃a gratiſſim⁹ eugenijqȝ põtificis ſecretari⁹ digniſſim⁹. ſʒ ip̃o tp̃e eas ob res multo habit⁹ ẽ in p̃cio. Qui p̃ter orõnes ꝛ ep̃las innumerabiles a ſe editas. maximã gloꝛiam ytalie cõtulit. q̃ꝛ p̄ ceteris latentẽ ſup̃ mille annos hiſtoꝛiã tanta attigit diligentia. vt duob⁹ ꝛ. xxx. libꝛis. eandẽ diffuſe oꝛnateqȝ oñderit. Nã omnẽ ne dũ ytalie ſʒ totius olim romani imperij ꝓuinciaꝝ regionũqȝ ſtatũ ꝑpulcre deſcripſit. Indeqȝ de roma triũphante libꝛos. x. Et de roma iſtaurata libꝛos. 3. ac de ytalia illuſtrata libꝛos quaſi. ix. ac alia m̃lta. Quinqȝ hic poſt ſe reliquit filios bonarum litteratũ feraciſſimos. nec patri inferioꝛes.

Guarin⁹ veronenſis



Guarinus veronẽſis criſolare bizantini diſcipulus grãmaticus. ꝛ oratoꝛ ac p̃hus eruditiſſimus. grece latine lingue facũdiſſimus. ferrariãqȝ legendo docendo et cõponendo cũ infinitam pene diſcipuloꝝ turbã ad ſe erudiendã traxiſſet. maximũ laudis preconiũ ꝓmeruerit. Tandem venetijs poſtea ferrarie. ꝛ victoꝛinus mantue publico ſalario võti. m̃ltos in vtraqȝ lingua erudire ceperũt Inter q̃s etiã mantuani ꝛ ferrariẽſes p̃ncipes fuere. Hic guarin⁹ cũ eẽt ingenij excellentiſſimi grãmaticales regulas vtiliter ĩ oꝛdinẽ redegit. indeqȝ ſtrabonis geographi europã. ꝛ vitã q̃rũdam ex plutarcho greco latinas eloquẽtiſſime fecit. h̃ntur eciã ip̃ius cõplurime elegantiſſime orões ꝛ ep̃le a ſe edite. Deficiens tandẽ in ſenectute bona. ferrarie apud carmelitas ſepulcro marmoꝛeo. inſigni decoꝛato epigrãmate ſepelitur.

Georgii Trapezuntiũ virum doctiſſimũ ꝛ apoſtolicum ſecretariũ cum his floruiſſe conſtat. q̃ꝛ ab eugenio pontifice rome publico gymnaſio vocatus. m̃ltis annis hyſpanos gallos germanoſqȝ viros preſtantiſſimos vna cum ytalicis oratoꝛiã ꝛ poeticam docuit diſciplinas. Rhetoꝛicã conſcripſit ꝛ alia.

Gregoꝛius tiphernas rhetoꝛ vtriuſqȝ lingue eruditus ſtrabonis aſiam in latinũ conuertit. Ioannes quoqȝ auriſpa ſecretarius ap̃licus rhetoꝛ luculentus in precio fuit. ꝛ quedam cõpoſuit.

Antonius guayuerius natione papienſis medicus celebꝛatus. hec ipſa tempoꝛa ſuo ingenio ſuaqȝ inſigni doctrina clarioꝛem reddidit. Qui in medicinis compoſuit de febꝛibus. de ſtomachi egritudinibus. de matrice. de artetica ꝛ iũcturis. ꝛ calculi paſſione tractatus cõpoſuit. Ferũtur ꝛ ip̃ius de fluxibus de pleureſi. de peſte ꝛ aliqua alia compoſita laude digna.

Linea ſummoꝝ pontificū

Nicolaus quintus



Caliꝛtus tercius



Anno mundi. 6646. Anno xpi. 1447.

NIcolaus q̄ntus papa. Thomas ſarzanus antea vocatus. a ſarzana oppido lucenſ agri. humili loco ⁊ familia natus. mr̄e andreola. pr̄e bartholomeo phiſico. pōtifex oīm cōſenſu creatur pridie nonas marcias. M. cccc.xlvij. Vir certe tāto principatu doctrina comitāte liberalitate magnificētia digniſſimus. Laudat̄ eīn eius liberalitas qua in oēs vſus ē. maxime erga litteratos q̄s ⁊ officijs curialibus ⁊ bñficijs mūifice iuuit. Eos premijs ad cōponendū ⁊ aduertendos grecos auctores in latinū ita perpulit. vt lr̄e grece ⁊ latine. q̄ ſexcentis iam antea annis in ſitu ⁊ tenebris iacuerāt. tū demū ſplendorē aliquem adepte ſint. Miſit ⁊ lr̄atos viros ꝑ omnē europiā. quoꝝ induſtria libri conq̄rerentur. qui maiorū negligentia. ⁊ barbaroꝝ rapinis perierāt. Hic cū oīm virtutum ornatiſſimus eſſet. Et in deū ac hominē bene meritus. vno eodemq̄ anno ⁊ ep̄atum bononienſem ⁊ cardinalis dignitatē ⁊ pontificatū adeptus ē. Qui cū pontificatū iniſſet ꝑter ſpem oīm. mūdi principes habuit fauorabiles. Ido motus felix hortante etiā friderico ceſare pontificatu ſe ſponte abdicauit. Qua ex re galerum cardinalatus ei trāſmiſit. Et legatū germanie ↄſtituit. Ea cōcordia ne dū populus ro. ⁊ etiā totus mūdus a tanta ſeditione liberatus admodū letatus ē. Et fridericus impator creatus vna cū leonora cōiuge ꝓ corona accipienda romā cōceſſit. Et ab ipo coronā ⁊ bñdictionē acceperūt. Multa etiā glorioſus hic pontifex in vrbe ⁊ extra edificia magnifice ⁊ ſplendide edificauit. in vrbe edes pontificias apud ſanctā mariā ad ꝑſepe. Reſtituit ⁊ templum ſancti Stephani. a fundamētis erexit ſancti Theodori tēplū. pantheū in medio vrbis poſitū. M. agrippe opus plūbeo tecto reſtituit. In vaticano aūt ⁊ pontificias edes in hāc formā quā nūc cernimus redegit. Et muros vaticani prealtos ⁊ latos inchoauit. Et molē ingentē quibus coherceri hoſtes poſſent. ne edes pontificis ⁊ beati petri templū (vt antea ſepe factū ē) diriperent. Extant adhuc vaſa aurea ⁊ argentea. cruces gēmis ornate. ⁊ ſacerdotales veſtes cū mitra pōtificia. q̄ hoīs munificentiā oſtendūt. Libros ꝑpulcros auro ⁊ argento redimitos magne multitudinis (cum adhuc imprimendi ars non ꝓdijſſet) ſuo iuſſu exſcribere fecit. Elemoſinas multas in pauperes ⁊ v̄gines inopes erogauit. auaricie adeo expers fuit. vt neq̄ officiū vendiderit neq̄ beneficiū ſimoniaca prauitate vlli collocauerit. Gratus erga ſe meritos. amator iuſticie. pacis auctor ⁊ cōſeruator. iubileū habuit. beatum quoq̄ bernardinū ordinis minoꝝ in ſanctos retulit. Tandem ſiue tedio animi quo maxime cruciabat̄ poſt captam cōſtantinopolim a turcis. ſiue febre ⁊ podagra. qua potiſſimū vexabatur. pōtificatus ſui anno octauo. M. cccclv. morit̄. Sepeliturq̄ in baſilica petri. honorificētiſſima pompa. cum inſigni epitaphio

Anno mundi. 6656. Anno xpi. 1455.

CAlixtus tercius papa. natione hyſpanus ex valentia ciuitate. patre ioanne. matre franciſca. generoſ parentibus natus. alphonſus cognomento boria antea vocatus. libere educatus. Sexto ydus aprilis hoc anno iam decrepitus cardinaliū ſuffragijs pontifex creatur. Vir certe magni conſilij ⁊ vtriuſq̄ iuris peritus doctor. Et alphonſi regis ſecretarius. Pontificatu ſuſcepto. Caliſti nomen de more ſuſcipiēs bellū turcis ſtatim indixit. Id ſe ante pontificatum vouiſſe oſtendens ſuo cyrographo. ad id perficiēdum predicatores per totam europam ſtatim miſit. qui omnes xp̄ianos in turcos animarēt. Et ſuis opibus eā adiuuarent. Ex hijs autem facultatib9 ad ſexdecim triremes rome edificatas in hoſtē miſit. patriarcha aq̄legienſi ꝑfecto. qui triennio maritima hoſtiū aſianoꝝ vexauit. Inſulas quaſdam cepit ac magnas calamitates hoſtibus intulit. Alphonſus aūt rex ⁊ burgūdie dux crucis ſignū ſuſcipientes. ituros ſe in hoſtē ꝓfitebantur. vel armatos milites miſſuros. ſacerdotibus interea aliquot dierū ſupplicationes decreuit. Mādauit preterea vt aſſiduo rogatu deus flecteretur. In meridie campanis ſignum dari fidelibus. vt orationibus eos iuuarent. qui contra turcos continuo dimicabant. Ea de cauſa officium transfigurationis domini noſtri ihesu chriſti ipſe ordinauit. Iuſſitq̄ eo modo atq̄ cum hijs indulgētijs celebrari quibus celebritas corporis chriſti in precio habetur. Et ꝓpterea ad vſum caſſanū perſarum ⁊ armenie principē ad reges Tartaroꝝ Ludouicum bononienſem ordinis ſancti franciſci fratrē miſit. Cum multis ⁊ magnis mūeribus eos in turcū excitans. qui perſuaſu hominis magnas turcis calamitates intulere. Pontifex quoq̄ ad tranſigenda negocia pontificia animū adijciens beatū Vincentiū hyſpanū cōpatriotam ſuū. Et beatū eadmūdū anglicum in ſanctos retulit confeſſores. Calixtus autem in omni vita integerrimus cum elemoſinas xpi pauperibus frequentes dabat in victu parcus. in ſermone modeſtiſſimus. Moritur pontificat9 ſui anno tercio menſe tercio. die decimoſexto. Reliquit centum ⁊ quindecim milia nūmum aureorū. quos in vſus bellicos contra turcos cōparauerat. Sepeliturq̄ in vaticano ad ſiniſtram baſilice ſancti petri in tēplo rotundo. quod ſancte Marie de febribus dedicatum eſt. Nicolai impenſa antea reſtitutum.

Linea imperatoꝝ
Fridericus tercius



FRidericus eius nominis tercius imꝑator Erneſti ducis auſtrie filius. Au
ſtrie. ſtirie. carinthie dux ꝛ comes tyrolis alberto romanoꝝ rege e vita ſub
lato. Anno dñi. 1440. cõmuni voto ceſar delectus. Inde coronã regni germani
ci apud ciuitatem aquenſem ſummo honore ſuſcepit ꝛ imperauit vſqꝫ in p̄ſens.
annis. 53. Is poſtq̃ diſcretionis annos attigit mox religionis induit zelum. ce
pitqꝫ rebus omnibus diuini cultus augmentum ꝓponere. quod ſibi ꝛ ſue nature
bonitas ꝛ nobilitas ſanguinis ſuadebat. Nã domus auſtrie principes (inter q̃s
plures ꝛ reges ꝛ imperatores floruerũt) tunc ſibi ꝓſpere ſuccedere ſperauerũt cũ
diuino cultui bene ꝛ conſtanter famulati fuiſſent. Quoꝝ veſtigia Fridericus ſecu
tus. Defunctis parentibus q̃primũ tutelã exiuit vt locũ videret in quo noſtra re
demptio celebrata eſt adhuc adoleſcens tranſmare nauigauit ſacra viſens loca.
vbi natus ſaluator. p̄ſentatus in templo. baptizatus ꝛ tẽptatus. vbi cenauit. vbi
iudicatus crucifixus ꝛ ſepultus ꝛ vnde celos aſcendit. Quid multa oſculatus eſt
terram vbi fuerunt pedes eius qui nos redemit. feliceq̃ reditum cũ gloria habu
it. Fuit eñ princeps catholicus ꝛ pius. etate florida. quã ſapientia. grauitas et
vite integritas comitabant. corpore ſtrennuus vegetuſqꝫ ꝛ robuſtus. apt⁹ ꝛ pa
tiens ad labores. fortis conſtanſqꝫ animi. ſobrietatis cultor p̄cipuus. De ſua de
niqꝫ manſuetudine. de religione. de iuſticia. de prudentia faciendum verbum ne
ceſſarium foret. Quõ neutralitatẽ eccīe romane nocentiſſimam ex natione ſua ſu
ſtulerit vt obedientiã germanici populi magno labore. maiori ſumptu atqꝫ indu
ſtria eugenio ꝛ nicolao reſtituerit. Unde ſecuta eſt qua nũc fruimur eccleſiaſtice
ſocietatis vnitas. Horremus tñ ingredi cũ paruo nauigio magnũ mare. neqꝫ no
ſtra hiſtoria eſt que maieſtatẽ tanti principis ꝑ ſua dignitate valeat explicare. ve
tuſtas eñ imperij ꝛ amplitudo ac auctoritas ꝛ gloria deducenda forent. ꝛ natio
germanica que ſibi obſequit. domuſqꝫ ex qua ꝓgnatus eſt. Cũ ea regũ ꝛ impe
ratoꝝ ſedes ꝛ ſepe hungarie ſepe boheme ꝛ aliqñ polonie reges dedit. que lau
des eius habunde demonſtrauit. Demũ pſona ꝓpria que corporis ꝛ anime dotibus egregie pollet. San
eſt tamen tacere q̃ maieſtatem tanti principis tenui vt noſtra eſt hiſtoria pcurrere. Uereor eñ ne quis me
putet in hoc opere pleraqꝫ ſcripſiſſe in gratiã imperatoris noſtri ac ꝓinde vanitatis arguenduz eſſe. quod
viciũ a graui viro p̄ſertim ſcribente longiſſime abeſſe debeat. qui tamen nouit fridericuz nemo adulatũ di
cet. Si eos adulari tantummodo dicimus qui mortaliũ facta dictaqꝫ ſupra verũ extollunt. Cũ hec ſcripta
eius laudes diminute magis q̃ ampliter attingunt. quis eñ eius imperatoris egregia facinora habunde
retulerit: qui annos tres ſupra quinquaginta ſapientiſſime imperiũ gubernauit. Omnes tandẽ qui mo
do regnant quiqꝫ regnaturi poſt hec fuerint fridericũ tanq̃ ſpeculũ quoddã virtutũ contueri appetere ar
bitror. Si gloriam regionibus. ſuis ꝓuincialibus quietem parare voluerint. Quã ob rem nõ plenam hi
ſtoriam ſcribo. ſed ea dumtaxat excerpo eaqꝫ pſtringo que ad exẽpla virtutũ ac ꝓbitatis accomodari poſ
ſe videant. Nunc igit ad ſequentia geſta redeamus. Prohibente ſciſmate vſqꝫ nicolaũ quintũ rome coro
nari deſtitit. rebus germanie interim compoſitis. Quo pontificante ordinatis p̄ſidibus auſtrie ꝓſecutus
iter ad oppidum ſancti viti ꝑuenit. ibiqꝫ natiuitatis dñice feſta ꝑegit. Ad quem locũ ꝛ ladiſlaum regẽ ꝓfi
ciſci iuſſit. Inde villacũ ſe confert. id eſt oppidũ eccleſie babenbergenſis ſupra drauũ ſitum non longe ab
ytalie finibus. ibi ꝛ bohemi ꝛ hungari ꝯuenerant. domi nobiles q̃plurimi qui romã videre. coronationẽ
ytalie ſpectare mores. militie cingulũ mereri magnopꝫ optabant. Ibi quoqꝫ dux auſtrie albertus germa
nus ceſaris erat. qui ſplendidũ ex ſueuia comitatum ad ſe vocauerat. Cupidus ꝛ ipſe q̃uis Rome in anno
iubileo fuiſſet rurſus ytaliã ingredi ac fraterne coronationis adeſſe ſolennibus. Ceſar relicto villaco alpes
aſcendit que germaniam ytaliamqꝫ diſiungunt. p̄miſſo alberto cum parte copiarum. ipſe regem ladiſlauz
ſecum ducens kal'. ianuarij ytaliam intrauit anno poſt iubileum primo. Legatos venetoruz patricios do
mi potentes obuios habuit. qui eũ ingenti gaudio exceperunt cum clero ꝛ reliquijs occurrentes. Ad vi
ctum omnia ſine p̄cio adminiſtrarunt quocunqꝫ ceſar in territorio venetorum ꝑuenit. Occurrere frequen
tes populi. laudare ſplendidum ceſaris comitatum. arma lucentia. decoras iuuenũ facies. flaueſcentes co
pioſaſqꝫ comas. lactea colla. cõmendare ſpeciem ceſaris imperio dignam. dicere grauem aſpectu. pruden
temqꝫ hominem iudicare. multa ſuper Ladiſlao rege proloqui. angelicum vultum. quietos mores. vltra
etatem geſtus. Potiſſime autem teruiſani ſingulari affectu ceſarem inſpexerunt memores olim ſub ditio
ne auſtralium ſe fuiſſe. quorum adhuc in pretorio ſigna videntur. Patauini quoqꝫ non ignorantes ad im
perium ſe pertinere. Inter hec teutones plurimi ex Sueuia Franconia rhenoqꝫ partibus per vallem tridẽ
tinam Ueronam Mantuamqꝫ tranſeuntes Ferrariam veniunt preſtolantes ceſaris aduentum. Ea re co
gnita relicto patauio ferrariam petijt. vbi borſius leto vultu honoratum ſe prebuit ac omnem magnificẽ
tiam oſtentabat. Omiſſa ferraria bononiã ꝑgit. vbi beſſarionẽ legatũ aplicũ occurrentem reperit. Inde
petiturus florentiam montes appenninos aſcenderat. Ingreſſus poſtea florentiam exceptus honore ma
ximo. occurrerũt duo cardiales. Parumꝑ aũt florẽtie morat⁹ donec edes coſme de medicis ceteraſqꝫ ſplẽdi

de vrbis ſtructuras ⁊ populi magnificentiã ſpectaret. Senas ꝓfectus eſt. Cũ ſenis eſſet Leonora filia re-
gis luſitanie filia alfonſi nepꝰtis ſibi deſponſata piſas venit. ſtatura mediocri. virgo annos natu ſedecim le
ta fronte nigerrimis atq; illuſtribus oculis. ore paruo. genis ad graciã rubeſcentibus ceruice facie cãdida
ex integro venuſta. Imperatrix igiť ſenas deducta eſt ieiunij ſcďa die. Occurrerunt primo ciues natu ma-
iores. deinde albertus ⁊ ladiſlaus. poſtea clerus. Fridericus cũ legatis aplicis extra duas vrbis portas ſpõ
ſe aduentũ expectabat. qua viſa in amplexꝰ ambo venere. Ubi hec geſta ſunt Senenſes marmoreũ lapidẽ
erexerunt. Ceſar poſt iter ſuũ vrbẽ verſus ꝯtinuauit. Apud viterbiũ mandãte põtifice ingens honor illi ex
hibitus eſt. Ad ydus marcias ex ſutrio iter romã ſummo mane accepit. ⁊ quicquid nobilitatis in vrbe fuit
obuiã datũ eſt. Uenit deinde ceſar in eminentẽ collẽ vnde vrbẽ ſpectare potuit. Leta oĩs nobilitas. cui ca-
put orbis vrbẽ viſere datũ eſt. cunctarũ gentiũ columẽ romã. vbi de colle deſcenſum eſt ſacer ſenatus aplí
cus occurrit. Sequenti die in pratis que ꝓxima erãt vrbi oĩs ceſaris comitatus ſe recepit. Ceſar trabea ve
ſtitus inter legatos ytalie eminebat. Imperatrix mirificis ornata cultibus portugalẽſibus circũdata oĩm ĩ
ſe occulos attrahebat. Ladiſlaus hungarie ⁊ bohemie rex tenera etate purpuratus. Albertus germanꝰ ce-
ſaris militie ductor obequitans ſuũ cuiq; locum demonſtrans. Duo ceſaris vexilla fuerunt. alterum quod
ſancti georgij vocitant. deinde vexillũ aquile. Poſtq; vrbẽ ceſar intraſſet eius equũ manu regere marſcalcꝰ
nudũ enſem ante ceſarem tulit. Epũs ſpoletanus vicarius pontificis ac plurimi epĩ ⁊ abbates inſulati ſan
ctorꝫ reliquias ferentes occurrerũt. Ceſar ſub aureo panno quod vmbraculũ vocitant ſiue baldachinũ in-
troducere vſq; ad gradus baſilice ſancti petri ꝑcedentes. ibi nicolaus pontifex ſede ſedẽs eburnea põtifica
libus ornamentis indutus. ſenatu cardinaliũ circũſtante verbis paternis ⁊ ſupra modũ benignis Frideri-
cũ ſuſcepit. qui pedibus eius exoſculatis auri maſſam obtulit. Cum q̃z ladiſlaus ⁊ albertus ac demũ impe
ratrix pedes baſiauerũt. Nicolaũ deinde rogat vt ex plenitudine poteſtatis ſe rome longobardorꝫ regẽ co-
ronaret. Idibus igiť marcij s apud ſancti petri ſummũ altare Fridericũ in regẽ longobardorꝫ coronauit. et
Leonora ꝑ oratores deſponſata inter miſſarꝫ ſolennia. denuo ei reiuncta fuit matrimoniũ benedictũ. Abſo-
luta mediolanenſi coronatione poſtridie ſolennitas auguſtalis cepta eſt. Romanus pontifex oĩm ſummam
beati petri arã in ſublimo throno ꝯſedit. Extra cancellũ duo tribunalia fuere. alterũ friderico. lenore alterũ
deputatũ. Fridericus poſtq; iuſiurandũ beato petro ⁊ nicolao in ea forma ꝓſtitit q̃ ludouicũ caroli filiũ iu-
raſſe decreta ꝯfirmant. alba indutus in canonicũ ſancti petri receptus. Inde auguſtale paludamentũ acce
pit. in mediã baſilice ꝓfectus trinã benedictionẽ ſuſcepit. Exinde ductus ad altare ſancti mauricij in ſcapu
lis atq; brachio dextro ꝓ veteri more oleo ſacro delinitus. ſimuliter ⁊ leonora. Pontifex rẽ diuinã inchoa-
uit. Inter celebrandũ diuerſe ſolennitates a priſcis inuente ſeruate ſunt. Sceptrũ quo regia poteſtas indi
cať. Pomũ quod mundi dñm oſtendit. Enſis qui belli iura demonſtrat ꝑ varias vices data. Poſtremo co
rona aurea inſulata ꝑcioſiſq; coopta gemmis ceſareo capiti impoſita. Impatrix q̃z poſt ceſarẽ coronam ex
manibus pontificis accepit. quã ꝯiugis Sigiſmundi fuiſſe ꝯſtabat. Ceſar q̃uis ornamẽta ſibi ꝑcio incre-
dibili cõpaſſet. In hãc tñ ſolenitatẽ palliũ. enſem. ſceptrũ. pomũ coronãq; caroli magni ex archiuis nurm-
bergenſiũ ad ſe deferri curauerat. Ut aũt coronationi diuiniſq; rebus eſt impoſitus modus leonora in ſuas
edes ſeceſſit. papa ⁊ imperator ad gradus baſilice ſimul venerunt. ibi pontifex palafredũ aſcendit. eiq; ce
ſar dextratoris officiũ ꝑ aliquot paſſus exhibuit. equo deinde conſceſo vſq; ad eccleſiarꝫ ſancte marie vna ꝓ
fecti ſunt. Tũc papa in pallatiũ redijt. ceſar in ponte adriani ꝓfectus ẽ. vbi albertũ fratrẽ pluresq; duces et
comites ad militie ꝓuexit honorẽ. ter quemq; gladio ꝑcuciens. Trecenti eo die ꝑcuſſi milites referunť. de-
inde cũ ſol occideret ad lateranũ ſe cõtulerat. ſplendidũ ibi ꝯuiuiũ habuit. Imperator igiť Fridericus mil
leſimo quadringenteſimo quinq̃geſimoſcďo anno. die. xviij. menſis marcij imperatoria corona donatus.
Alfonſi regis arragonũ precibus oneratus vt neapolim ſeſe cũ imperatrice ꝯferret. ſtatuit tanto regi morẽ
gerere. Ad regẽ igiť amicũ ꝓfectus ⁊ poſt eũ leonora. Qua aũt magnificentia neapolim imperator introi-
erat ꝯſultius arbitror reticere. Alfonſus qui antea neptẽ ſuã nunq; vidiſſet nuptã ⁊ in alto locatã ample-
xus eſt. Manſit illic ceſar ⁊ ſanctã ebdomodã ⁊ octauã paſce. Oſtendit quoq; alfonſus theſaurꝫ ſuũ quicq;
ꝑcioſum habuit. Inde ceſar naues aſcendit romã petiturus. Imperatrix octo diebus apud auũculum po-
ſtea manſit. deinde manfredoniã profecta eſt atq; illo ex loco ꝑ mare venecias nauigauit. Ceſar romam re-
diens triduo ibi manſit. Rediens deinde borſium eſtenſem mutine ⁊ regij lepidij ciuitatum ducem creauit
qui pro tanta dignitate ſuſcepta monile ꝑcioſum dono ceſari dedit. quod patrem vno ⁊ viginti milibus au
reis emiſſe ferebat. Is (poſtq; ſolennitas ducalis abſoluta eſt) ingreſſus nauem ꝑ fluẽta padi venecias pe
tijt. Cum ciuitati proximus eſſet nauigia infinita ⁊ artificũ ⁊ nobiliũ occurrerunt mirabiles ludos preben
tia. Franciſcus foſtari dux venetũ vir grandeuus qui triginta ⁊ amplius annis reipublice prefuerat cũ tre-
centis ſenatoribus obuiam venit. inauditam inſolitamq; feſtiuitatem vniuerſos oſtendere. Manſit autem
apud venetias diebus decem. Sumptus ei ⁊ conſorti ſue magnifice non ſolum in vrbe ſed in omni eorum
territorio prebiti ſunt. Deinde recedentem ſenatus vſq; ad littus profectus eſt. Fridericus poſt miſſa yta-
lia cum germanie metas attigiſſet. horribile viſu dictu mirabile videri poteſt. q̃nturbidam aeris faciẽ mu
tatũq; celi vultum offenderit. quod preſagium future cladis multi iudicauerunt. Preſertim cum intellexe-
rant quoſdam principes res nouas in germania ⁊ hungaria moliri ob regem ladiſlaum adoleſcentem. Pe-
tentem eñ ytaliam ceſarem rogauerunt auſtrales vt Ladiſlaum in paterna hereditate apud ſe dimitteret.
Reiecta petitione. auctoribus duobus Ulricis Altero cilie comite. altero eytzingero ſumptis armis rebel

huere. Redeūtē ex ytalia fridericū apud nouā ciuitatē obſidione cinxere. Quib⁹ ⁊ heinricus roſenſis na-
none bohem⁹ cū ducētis equitibus ⁊ mille peditib⁹ ſe adiūxit. Ceſſit fureti pplo frideric⁹. pupillūqꝫ adhuc
teneꝝ dedit. q̄ ſumma alacritate apud vienēſes except⁹ eſt. Hic glorioſus imꝑator inter liberos ex leonora
ſuſceptos primo criſtoferꝝ habuit quē immatura mors abſtulit. Et maximilianū ducē burgūdie poſtea re-
gem romanoꝝ. cū filia margareta vxore ducis albertī bauarie. Auſtrales aūt ⁊ ſi fridericū ceſarē accerſiu-
iſſent bohemis in noua ciuitate ⁊ in viēna obſederūt. Eo demū redacti ſunt. vt victores ex victo pacē peterēt
atqꝫ in eā rem auri ſex milia nūmū quotannis pēderent. Nouiſſimis aūt diebus cū mathia hungarie rege
bella varia geſſit. q̄ ei nōnulla incōmoda. ⁊ p̄cipue auſtralibus intulit. Viennā ac nouā ciuitateꝫ in auſtria
abſtulit. Que poſt mortē mathie fili⁹ maximilian⁹ prī reddidit. In pleriſqꝫ tñ locis. cū ei ſemꝑ ingens cu-
piditas pacis ⁊ otij fuit. xp̄ianoꝝ principū ꝓpter turcoꝝ incurſiones cōuentū p̄cipue anno .1471. Ratiſpo-
ne edixit. Et poſt aliq̄s annos Nuremberge. cū oēs ꝓxīū cōmodū q̄rerēt. imꝑauit vt ab armis diſcederēt
⁊ pacē inirēt. Ratus veniſſe tp̄s. gladios in turcoꝝ ⁊ infideliū nō in xp̄ianoꝝ viſcera ꝯuerti debere. Quā
obrē anno ſalutis .1486. filiū ei⁹ maximilianū ꝯſortē regni fecit. vt qd̄ p̄ ſenectute adimplere non poſſet. ꝑ
filiū regē ꝑficeret. Cū itaqꝫ ceſar nr̄ inclitus habūdat potentia numero hoīm ⁊ copia gentiū. etaſqꝫ ⁊ pru-
dentia ⁊ magnificētia ꝯueniāt (q̄ p̄cipue ſunt ad res arduas capeſcēdas) Speram⁹ vt ille aut fili⁹ eius det
pacem eccleſie. Et cōponat nō ſolū principat⁹. ⁊ omnē pplm xp̄ianū. ſꝫ vniuerſum orbē ad vnicā verā fi-
dem xp̄ianā ⁊ ſanctā deducet ecciam. ad altiſſimi dei gloriā ⁊ honorē. ſublimationemqꝫ throni ſui cū laude
perpetua ⁊ eterna ſalute. Quod vt diebus noſtris conſpicere valeamus pietas diuina concedat.

S. Bernardinus



Bernardin⁹ ſenenſ ordinis ſeraphici franciſci profeſſus. ⁊ inſtaurator egre-
gius ſua etate declamator. Is apud ſenam vrbē ethrurie nobili loco nat⁹.
qui poſtqꝫ lr̄as didicit. ac pōtificij iuris aliquā peritiā habuit. primouio qd̄ non
tenue a parentibus iam vita functis accepat inter xp̄i paupes erogato. abnegās
ſeculi pompas. ad religionē diui franciſci ſeſe recepit. Amatorqꝫ paupertatis exi-
mius. cū ordinē illū labentē ⁊ inſtitutione primeua longe remotū offendiſſet. re
ducere fratres in viā. cū diu fruſtra conatus fuiſſet. Neqꝫ eñ indurari maiorū cō
uentuū mores flecti poterāt. Vocatis ad ſe nōnullis quos ſanioris mētis inue-
nit. ſeorſum habitare inſtituit. hijſqꝫ domos ab vrbibus remotas ex elemoſina
ſtruxit. Iubēs oēs vt prīs franciſci volūtas fuerat nudis pedib⁹ ambulare. ve-
ſtes laneas ſine lino habere. cibo vinoqꝫ vti modico. plumas oēs effugere. i ſac
co dormire. nihil de craſtino eſſe ſollicitos. ꝓprij nihil tenere. pecuniā vt venenū
malūqꝫ peſtē fugere. victū elemoſina q̄rere. humiles eē. populis xp̄m ⁊ hūc cru-
cifixū p̄dicare. que oīa primus ipe implebat. ſobrius pater in p̄dicationib⁹ adeo
plebi acceptus. vt alter paulus crederet. per. xxx. ⁊ eo amplius annos vniuerſam ytaliā predicādo circui-
uit. quibus rebus adeo religionē auxit vt q̄nquaginta ⁊ ampli⁹ cenobia ꝑ ytaliā ſui ordinis a fundamen-
tis erexit. ⁊ fratribus impleuit. Mos ei fuit inter p̄dicandū nomē ihesu aureis litteris in tabella depictum
oſtendere. Cui⁹ rei nouitatē cū pleriqꝫ improbaret. a martino pontifice iuſſus ē nouū ritū relinquere. hūc
in nomine ihesu curaſſe morbos. ⁊ feciſſe miracula nō eſt ambiguū. Tandem apud aquilam bruttiorū vr-
bem terrene vite curſu pacto. ad celeſtem lucem migrauit. vbi corpus eius ſepultū. tercio ⁊ ſexageſimo vi-
te ſue anno. miraculis coruſcat. Ideo nicolaus quintus pontifex anno ſalutis. M. cccl. in iubileo admitē-
te ioanne de Capiſtrano ſanctoꝝ ordini aſſcripſit ac in cathalogo beatoꝝ patrum redegit.

Iubileus hoc anno. M. cccl. rome freq̄ntiſſimus hominū freq̄ntia fuit qui annus gratie magnus fuit
vt queādmodū ex lege veteri corꝑalis ⁊ animalis ſeruitus anno q̄nquageſimo extingueretur. Remit
terentur qꝫ culpe. ⁊ onera peccatoꝝ omibus. qui limina ſanctoꝝ apoſtoloꝝ ſincera mente ꝑquirerent. In-
gens igitur populi multitudo. ex om̄i xp̄iano ſolo ꝑ hunc annū romā petebat. Licet aūt quadragita ⁊ am-
plius hominū milia diebus ſingulis ꝑ vrbem templa foraqꝫ vaderent. diſſoniqꝫ mores. deformes habit⁹
ac diuerſa linguaꝝ genera cōcurrerent. Sapientia tamē pontificis actum eſt. vt neqꝫ victui neceſſaria defu-
erint. neqꝫ tumultus interciderint. Unica tamen horrenda viſu ⁊ auditu ſtupenda. paucis diebus ante fi-
nem iubilei calamitas accidit. Nam cum circa veſpertinā horam baſilicam ſancti petri frequens ppl̄i mul-
titudo peteret. neqꝫ minor iam recepta benedictione rediret. Facta eſt in ponte quem ſancti angeli vocitāt.
Ingens euntiū ⁊ redeūtiū concurſatio. Cūqꝫ hij atqꝫ illi a ſuꝑuenientibus vrgerent premerēturqꝫ turmis
accidit alios ruere. alios ſuꝑ ruentes vadere. Cūqꝫ nōnulli equis muliſqꝫ veherent cum iumētis vna pro
ſtrati calcatiqꝫ ſunt. Inde maius diſcrimen ortum. Nam parietibus pontis equato iacentiū cumulo. quā-
plures in tyberim ceciderūt horrendum ſpectaculū. alij vndis abſorpti. alij inter hominū brutorūqꝫ pedes
oppreſſi animas exhalarunt. quoꝝ corpora diligenter queſita. Romanus pontifex accurate ſepeliuit. Exe-
quiaſqꝫ hijs ſolēnes fecit. Capellamqꝫ marmoream in eodem ponte paulopoſt conſtruxit. diuturnū tante
cladis memoriale.

Anno precedēti peſtilētia ingēs q̄ primo in aſia exorta. ac deinde per illiricū dalmaciāqꝫ in ytaliā ſer-
pens. plures poſtmodū annos ad vltimos germanie ⁊ galliarum fines miſere. per om̄es fere popu
los debachabatur. Deinde in locis ytalie ⁊ q̄maxime mediolani deſeuit. Sequētibuſqꝫ annis vbiqꝫ peſte
laboratum eſt. vt pauci de multis ſuperfuerint. Quod quidem malū preter penuriam magnam. Etiam ſu-
perior ſolis defectio ⁊ frequentes terremotus indicauere.

Alfonſus rex



Alphonſus fardinandi arrogonie regis filius. Cuius pater ioānes vlterioris hyſpanie rex. qui currentis equi lapſu exanimatꝰ fuit. āno. 1442. renato ſupato. ⁊ pulſo in regno neapolitano ſuccedēs regnauit annis ferme. 22. Cū diu antea regnaſſet in arrogonia ⁊ ſardinia atq3 hyſpania annis multis. Renatus eīm rex ludouici andegauēſis frater. ex francoꝝ genere natus a ioanna regia contra alphonſum regē in apulio regno vocatus cū quatuoꝛ annis regnaſſ3 deiicitur. qui maſſiliā vñ in initio venerat mari reuerſus ē. Huius alphonſi pater vir ſanctus cū defeciſſet quatuoꝛ poſt ſe reliquit filios. alphonſum. ioannē. heinricū ⁊ petrū. Hic cū maioꝛ natu eſſet regnū paternū obtinuit. Et bellicarū rex gloriaꝝ pacis laudibus pferens ad id regnū oculos adiecit. in id magna claſſe deuenit. Et pfectum arcis maritime ad pditionē pellexit. ⁊ caſtellū cepit. inde bellū neapolitanis intulit. Mortua aūt regina cōtra renatū mouēs adeo neapolitanā vrbem longa ⁊ duriſſima obſidione fatigauit. vt multi fame perierūt. Tandē noctu p cuniculū furtim militibus intromiſſis vrbē cepit. ⁊ paulopoſt vniuerſis regni pceribus domitis vniuerſum regnū in ſuam poteſtatē redegit. Eoq3 tanto regno pacato neapolim rediēs. curru aureo triūphās vrbē inuectus ē. poſt magnifica geſta. Cuius dicta ac facta antonius panoꝛmita poeta clariſſimus diſertiſſime pſcripſit. qnto kal. iulij. clauſiſſe oculos traditur. nullis ex ſe relictis filijs legitimis. niſi tantū ferdinādū adhuc extantē ex cōcubina filiū. quē ⁊ in apulie regno ex teſtō heredē ſibi dimiſit. In arrogonie aūt regno Joānes frater ſucceſſit. Reliquit aūt hic inclitus rex cū ſuper tria regnaſſet regna. tantas diuitias quātas vnq3 vllus alius pdeceſſoꝝ regū fecerit. qui ſine ꝯtrouerſia regū principūq3 omniū quos noſtra etas tulerit. ⁊ ſapientiſſimꝰ ⁊ fortiſſimꝰ habitus ē. Rex inter voluptates moderatus inter adulatoꝛes firmus inter vana pleraq3 principum exercitia doctrine ſtudia haud omiſit.

Julianus cardinalis



Julianus ceſarinus cardinalis diaconus. Uir fidei xp̄iane amatoꝛ feruentiſſimus. Et oīmbus ṽtutibus tam diuinis q̄3 humanis oꝛnatus. queꝫ ſupioꝛibꝰ diebus. eugenius pontifex legatū in vngariā ad cōponendū inter ladiſlaum polonie regem ⁊ vxorē alberti impatoꝛis pacē miſerat. anno. 1444. apud budaꝫ regni vngarie caput inter ipos optimū pacis fedus iniſſet. Eo etiā regē ipm ⁊ vngaros omnes deduxit. vt magno cōparato exercitu contra turcos europam occupare volentes pficiſcerent. Qui turcoꝝ fines cū ipo exercitu hoſtili animo ingreſſi. Inter danubiū fluuiū ⁊ andrinopolim a ſolis oꝛtu vſq3 ad occaſum cū hoſtibus pugnātes. ad quadraginta turcoꝝ milia eo in cōflictu occiderūt. inter quos decem ⁊ octo ex primoꝛibus eoꝝ principibus cecidere. ī qua tamē pugna ladiſlaus ipe polonie rex viriliter pugnās ſagitta ſaucius interijt. Julianꝰ aūt ipſe mortuo rege ceteros in plio exhoꝛtās. dū3 xp̄iani ex multitudīe turcoꝝ terga ṽterēt. p xp̄i noīe occubuit.

Franciſcus Sforcia



Franciſcus Sforcia philippi marie ducis gener. Anno. 1448. tercio kalē. marcij. iure hereditario potitus. Quartꝰ mediolanenſiū dux efficitur. Et vna cum vxore blanca maria regnauit annis. 16. ⁊ menſe vno. Uir certe indicendo acerrimus ⁊ eloquētiſſimus. qui ſua eloquentia magnanimitate foꝛtitudine. liberalitate. ⁊ prudentia. veteres quaſi imperatoꝛes ſuperauit cum in re militari victoꝛioſiſſimus fuit. Qui etiam ipſa in iuuenili etate quantas in primis contra bracium. contra floꝛentinos venetoſq3. contraq3 eugeniū pontificem. contra mediolanenſes ⁊ alios ytalos obtinuerit victoꝛias. multis in locis clariſſima extāt trophea. Et que clariſſime geſſerit in multis poetarum oꝛatoꝛumq3 ſcriptis verſantur. Qui etiam permagnifice ⁊ ſplendide tum mediolani. tum alijs in vrbibus edificauit. Et in primis caſtellu3 iouis mediolani. aliud in lauda ciuitate cōfecit. hoſpitale magnificentiſſimū in vrbe fundauit. Extra poꝛtas cumanā apud ſanctaꝫ mariam incoꝛonatam. monaſterium cum eccleſia diuo Nicolao de tolentino dicata ſuaſu vxoꝛis blanche marie a fundamentis edificauit. Tandem ſex poſt ſe relictis ex vxoꝛe maſculis ⁊ ducibus femellis. anno a natiuitate domini. M. cccclxvi. marcio menſe moꝛtuus eſt. funeratus ingenti pompa in maximo vrbis templo loco ſublimi.



Solis defectus anno. M. ccccxlviij. quarto kal. ſeptembꝛis hoꝛa ſexta facta eſt. Quo anno maxima ⁊ cruentiſſima bella multis in locis ſurrexerunt. in anglia eīm ⁊. in gallia germania. flandria. peruſia. pānonia. apulia. ac in vniuerſa ytalia (vt dictum eſt) cedes rapine direptiones. incendia. vaſtationes. ⁊ infinita pꝛope mala et damna ſubſecuta ſunt. grecis autem moꝛtuo amurate turcoꝛum principe. multo maioꝛa illata ſunt damna. ⁊ ſeuioꝛa bella a mahumeto eius filio excitata ſunt. Sequenti deinde biennio tanta vbiq3 fuit peſtis vt de multis pauci remanſerunt. Id etiam malum frequentes terremotus indicarunt.

## De expugnatione conſtantinopolitane vrbis anno .1453.

Conſtanſtinopolis ciuitas orientis imperij ſedes ⁊ vnicū grecie domiciliū ſapiētie hoc anno q̄rto kal.
iunias a mahumeto turchoꝝ principe p. 50. dies obſeſſa vi ⁊ armis expugnata diripit̄ ⁊ fedat̄ anno
regni mahumeti tercio. q̄ coactis vndiqꝫ copijs mirabili apparatu terra mariqꝫ regiā vrbē aggreſſus. cuiuſ
deſcriptio in ſuperiorib⁹ habita ē. Ad terciū aūt diē captato vrbis ſitu machinas innumeras craticuloſaſqꝫ
ex virgultis viminibuſqꝫ ꝯtextas qb⁹ pugnātes tegerent̄ foſſatis admouit. Erat aūt murus fortis. q̄ tn̄ ſma-
chine cā horribili cedebat. Bombardaqꝫ ingens turri iuxta ſcti romani portā collidit. cui⁹ ruina anmuralis
foſſatū replet equatqꝫ vt via hoſtibus pateret. At cū turch⁹ trib⁹ iā locis ꝑcuſſis lapidibus muros deſpera
ret. Memoratu cuiuſdā inuidi xpiani ex colle biremes intronittere curat. Eſt eñ port⁹ ille in lōgū anguſtū
qꝫ ꝓtract⁹. cui⁹ oriētalē plagā colligate naues ⁊ cathena muniebant. inde hoſtib⁹ aditus impoſſibilis erat.
quā ob rē vt coanguſtaret circūuallaretqꝫ magis vrbē iuſſit in via eq̄re ex colle ſuppoſitis leuitis vaſis lacer-
toꝝ vi ad ſtadia ſeptuagīta trahi biremes. q̄ aſcēſu grauī⁹ ſublate poſthac eo apice in decliuū ad ripā leuiſſi
me ſin⁹ introrſum vehebāt̄. Inde pōtē lōgitudīs ſtadioꝝ circiter. xxx. ex ripa vrbi oppoīta q̄ vaſis vinarijſ
colligatis ſub conſtructis ꝯfixiſqꝫ lignis q̄ exercit⁹ decurreret ad murū. dyametraliſqꝫ cinctio ingreſſuꝫ tran
ſitūue ꝓhibebat. Tandē dato ſigno vndiqꝫ nō ſolū ꝯſtātinopolis orientis columen. ſ ipa qꝫ pera ne q̄d au
xilij grecis ꝓſtaret oppugnari cepta ē. Turchi rurſus ſubruere murū portaſqꝫ q̄tere innixi. Cernit̄ varia pere
untiū forma ⁊ plurima mortis imago. Cūqꝫ defenſio remiſſior fieret turchi aīaduertentes acri⁹ incūbūt. In
ingreſſu demū porte octigēti circiter milites ex latinis greciſqꝫ periere. ⁊ iā hoſtis ſupiorē muꝝ tenebat ſaxa ī
ciues deuoluens. Cū ſubito capta vrbe ceſis oīb⁹ in rapinas itū ē. In hui⁹ aūt vrbis populatiōe cōſtātin⁹
paleologus ⁊ ipē mr̄e helena genit⁹ oriētis imꝑator capite trūcat⁹ regni ſil̄ ⁊ vite finē fecit. datis qꝫ edictis
vt a ſex annis ſupra oēs vtriuſqꝫ ſex⁹ ꝑſone necarēt̄. ſacerdotes ⁊ vniuerſi monachi diuerſis tormētoꝝ ge-
nerib⁹ necati ſunt. Reliquū oē vulgus gladio datū. tāta ſanguinis effuſio vt riui cruoris ꝑ vrbeꝫ currerent.
Sic nobiliſſima vrbs ꝑ conſtantinū primū cōdita in manus infideliū venit. Ab eius ꝯditione M. c. xxx. vl̄
circa. Quibus geſtis omnia in predā dedit. ſacra templa fedauit. poſtremo turchi varia nephanda ꝑegerūt

Conſtantinopolis expugnatio a turchis



Sumcaſſianus feliciſſimus pſarũ ⁊ armenie rex. cui ꝓpriũ nomen aſſimbecꝰ Anno. 1454. zenza perſaꝝ rege deuicto ac interfecto perſis imperare cepit Hic pmũ regulus armenie cũ eſſet aĩo vaſto. bello potẽs ac ſcientiſſimus pſepe paucioribus copijs magnos fuderat exercitꝰ ⁊ zenzo rege interfecto filiũ captũ in pſarũ regẽ coronare velle finxit ⁊ vſq; in thauris vrbẽ q̃ pſaꝝ columen ẽ. pſi-cialſ oĩa oppida ⁊ arces occupãs. cũ ſatis ſibi cautũ putaſſet nouũ regẽ obtrũcans pſico regno potitꝰ ẽ ⁊ ſumcaſſianꝰ appellat. qđ latine magnũ virũ ſignificat. qui poſtmodũ bactrianos. medos ⁊ parthos ⁊ maiorẽ partem orientis ſibi ſubegit. Cũ eo caliſtus põtifex amiciciã inchoauit ⁊ magnũ honorem pontifici detulit. Cuiꝰ etiã ſuaſu magnas turchis calamitates intulit. Ad hunc ſenatꝰ venetus nigropõte pdito quedã oratorẽ miſit q̃ auxilia ꝯtra othomannũ turchum expoſtularet. Rex ab eo exoratꝰ ꝯfeſtim copias ſuas recenſuit ⁊ pmo impetu ſinaũ ciuitatẽ cepit. Inde trapezuntiã inuaſit vbi ad. xxx. milia turchoꝝ interfecit Poſt nõ lõge ab armenie mõtibus bis ad inuicẽ ꝯflixere ꝑlio. vt plures e turchis neci dati ſunt. inde aliqͦt interiectꝭ diebꝰ cũ turchoꝝ rege pace iniit ⁊ natos mutuo ꝯiugio copulauere

Sumcaſſianꝰ rex pſaꝝ ⁊c



Johannes capiſtranus



Iohannes de capiſtrano p idẽ tpˢ aprutio oppido nõ longe ab aquila vrbe cõſtituto ortus. ordinis beatiſſimi franciſci ꝓfeſſus xpiane religionis acerrimꝰ et egregius pdicator. Ex apłica iuſſione theutoniã ingreſſus eſt ac p carinthias ac ſtiriam venit in auſtriã. Cui ſacerdotes ac plebes cũ ſanctoꝝ reliquijs obuiauerũt Cũq; veluti apłice ſedis legatum ⁊ dei nunciũ ſuſceperũt. Iohanni occurrere oẽs accole veſtimentoꝝ eius fimbriã auide contingere. egrotes ⁊ male habentes añ pedes eius attulere. e quibus pleroſq; ſanitati redditos rumor fuit. Moratꝰ eſt autẽ in germania diebꝰ aliquot viam dñi pdicans. mortaleſq; oĩes ad penitentiã vocans. Inuitatus aũt iohannes nurmbergã vrbem germanie petijt. vbi vndiq; populi motus fuit. viri ⁊ mulieres impetũ fecerũt. intueri virũ lacrimas letitie deuotioniſq; mittere. leuare in celũ manus benedicere venienti. laudare mittentẽ. tangere. oſculari qui ꝓpe ſunt veſtimẽta veluti celo miſſum ⁊ angelũ dei reſpicere. apud minores deinde ſui ordinis fratres exceptus eſt. ibi cibaria ſibi ſuiſq; comitibus miniſtrata ſunt. Vitã in hũc modũ duxit. veſtitus dormire. ante lucẽ ſurgere. matutinũ. laudes. pmã. terciã orare. diuina deinde celebrare. hiſq; pactis ſermonẽ ad populũ latine ꝓnunciare. poſt hec interpres que dicta ſunt ab eo q̃tũ capax eſt exponere populo. Finito ſermone ad cenobiũ ſui ordinis reuerti. ac ſexta ac nonis complens infirmos viſere. diu apud eos morari. manus omnibus imponere. Birretũ ſancti bernhardini ⁊ cruorẽ quẽ illi mortuo e naribus fluxiſſe ferunt ſingulis egrotantibꝰ ſe admouere. precari ſupplex pro omnibus. exinde cenare. deinde his qui ſe accedũt audientiã pbere. mox veſperas dicere. hiſq; ꝯpletis ad egrotos reuerti atq; cũ his vſq; ad noctẽ ſe exercere. Cũq; demũ ꝯpletorio et alijs dilectis pcibus expletis corpus quieti dare minimũ eſſe. quod ſomno ferme nihil. Ad reuiſendos ſacre ſcripture codices pauſillũ furari temporis. ſic homo quaſi celeſtẽ vitã in terris agere immaculata abſq; ſorde. quẽ puſillũ corpore nurmberge vidimus. etate ſenecta. annos q̃nq; ⁊ ſexaginta natũ. ſiccũ. aridũ exhauſtũ. ſola cute neruiſq; ⁊ oſſibus ꝯpactũ. letũ tñ ⁊ in labore fortem. ſine intermiſſione ſingulis diebꝰ predicantẽ. altas ac profundas materias abſoluentem. Ferunt ⁊ hũc ceſarẽ fridericũ cupide audiuiſſe. multiſq; ſermonibus eius interfuiſſe. ac veſtimẽtis eũ ſacerdotalibus donatũ cũ apud viennã ⁊ auſtrales auarinã calcauit. libidinẽ ſubegit ⁊ honores ſeculi fugit. tandẽ eũ cũ honore dimiſiſſe. Cũq; audiſſet innumerabiles xpifideles a turchis capi ad pannoniã acceſſit ſuis exhortationibꝰ grandi exercitu ibidẽ congregato ꝯtra turchos impetũ fecit. ⁊ populũ exhortantẽ apud belgradũ trans danubij oppidũ tanto ardore xpicole pugnarunt vt magnũ de inimicis reportarunt triumphum ⁊ ferme ad ſex milia occiderunt. Eo deniq; mortuo magnis eũ coruſcare miraculis ferunt.

Fraciſcꝰ philelphꝰ poeta



FRanciſcum philelphum anconitanũ ex vetuſto Tolletini oppido natũ eq̃tẽ quidem laureatum. ⁊ lraꝝ tam grecaꝝ q̃ȝ latinaꝝ excellentiſſime doctum ad hec vſq; tempora cũ magna fama ꝑueniſſe conſtat. qui ⁊ grecã pariter ⁊ latinam orationem ſemꝑ exercuit. In omni genere ſcilicet dicendi ⁊ proſa ⁊ carmine. Is itaq; criſolare bizantini auditor ⁊ gener fuit. qui cũ ab eo doctiſſimus euaſiſſet. primũ apud venetos. poſtea apud florentinos. ſenenſes. bononienſes. ⁊ demũ mediolani philippo maria duce vocatus grecas latinaſq; lras plurimos docuit. ⁊ ibidem vſq; ad hec ferme tempora ſub quatuor ducibus cũ annua penſione fuit. vbi libros a ſe editos dereliquerat ſcilicet Sphorcidiarũ Satyraꝝ. de iocis et ſerijs. lyricoꝝ. cõuiuioꝝ. de morali diſciplina. epiſtolare tã grecaꝝ q̃ȝ latinarũ Orationes. 60. oratione ſoluta. Hippocratis libros de flatibus ⁊ corporis paſſionibus ⁊ in plutarco vitã galbe ⁊ othonis tranſtulit. Obijt deniq; bononie anno ſalutis noſtre M. cccc. lxxxi. nonagenarius.

Leonhardus de vtino ordinis predicatorum profeſſor ⁊ ſacrarum lraꝝ doctor tum diuinoꝝ eloquiorũ ⁊ ſtudiorum humanitatis doctrina. tum multa prudentia ⁊ ciuiũ gratitudine claruit. ⁊ multos ſmones ad populos erudiendos ⁊ de ſanctis per totum anni circulum poſt ſe reliquit.

Iuraſſe fridericũ imperatorẽ nunq̃ cõptũ ẽ niſi cũ in ciuitate aquenſi apud belgas. ⁊ cũ rome coronatus eſt. idq; iuramentũ conſtantiſſime tenuit. Cũ enĩ iureiurando ꝓmiſiſſet que bona poſſideret imperium nullatenus alienaturũ. ⁊ modo hoc modo illud ex eo peteretᷣ maluit auarus negando q̃ concedendo periurus videri. Eã ob cauſam petenti borſio marchioni eſtenſi ducatũ mutine tamdiu reſtitit donec monſtratum eſt. Cũ ducatum qui ſub annuo tributo concederetᷣ lucri magis q̃ alienationis ſpeciem habere. ꝑſertim cũ mutina ⁊ regiũ in poteſtate ſua non eſſet. Cum cũ quoq; fridericũ ceſarem terciũ cũ nonnulli dicta probroſa iactaſſent. referentibus aulicis. an neſcitis inquit fridericus. principes quaſi ſignũ ad ſagittas expoſitos eſſe. Turres quidem fulgura prealtas feriunt. humilia tecta preteriunt. At nobiſcum bene agitur ſi verbis tantum impetimur

Latiſlaus rex bohemie et hungarie



Ladiſlaus hungarie ⁊ bohemie rex ac dux auſtrie filius alberti ceſaris ⁊ ſigiſmundi imperatoris nepos. Cũ poſtumus naſcebatᷣ. qui mox vt in lucẽ prodit apud albã regalẽ ⁊ baptiſmũ xp̄iane fidei ſignaculũ ⁊ milittie cingulum et ſacrã hungarie coronam (quam mater penes ſe habuit) eadẽ die accepit. Inde ſublatus in tutela friderici ceſaris duodecim ferme annis fuit. cui mater ⁊ ipſum ⁊ coronã cõmendauit. Cũ cecidiſſet in bello vladiſlaus polonie rex qui regnum hũgarie aſſumpſit Ladiſlaꝰ cõi procerũ ꝯſenſu rex deſignatᷣ ſuiſq; auſpicijs deinceps in turchos pugnare cepit. Rex ãt paulopoſt magnificẽtiſſimus apparatibus bohemiã petijt atq; in praga ſummos honores conſecutꝰ regni coronã accepit. manſit ibi nõ ꝑuo tpe nec vnq̃ hereticoꝝ eccĩas intrauit. priꝰ tñ q̃ rediret in auſtriã vratiſlauiã nobilẽ vrbez inuiſit ſleſitarꝝ caput. Poſtea comes cilie a ladiſlao huniadis filio in caſtro regio obtruncatᷣ. Offenſus ea re regiꝰ animꝰ dolorẽ tñ ſuppreſſit. Rex budã ſe ꝯtulit vbi huniadis filios in carcerẽ rapi iuſſit. ꝑcuſſorẽ comitis ladiſlaũ natu maiorẽ capite plecti. mathiã captiuũ duxit ĩ auſtriam. In auſtria de ꝯiuge regi tradenda diu agitatũ. multe virgines offerebantᷣ. verũ nobiliſſimo regi nulla dignior viſa eſt margaretha Caroli regis francie filia. placet legatos mittere qui ſponſam petant. De loco nuptijs eligendo ꝯtentio exoritᷣ. hungari budã. auſtrales viennã. bohemi pragã tante celebritate deputandam aiũt. factione tñ georgij pogiebracij ſolennitas prage deſtinata. Ordinatis auſtrie rebus ingenti rex apparatu bohemiã petit. Inde due legationes miſſe. altera ad fridericũ impatorẽ de pace. altera ad carolũ frãcie regẽ filiã adducturã. In ea legatione. 800. equites profecti ſunt. quadrige aurate. matrone ⁊ virgĩes ſplendido apparatu que ſponſam ducerent. Imperator ⁊ auguſta vocati. ambe regis ſorores ⁊ cuncti germanie principes. Sꝫ hos cogitatus inmatura mors regis interrupit. Ladiſlaꝰ igitᷣ. x. kal. decembris egrotare cepit. Cũ medici accerſiti deſperata ſalute. Georgius vocatꝰ cũ quo plura locutus. finito ſmone de curatione aĩe actũ. xp̄iano more ſacramenta exhibita. vbi aĩa amplius dimorari nõ potuit. ſacrã candelam petijt ⁊ intuens ſaluatoris imaginẽ orationẽ dñicã orſus ꝓnunciato ſꝫ libera nos a malo nihil amplius locutus mortalis vite lumen reliquit. O inanem gloriam. quid dignitates. opes. potentiam tantopere flagitamus. Ladiſlaus nobiliſſimus adoleſcens duo de viginti natus annos in ipſo etatis flore tot regnis ⁊ gentibus imperans intra. iij. ⁊. xxx. horas poſtq̃ egrotare cepit extinctus eſt. Mortẽ eius alij morbo. alij veneno imputauere. qui ad. viij. kal. decembris regia pompa in ſinu proaui ſui caroli quarti romanorum imperatoris ſepultus fuit in ede ſancti viti prage.

Theodorus theſſalonicenſis vir greca latinaq; lingua apprime eruditus. pontificis iuſſu quom alia egregia grecoꝝ volumina tũ theophraſti de arboribꝰ plantiſq; opus inſigne in latinum conuertit.

Varia nunciata prodigia anno M.cccc.lvi. in ſabinis menſe februario vitulũ capitibus duobus ortum rome ſanguinẽ apud veneris portam. in ligurio carnes pluiſſe. In agro piceno ortus infans dentibus ſex. facie inſolite magnitudinis. future calamitatis que poſtea ſecuta eſt magna ꝑfecto indicia.



Cometes gradu. 15. cancri in oriente menſe iunio viſus eſt. Inde anno ſequenti cometes quã nigrũ appellant M.cccc.lvij. anno iunio menſe gradu. 20 piſciũ ꝑ menſem viſus varie mortaliũ mentes affecit.

Maumetes turchoꝝ imperator ad thaurinũ oppidũ quod nũc albaz dicunt ad confluentes sauũ danubiũq; ſitũ a paucis xp̄i cruce ſignatis fuſus fugatus caſtris exutus eſt. Iohannes genere hiſpanꝰ cardinalis ſancti angeli magnas illic copias cõparans. quo cũ erat iohãnes capiſtranus de quo cõciti pãnonij ad inſequẽdos barbaros maximã ſtragẽ infinito hoſtium numero parua manu dedere. Bellũ aũt geſtũ eſt die ſancti ſixti. qui ẽ viij. ydꝰ auguſti. ob idq; calixtꝰ. iij. põ. eo die trãſfigurationez dñi ꝯſtituit

Terremotus ꝑmaximus anno dñi. M.cccc.lvi. die quinta decembris hora noctis vndecima. Et iterũ xxx. die eiuſdem menſis hora. xvi. fuit vt in memoria hominũ nõ ſit ⁊ nuſq; legitᷣ tam vehemẽtes fuiſſe ⁊ tam magnũ ſpaciũ terre occupaſſe. ꝑcipue in regno apulie. In neapoli beneuento ⁊ multis alijs ciuitatibus ⁊ villis circũſtantibus. ex quo multa templa ⁊ in neapoli pallatia. domus cuꝫ interitu magno hoĩm pecorũq; corruerũt. Et in terra laboris capue. caiete. auerſe ceteriſq; veteris campanie vrbibus. Fuerũt nihilominus ⁊ alij terremotus ꝑcepti inter ꝑmũ ⁊ ſcõm etiã poſtea ſꝫ tenues ita vt nullum damnum edificijs ac perſonis intulerunt.

Linea ſummoꝝ pontificū

Pius ſecundus



Paulus ſecundus



Anno mundi.6657. Anno xpi.1458.

Pius eius nominis ſecundus papa eneas cognomento picolhomineus an/tea vocatus. natione ytalus. ſenis oriundus. corſimiani ortus patre ſiluio. matre victoria. Ideo prius eneas ſiluiꝰ poeta vocitatus hoc anno patrū omniuꝫ conſenſu terciodecimo kalendas ſeptembris pontifex creaꝰ. vir quidem oī laude dignus eloquentiſſimus copioſiſſimuſqꝫ. prudentie ſingularis. qui nō ad ocium ſed res maximas agendas vocatus. Is corſiniani cū p etatem diſcere potuiſſet grāmaticam didicit. Annū vo decimū ꝛ octauū agens ſenas ꝓficiſcitꝰ vbi a neceſſarijs ꝛ cognatis adiutus poetas primo. mox oratores audiuit. quibus facultatibus tanto ingenio valuit vt breui preclara poemata latina ediderit. inde ad ius ciuile ſe contulit. Poſtea dominicū capranicū ſecutꝰ baſileā ꝑuenit. Deinde bartholomeū nouarienſem epm. ꝛ poſt eum nicolaū ſancte crucis cardinalem ſecutꝰ Iterū ad baſileam ꝓficiſcens ſemꝑ in honore apud omnes eſt habitus. Fuit eī̄ ſcriba in illa ſynodo ꝛ lraꝝ aplicaꝝ abbreuiator. In eo aūt ꝯuentu ꝑſepe orauit. Legationes plures ꝯcilij cauſa obiuit. Orator deinde ad fridericū imperatorem a felice miſſus tantū dexteritate ingenij valuit vt eū corona poetica donatū in amicos ꝛ ꝓthonotariū receperit. Relatus deinde in ſenatoriū ordinem. quē princeps in rebus grauibus conſulit. Creato autē nicolao pontifice dum ab eugenio ſubdyaconus creatus eps tergeſtinus moritꝰ. in cuiꝰ locū eneas ſe quidē inſcio a pontifice ꝛ imperatore ſuffectus eſt. A calixto aūt pontifice in numerū cardinaliū refertꝰ. ingreſſus conclaue poſt obitū calixti pontifex creaꝰ. Accepta pōtificia corona confirmata prius eccleſie ditione ſe totu ad curam reipublice xpiane conuertit. Sigiſmundū auſtrie ducem cꝫ in cardinalē aduincula petri aīaduertiſſet diris execrationibus ꝓſecutus eſt. Maguntinū inſuꝑ antiſtitē ſede deiecit. Beneuentanum qꝫ archiepm ſūmouit. nil regibus. nil populis timore aut auaricia cōceſſit. katherinā ſenenſem inter ſanctas xpi virgines retulit. pragmaticā in gallia abrogauit. ſodinas inuenti tū alumis apud tolphā inſtituit. Cultor iuſtitie et religionis. admirabilis eloquio. Inter ferdinandū regem ꝛ ſigiſmundū malateſtam inducias compoſuit. vt mantuā vbi cōmunem xpianoꝝ conuentū indixerat tuto ꝓficiſci liceret. media igitꝰ hieme ab vrbe diſcedit. mantuā poſtremo ventū eſt vbi magnus erat principū numerus. magna legatoꝝ vis. actūqꝫ eſt pio illo dicente vt bellū cōmuni oīm decreto turchis indiceretꝰ. Vrbem aūt romam multis exornauit edificijs. ꝛ tybure arcē conſtruxit. ac ſenis nōnulla ornatiſſima edificare fecit. Fuit aūt continentiſſime vite ꝛ otij inimiciſſimus. homo ſtature breuis. caput habuit ante annos canū. facie ſenecta. aſpectu ſeueritatem facilitate conditam oſtendebat. Circa cultū corporis neqꝫ moroſus neqꝫ negligens. robuſtum ei corpus natura dederat. quod mī longe ꝑegrinationes ꝛ crebri labores attriuerant. accedebant morbi eius familiariſſimi tuſſis. calculus ꝛ podagra quibus ꝑſepe cruciabaꝰ. Duodecim cardinales ſuo pontificatu veteribus addidit. Qui tandē ancone dū venetorum ducem belli ſocium ancone expectat vt contra turchuꝫ cū innumerabilibus populis ꝓficiſcerenꝰ. diuturna ꝛ lenta febri afflictatꝰ moritꝰ anno ſexageſimoquarto ſupra quadringentos ꝛ mille. xviij. kal. ſeptembris. anno vero pontificatus ſexto. diebus ſex minus. Funus ancona romā defertur ꝛ in baſilica ſancti petri conditꝰ ad altare ſancti andree. Delectatus ē aūt mixto ſcribēdi genere ideo plura opa edidit. Caput ſancti andree e peloponeſſo romā auectū in ſacello ad id fabrefacto collocauit. cognitionē qꝫ reꝝ antiquaꝝ nō omiſit cū ꝯmentarioꝝ libros ſcripſit ꝛ plura alia.

Anno dn̄i.6663. Anno xpi.1464.

Paulus ſecundus papa patria venetus. patre nicolao. matre polixena. petrus barbo antea vocatus. eugenij pontificis ex ſorore nepos ſancti marci pſbiter cardinalis hoc anno pridie kaln. ſeptembris pōtifex creatur. vir certe magni animi. corpus habens egregiū maieſtate dignū. Is adoleſcens adhuc intutus in mercaturā erat. que apud venetos in precio eſt. Ei nunciatū eſt gabrielem auūculū ſuū pontificem creatū eſſe. ſubſtitit adhortante fratre paulo barbo. ac lris (licet iam adultus eſſet) operam dedit. inde vocatus ab eugenio archidiaconatū bononienſem. ac poſt epatum ceruie cōmendatione adeptus ꝓthonotarius ab auūculo creatur. Tandem vna cū alouiſio patauino medico. quem poſtea patriarchā appellarunt cardinalis ab eugenio creaꝰ. Erat aūt natura blandus. natura humanus. Mortuo itaqꝫ pio in eius locū ſuffectus ē. Duo bella quidem patria in ytalia ſuſcepit. que nulla re priꝰ repetita bello ſ; inſidijs incboata poſtea deſeruit. In colligēdis aūt pecunijs ita diligēs fuit vt ferc ſp bn̄ficia ꝛ epatus his ꝯmitteret q̄ officiū aliqđ venale haberēt vn̄ elici munꝰ poſſꝫ. his aūt pecunijs interdū etiā ad liberalitatē vtebaꝰ. nā ꝛ cardiales paupes maxie ꝛ epos ꝛ pricipes ac nobiles domo extorres. virgies. viduas. egrotos freqn̄ꝰ iuuabat. Curauit itē vt rome annona ceteraqꝫ ad victū ꝑtinētia viliꝰ qꝫ antea vēderēꝰ. Multa deinde edificia ſplēdide ac magnifice tū apud

ſanctum marcū. tunc vō in vaticano qđ ad munificentiā pertinet extruxit. iuſtus quoqꝫ habitus ē. hic pon
tifex ac demens moroſus ⁊ difficilis canonicos regulares e ſancto ioanne laterano pulſos a caliſto ponti-
fice reſtituit. Cognita aūt georij regis bohemie pfidia. in boiem vngaros ⁊ germanos cōcitauit. Appara
tu aūt pontificio maiores ſupauit. In corona ſiue mitra in quā multas opes contulit coemptis vndiqꝫ ac
magnis p̄cijs adamantibus ſaphiris ſmaragdis chriſolitis hiaſpidibus vnionibus ⁊ quicqđ gemmarū
in p̄cio ē. Tandē vō decem cardinalibus creatis. quoꝝ de numero franciſcus ſauonenſis eius ſucceſſor exti
tit. Cū annos plurimos viuere ſibi pſuaſiſſet. anno ſalutis noſtre. 1471. v. kal. auguſti. ſecūda hora noctis
Cū eo die letus ꝯſiſtoriū habuiſſet. ⁊ iocundiſſime cenaſſet. apoplexia correptus. vitā cū morte mutauit.
anno pontificatus ſui ſexto. menſe. x. peponū eni eſu. canceroꝝ. paſtilloꝝ. piſciū ſuccide admodū delectaba
tur. Quibus ex rebus ortam credūt apoplexiā illā. qua e vita ſublatus ē. Nā duos pepones. ⁊ quidē p̄e-
grandes comederat eo die. Quo ſequenti nocte mortuus eſt. Eius corpus in baſilica beati petri mane ſe-
pulture traditum eſt. Et tūc vacauit ſedes dies nonem.

Antoninus archiepiſcopus florentinus



Antoninus florentin⁹ archiep̄s ordinis p̄dicatoꝝ pfeſſus pater. hiſtoriarū
ac romane vrbis olim auditor cauſarū. ſanctiſſime vite ⁊ moꝝ vir. ⁊ ſacro-
rū dogmatū admodū doctus. hijs temꝑibus. ob lraꝝ gloriā apud ytalos in p̄e
cio habitus ē. Qui multa ⁊ grandia volumina. magno qdem cōfecto labore. lō-
giſqꝫ lucubrationibus poſteritati reliquit. que legentibus atqꝫ audientibus ma
gnā afferūt doctrinā ⁊ voluptatem. Ex quib⁹ extat ſumma accuratiſſima in caſi-
bus cōſcientie ſacerdotib⁹ ꝑ neceſſaria. Et ⁊ multos hiſtoriarū libros ad erudien
dos mortales ꝯpoſuit. Tandē āno domini. M. cccclix. deficiēs. vi. nonas maij.
nō ſine magna ſanctitatis opinione fuit. cū crebris miraculis claruerit. Eius au
tem ſanctū corpus ex domo epali. ad ſanctū marcū ordinis ſui delatū. cū magna
populoꝝ frequentia ⁊ veneratione ſepultum fuit.

Borſius marchio inde dux ferrarienſis



Borſius eſtēſis marchio. Et primus ferrarie dux
leonelli marchionis frater. Et nicolai eſtenſis fi-
lius. defuncto leonello fratre maiore. in regnuꝫ ferrarie
ſuccedens. regnauit annis. 22. Vir certe ingenio diuino. in quo nihil fucatū. ni-
hil ſubdolū. Eius verba ſapientie plena. opa aūt grauiſſima. ⁊ ſemꝑ regia. ad eū
cum fridericus ceſar accedens. viſa hominis celſitudine ⁊ animi magnitudine. il
lum mutine ⁊ regij (vt premiſſum ē) ducem primo creauit. Deinde exactis mltis
annis romā accedēs a paulo pontifice magnifice exceptus. ab eodē ducatus fer-
rarie inſignitus fuit. Nicolaus aūt pater cū hos ⁊ alios ex pellicibus genuiſſꝫ fi-
lios. ſenio cōfectus. alios ex vxore ſuſcepit liberos videlicet herculē ⁊ ſygiſmun
dum. quos moriens regni heredes ſub leonelli tutela reliquerat. qui eos neapo-
lim relegauit. ⁊ regnū omne occupauit. Et cū ludouici ganzage ſororem haberet
vxorē. ex ea nicolaū tantū ſuſcepit filiū. Quo nato nō multo poſt mortuus. cū ni
colaus regno aptus non eſſet. hac conditione in borſiū imperiū deuenit. vt poſt obitū nicolao iureiurādo
regnū reſtitueret. Borſius principatu ſuſcepto cū prudentiſſimus eſſet herculē ⁊ ſygiſmūduꝫ relegatos re
uocauit. ⁊ eos ac nicolaū tanqꝫ filios cariſſimos omnes habuit. Erat autem diuinaꝝ humanarūqꝫ litera-
rū egregie doctus. ⁊ doctorum viroꝝ amator. Hic vrbē ferrarie miris edificijs ornauit. Nam arcem nouā
⁊ curiā pulcerrimis edificijs clariorem reddidit. Monaſteriū inſuper toto orbe celeberrimū ingenti impē
ſa ordini carthuſienſiū a ſolo cōſtruxit. deniqꝫ anno regni ſui. xxij. in pace quieuit. Eius corpus apud car-
thuſienſes ingenti pompa delatum. humili loco ſepeliri voluit.

Ferdinādus rex



Ferdinandus huius nominis ſecūdus. alphonſi regis ex concubina filius.
hijs temporibus patre defuncto. ex eius teſtamento in neapolitanū regnuꝫ
eidem ſuccedens. Alphonſo autem ſine legitimo filio defuncto. id regnū feudata
rio ⁊ antiquo iure ad ſedem apoſtolicā deuolutā cenſebatur. Quod cum calixtus
pontifex armis repetere ſtatuiſſet. morte ſuperueniēte diſturbata ſunt omnia. At
ferdinādus metu liberatus ab eius ſucceſſore pio papa regni cōfirmationē. recla
mantibus gallis accepit. Quo regno in pace adepto multos hoſtes bello poſtea
profligauit. hūc pius pontifex cum vehementer diligeret. et regno confirmauit.
⁊ regia corona donauit ac coronauit. Et ei etiā annuū cenſum in parte relaxauit.
Inde auxilio pontificis ioannem andegauenſeꝫ renati filiū apulia fugauit. Pio
pontifice poſtmodū mortuo ferdinandus cum paulo eius ſucceſſore. ⁊ ſequenti-
bus pontificibus inimicicias ſuſcepit. ꝙ peterent tributū quod ſingulis annis eccleſie romane pendebat.
⁊ ob bene merita relaxari optabat. Inde multo maiores ſimultates cum ſenatu veneto ob cipri regnū cō-
cepit. Et turcum in venetos (vt aiūt) concitauit. Veneti igitur cū turco pacem cōpoſuerunt. qui omnē vim
belli in regem conuerterūt. ⁊ hydruntū maritimā ytalie ciuitatem ei abſtulerūt. Et verendū fuiſſet niſi ma
humetes morte ſublatus fuiſſet. plura damna regno apulie intuliſſet. Eo vō mortuo. difficilimo bello vr
bem hydrunt. rex per alphonſum calabrie ducem filium ſuum in armis ſtrenuū recepit.

ANno abhinc ferme ſexto ⁊ q̄dragesimo. inter frēs beate marie theutunicoꝝ ⁊ vladiſlaū polonie regē de regni finib⁹ orta q̄ſtione. Utraqꝫ pars ingentes copias in bellū eduxit. At primi prutení ſiue nūero militū. ſiue animi ferocia exultantes. duos gladios p feciale. regi miſere. vt ex hijs quē mallet. vnū acciperet. Is cū vitoldo fratre. deo ſuo hoſtias litabāt. q̄ audito feciale. nō intutus inq̄t precij ſignū recipio. Conſecratoqꝫ gladio quē elegerat. eo ſe cinxit. Et facta pugnādi copia. lituanos q̄ auxilio venerāt p̄mos opponit. quoꝝ ſtrage fatigata copia prutenoꝝ. Et ipa polonis ſupuenientibus ſternit cruentiſſimo p̄lio. ea die confecto victoria regis fuit viri equeſtris ordinis ex religione q̄dringenti cū ipo magno mg̃ro periere. Ceſa ex plebe multa milia. qui ſupfuerūt capti. Pruſſia p̄ter oppidū. b. marie omnis ad polonos defecit. Seq̄ntib⁹ annis caſimir⁹ rex polonie eis ciuitates munitas dantzk ⁊ dorñ abſtulit. aſſerens portionē ſui regni eſſe pruſſiam.

ALbertus marchio brandeburgeñ. annis effluxis belluꝫ aduerſus Nurēbergenſes eniꝛiſſime geſſit. Greuēburgū ab eo multa vi oppugnatū ē. Id oppidū in valle iacet. xx. milibus paſſuū a nurēberga. muro ⁊ foſſa munitū. Et cū varia dāna ab vtriſqꝫ illata fuiſſent p ludouicuꝫ baioarie ducē. ad hos tumultus ſedādos vocatū (cū diu laboraſſet) hoc bellū poſt varias dictas ſopitū fuit. Deinde cū poſt aliq̄ tēpora inter ludouicū baioarie ducē p̄dictū ac marchionē brandeburgeñ. principes potentiſſimos. bellum ſuſceptum eſſet. Haud quidē iniuria. ⁊ magna cum animi fiducia ꝯtendiſſent. poſt plures ſtrages principes germanie pacem poſtulantes. Tandem res equo animo ſedata fuit.

Ludouicus rex francie



LUdouicus caroli regis francie fili⁹. his tpib⁹ pr̄i in regnū ſuccedēs. Fuit aūt carolus pientiſſimi animi vir. ſ ingenij hebetis. Qui cū bellū ꝯ henricū angloꝝ regem. Et ioannē burgūdioꝝ ducem excitaſſet. ⁊ multos occidiſſet. Inde ingenti cede fuſus fuit. ⁊ hi multas ciuitates ademerent. Et niſi per puellam deus miraculoſe reſtituiſſet. de eius regno actū fuiſſet. Tandē Nicolaus cardinalis ſancte crucis ordinis carthuſieñ. pacē cū duce burgūdie cōpoſuit. queꝫ tñ poſtea p inſidias interficere fecit. qd̄ infinita mala excitauit. Hui⁹ itaqꝫ caroli primogenitus ludouicus. delphinat⁹ regionis princeps. regno ſuſcepto multos pr̄i beniuolos regno depulit. Inde cū libertatē eccl'ie in regno minuere conaretur. multos romanos pōtifices habuit aduerſarios. Inde cū carolus aq̄tanie ⁊ normandie dux e medio p eū ſublatus eſſet. quē ob eius ſapiam populi regnare cupiebāt. Qd̄ cum regni ꝑceres ⁊ burgūdie dux intellexiſſent id ex ſua ꝓcuratōe factū. vetuſta odia renouarūt. ꝯſpirātes ingēteꝫ exercitū in eū deduxerūt. dux burgūdie in picardiā aduolās. ciuitatē pichignetū cepit. ⁊ ꝯplanari fecit. at rex a ſuis deſtitut⁹ pariſius cōmigrauit. regiā ſaltē tutaturus. In normandia igit̄ innumera oppida euerterūt. Pontifex aūt romanus ad hos tumultos ſedandos. Beſſarionē nicenū cardinalē in galliā miſit. cū diu laboraſſet tantū ꝓfecit. vt cedes ac incōmoda ſopita fuerūt. Demū āno a natali xp̄iano. 1484. Remis deficiens. Carolū primogenitum ſuū annoꝝ. xv. extantem habuit ſucceſſorem.

Georgius rex bohemie



GEorgius pogiebratius bohem⁹ poſt obitū ladiſlai hungarie et bohemie regis. accerſitis ꝓcerib⁹ gubernatōem ſuā nō expiraſſe regis obitu dixit pragenſes nihil morati ſe ſue gubernationi cōmiſere. Exin ꝯſtituta die qua nouus rex eligeret̄. Re pro regni vtilitate diſcuſſa. rex pronūciatur militie domiqꝫ apprime clarus. Cui ad res gerendas nec cōſiliū nec etas defuit. Ea res necati ſuſpitōnem maxime auxit. Inde ex p̄torio in edem beate marie vbi rochezana preſidebat regi publica ſalutatio exhibita fuit. Cum autē inclitum bohemie regnū vt premiſſum eſt dudū in perniciosam iacobelli ⁊ huſſitarū hereticā prauitatem (vt cōmunionē ſub vtraqꝫ ſpecie de neceſſitate fore eterne ſalutis ꝓfiteretur) prolapſum fuiſſet. Georgius q̄ ſe catholicuꝫ affirmauit. In manibus iauuieñ. ⁊ hacieñ. ep̄oꝝ tactis ſacramētis euāgelicis publice iurauerit. dū coronationis reciperet inſignia. Qꝫ deinceps fidelis ⁊ obediens eſſet ſancte ro. eccleſie. ⁊ cū ſe ac conthoralē cū liberis tali iuramento obligaſſet. per fridericū ro. imperatorem confirmatus extitit. Uerū cū hijs omībus ꝯr̄ia ageret. ⁊ hereticorū ſectam foueret ⁊ amplecteretur. Inde vratiſlauieñ. ⁊ ceteri catholici homagiū preſtare recuſarūt. Ideo papa pius. ⁊ poſt eū paulus pōtifex. grauiſſimis cēſuris eū ac totū regnū bohemie fulminarūt. At paulus ſecūdus anno. M. cccclxvi. publico cōſiſtorio eū heresi dānat. dignitateqꝫ ac regno priuat. Tandem poſt annū. 71. ſupra quadringētos ac mille idem georgi⁹ bohemie occupator. morbo perijt.

MAhumetes turcoꝝ imperator. Expulſo thoma paleologo. ⁊ fratre ſecū deducto. peloponeſſum occupat. anno eius. xi. eodem anno trapeſuntij rege capto ⁊ interempto pontū. anno. 1460. obtinet. Inde mitilenē expugnat. diripitqꝫ anno regni ſui. 12. Poſtea veneti magna claſſe copijſqꝫ terreſtribus in peloponeſo veterē murū foſſamqꝫ ab vtroqꝫ mari in ipo Iſthmo tumultuarie opera plurib⁹ ſimul locis erigere adorſi. corinthum obſident. Turci vō laborātibus ſuis auxilio ꝓperantes. p interruptas munitiōes vi penetrant. ac xp̄ianos ad naues fugere cogūt. Tandē dux venetoꝝ cum preſtātiſſimis ſenatoꝝ triremibus. 12. ꝓ equora ornatiſſime inſtructis. Anconā pontifice pio adhuc ſpirante venit. quibus e ſpeculo ꝓcul viſis papa. 19. kal̄. ſeptēbris gloria ingenti vita functus eſt.

FRidericus impator. extra cenā nūquā vtitur vino. in cena leuiſſimū bibit. ⁊ id aqua pdomitū leono
re auguſte que paterna in domo nūquā vinū guſtaſſet. Suadebāt medici in germania regione frigi
da ſi mater fieri vellet. vinū biberet. Quod cū accepiſſet fridericus enea ſiluio vocato. Ubi inquit. atqꝫ im
peratrici dicito ſterilem me cōiugem. quā vinoſam malle. proinde ſi me amat. vinū oderit. At id nūciū leo
nora. Et ſi viri iuſſioni tam libenter pareo. quā vino ſi tamen vini vſum mādauerit imperator. mori opta
uerim quā parere.

Mathias rex vngarie



MAthias ioannis huniadis gubernatoris regni hūgarie filius. Ladiſlao p̄
dicto rege ſine liberis extincto. Ungarie regnū conſentientibus pceribus
occupat. Eius pater prouinciā ſgā ferrea gubernauit. nec dum rex abfuit minor
eo habitus ē. hic proſtratis apud albam turcbis. poſt breui tpe morbo extinct⁹
ē. Comes cilie cui⁹ caput erat a rege ſecūdū. et eius auūculus. a ladiſlao hunia-
dis filio in caſtro regio obtrūcaſ. Rex ladiſlaus quāqꝫ vehemēter cōmotus. tā
atroci facinore dolorē tū ſuppreſſit. Rex budam repetijt relicta alba. vbi ſecutos
eurūā huniadis filios in carcerē rapi iuſſit. Percuſſore comitꝫ ladiſlaū natu ma-
iorem. Qui quatuor ⁊ viginti natus ānos egregio corpe adoleſcēs. flauis de mo
re crinibus ſuper humeros paſſu reuinctis poſt tergū manibus talari atqꝫ aurea
veſte indutus capite eū plecti iuſſit. Mathiā ſo captiuū duxit in auſtriā. Et pro
fectus in bohemiā eū ſequi mandauit. Cū aūt apud pragā obijt mathias qua die rex clauſit oculos eadē
pragā applicuit. quē georgius gubernator in cuſtodiā ſuā recepit. Nec diu poſtea rex hungarie deſignat⁹
magnis ſponſionibus dimiſſus e carcere. volauit ad regnū. facta eīn reconciliatione inter proceres mathi
as octo ⁊ decē natus annos nono kal' februarij rex acclamatus. Cū ſo id regnū ſibi cōpetere ceſar affirma
ret. multa bella inter eos ſuborte ſunt. regnū tamē ei ceſſit. Fuit autē xpiane religionis ꝯ turcos defenſor ⁊
ꝓpugnator acerrimus. qui pannoniā ⁊ alias ꝓuincias a turcorū impetu tutatus fuit. Nā multis vicibus
ingenti ꝑlio turcis ſupatis. etiā ptem boſnie recuperauit. Et turcorū regnū incendijs. populationib⁹. cedi
buſqꝫ inuoluit. Sed ⁊ bella in bohemia cū caſimiro rege polonie geſſit. Pax tū ꝯpoſita hoc mō inter eos
fuit. vt pannonia hūgaria morauia ac ſleſia mathie relinqueref. ⁊ boemie regnū vladiſlao caſimiri filio re
maneret. Hic aūt preſtantiſſimus rex paterno more militaris glorie appetētiſſimus. bello fortunat⁹. Cū
videret fridericū ceſarem ſibi aduerſari. cū turco pace cōfecta in eum arma vertit. ac viciniā vrbem ⁊ alia ſi
bi ademit. In qua vrbe tandē anno. M.cccc.xc. morbo extinctus eſt. ⁊ ad albā ductus in ſepulcris regum
ſepultus. huic ferdinandus neapolitanus rex filiam ſuam matrimonio copulauit.

Nicola⁹ de cuſa cardīal'



NIcolaus de cuſa germanus. ſacroſancte romane eccleſie. tituli ſancti Petri
ad vincula preſbiter cardinalis preſtātiſſimus atqꝫ doctiſſimus. ea tempe-
ſtate claruit. q̄ tanta bonitate fuit dū viueret vt pauci meliores ſuo tpe nati ſint. vi
ciorū oīm hoſtis acerrimus. ambicionis totus aduerſari⁹. integritate animi im-
mutabilis. honeſtorū laborū in decliui etiā ſenectute patientiſſimus. bñfaciendi et
gratificandi admirabilis. Sane tanta doctrinarū oīm vbertate fuit. vt q̄cquid ex
tpe dicendū incidiſſet id copia tali diſſereret. vt ei ſolū facultati cenſeref ſtuduiſſe
Vir ſupra opinionē eloques ⁊ latinus. hiſtorias oīs nō priſcas mō. ſ3 medie
tempeſtatis. tū veteres tū recentiores memoria recenſebat. In mathematicis di
ſciplinis ſuo tpe doctior eo fuit nemo. Jus ciuile pontificiūqꝫ didicerat. philoſo
phie Ariſtotelice acerrimus diſputator fuit. Theologie ſummus interpres. hui⁹
celeberrimi viri plurima extant ſummi ingenij opera. De viſione dei. de pace fi
dei. Cribratio alchorani. de ludo globi de mathematica pfectione. De apice the
orie. de docta ignorantia ⁊ pleraqꝫ alia. Is aūt dū eccl'ie ſue brixineſis iura acri⁹
tuereť a ſigiſmūdo auſtrie duce capiť. atqꝫ honeſto ſuaſ carcere. Pōtifex āt pius. cardinalis captiuitate gra
uiter cōmot⁹. facūda orone ī ſigiſmūdū publice inuehiť. ⁊ eū ꝯuiciorib⁹ interdictꝫ deterret. tandē liber eua
ſit ac pace cōpoſita. dum pius ancone vita functus fuit. cardinalis rome deceſſit.

Beſſarion cardīal' grec⁹



BEſſarion. S. R. E. epꝯ cardinalis ſabineñ ⁊ ꝯſtātinopolitan⁹ patriarcha. Ni
ceni venerāda nūcupatiōe terrarū vbiqꝫ celeberrim⁹ h tpe floruit. de q̄ ſapiē
tiſſimo dici pōt. Cui⁹ cū ea fuit (vt paulus pōtifex ſumm⁹ p̄dicabat) In rerū oīm
maximarū vſu peritia. Ea in conſilijs vl' grauitas vl' pſpicientia. vt nihil de ſum-
mis vnqꝫ rebus factū ſuit ſi Niceni vni⁹ deſiſſet auctas. In ſtudijs eīn maiorib⁹
⁊ hūanis oīb⁹ ea facultas ⁊ copia. vt plura legiſſe credi neminē poſſit acrius le-
cta ⁊ rectius intellexiſſe. vberius pauciſſimos cultiſſimis quibuſqꝫ tempib⁹ da-
riuſqꝫ ſcripſiſſe. Et quāqꝫ ſumme reipublice xpiane negocijs impeditus. merita
tamen indignatione cōmotus ac veritatis ſtudio incredibiliter inflāmatus. de-
fenſionis platonice imo diuine philoſophie libros aggreſſus eſt. tanta id maie-
ſtate egit. vt cōuiciatorem calūnioſum credi plato ipe diuinitatis ſecretari⁹ poſ-
ſit ſuggeſſiſſe. Juſte igitur platonis defenſor. Qui tandē legatus ac franciam in
reditu dum pacem fecit in itinere defecit.

ARs imprimendi libros hijs temporibus primũ in germania enata ẽ. Quãtum igiẗ litteraꝝ ſtudioſi germanis debeant. nullo ſatis dicendi genere exprimi poteſt. hanc apud maguntiã rheni vrbem ſo lerti ingenio libroꝝ imprimendoꝝ ratio. 1440. inuentã fuiſſe aiũt. Hoc tempore in oĩes fere orbis ptes ꝑpagatur. qua omnis antiquitas paruo ere cõparata a poſterioribus infinitis voluminibus legitur. Eius laudes antea in prohemio operis pꝛebabite ſuut. Qua certe nulla dignior. nulla laudabilior. aut vtilior eſſe potuit. Qꝺ ſi hec ars effluxis tempibus viguiſſet maxima pars operũ Titi liuij ⁊ Tullius de re publi ca ac Plinius de bellis germanice aliaqꝫ ꝑclara opera malignitate tempoꝝ amiſſa nõ fuiſſent. Ideo in eiꝰ laudem quidã hos cecinit verſus. O felix noſtris memorãda impreſſio ſeclis. Deſierat quaſi totũ qꝺ fun dis in orbẽ. Oĩes te ſummis igiẗ nũc laudibus ornent. Inuẽtore nitent vtraqꝫ lingua tuo. Nunc paruo doctus quilibet eſſe poteſt. Te duce qñ ars hec nitra reperta fuit.

Nicolaꝰ perotꝰ Rhetor



NIcolaus perotus ſaxoferratenſis ⁊ Sypontinꝰ epũs egregius theologꝰ ac rhetor diſertiſſimus. ad hanc etatẽ perueniens. nõnulla in diuinis laude digna cõpoſuit. Sed ⁊ ad pueroꝝ eruditionẽ cõmode breuiterqꝫ libellũ edidit. Comentarios etiã in multis auctoribus ꝑcipue in martialẽ opus variũ cornu copie appellatũ fecit. Ac q̃dã e greco in latinũ tranſtulit.

RObertus de licio ordinis minoꝝ ꝓfeſſor. Et aquile marſoꝝ ſeu abrutij vr bis epũs in doctrinis ſacris doctiſſimus vir. ⁊ noticie oĩm eccl'iaſticorum dogmatũ ſufficienter inſtructus. oĩm ꝑdicatoꝝ doctor. Hiſdeꝫ tempibus ob eiꝰ clariſſimã ⁊ admirandã ꝑdicationis grãm. ab oĩbus ytalis multo in ꝑcio ha bitus eſt. Qui tantũ in ſcripturarũ ſtudio laborauit ⁊ ſcripſit. vt vbiqꝫ Roberti predicationes nũcupentur. plurimas eciã ad inſtructionẽ fideliũ tractatus ⁊ ſer mones edidit. Qui ab oĩbus ꝑſertim declamatoribus ſtudioſe legũtur.

Matheolus peruſinus medicus.



MAtheolus peruſinus medicus doctiſſimus. hoc tpe medicoꝝ ac phoꝝ mo narcha. oĩmqꝫ liberaliũ artiũ cũctarũqꝫ ſcientiaꝝ. facile princeps. ꝑceptor meus eruditiſſimꝰ. Quẽ ego hartmãnus Schedel Nurẽbergenſis. doctor pa tauinus. tribus ãnis ordinarie legentẽ auſcultaui. a quo demum ꝑhabita ꝑ euꝫ orõne elegantiſſima. inſignia doctoratꝰ padue accepi. Ne ſua memoria pereat. pauca de eius vita ac doctrina huic operi adiũxi. Cũ eñi ſepius mecũ animo co gito. q̃ꝫ maximus ac ſingularis in omnes amor ſuus extiterit. Quis ẽ adeo re rum imperitus ꝙ non putet ob incredibilẽ virtutẽ ſuã. ſingulare ingeniũ. ſum mã reꝝ experientiam. cũ perpetua memoria cõplectendũ. Cui eñi ignota fuit ver boꝝ ſuorum integritas. ſuauiſſimus ſermo. decora facies. qui et artis poetice et oratoꝝ ſummã cognitionẽ habuit. Qui nullũ cyceronis opꝰ aut mantuani va tis. aliorũqꝫ poetarũ dimiſit intactuꝫ. In aſtronomia vo geometria ⁊ arithme tica ⁊ muſica opera a veteribus edita totis viribus ꝑſcrutatus fuit. Uerum nec phia atqꝫ medicina cõtentus. demũ ſacris litteris delectatus. in eis tanq̃ꝫ mel in fauis dulcedinẽ abditã ſenſit. Reddidit igiẗ ſuos auditores auſcultando dociles. beniuolos. attentos ac diſertos ipo orante. In eo nãqꝫ maxima fuerunt omnia. ſiue acumẽ ingenij. ſiue artis peritiam. ſiue orõ nis elegantiã cõmoditatemqꝫ conſidero. Reliquit aũt poſt ſe orationes lepidiſſimas. Cõmentaria in hy pocratem. galienũ ac Auicennã. Et arguta conſilia in medicina. Tandẽ ſenio deficiẽs padue ſepultꝰ fuit.

Platina hiſtoricus



BAptiſta cognomẽto platina. pria cremonẽſis aplicus abbreuiator. magni animi ⁊ cõſtãtie vir. eruditione ⁊ eloquẽtia nulli inferior. hiſdẽ tpibus i ꝑ cio exñs. a paulo põtifice maxio. bonis ⁊ dignitate indicta cã priuaẗ ⁊ i carcerẽ detrudiẗ. Et ibi vſqꝫ ad pauli mortẽ retiñaẗ. Ex q̃ tandẽ poſt mltas calamitates a ſixto pontifice eius ſucceſſore liberatꝰ. ⁊ in ſtatũ priſtinũ reſtitutus. neq̃qꝫ inge nio ſuo abuſurus. ꝑter libꝝ quẽ de natura reꝝ ⁊ obſcenijs ediderat. Egregiũ etiã opus de vitis ⁊ moribus pontificũ ſixto pontifici obtulit. In quo etiã imperatoꝝ principũqꝫ ac ducũ multorũ res geſtas inſeruit. nõnulla etiã alia opera ⁊ eplas ſcripſit. Demũ anno domini. 1481. rome ex peſte deceſſit.

DOminicus calderinꝰ pria veronẽſis rhetor luculẽtiſſimꝰ. ⁊ tã greca q̃ꝫ la tina lingua nõ mediocriter eruditꝰ. ⁊ i ſtudijs hũanitatꝫ eminẽtiſſimus. ꝑ hoc tp̃s ipe diuini igenij fecit opuſcula. i iuuenalẽ. marcialẽ. ſuetoniũ. et I Ibin naſonis interꝑtationes edidit celebres. Saphos etiã eplas cũ ꝑpercio. et cyce ronis eplas ad atticũ cõmẽtatꝰ ẽ. Et niſi imatura morte ꝑuẽtꝰ fuiſſet. ꝑ plura alia edidiſſet. Obijt deinde anno domini. 1477.

MArius philelphus frãciſci philelphi oratoris filiꝰ eques auratus laureatuſqꝫ poeta philoſophie et artiũ doctor. ꝑ hoc tẽpus toti ytalie clarus extitit. Qui cũ eruditiſſimꝰ eſſet funebras orationes pre clariſſimas. ⁊ alterius materie plurimas. ⁊ quidẽ elegãtes hũt. Extãt eiꝰ ingenij opa in diuerſis metroꝝ generibus edita. Rithmos quoqꝫ ⁊ cantilenas compoſuit. Deniqꝫ ⁊ hic a Friderico ganzaga marchione mantuano publico ſalario ad lectionem vocatus ibidem in anno domini. 1480. vite finem fecit.

Leodium galliaꝝ clariſſima ⁊ potẽtiſſima ciuitas hoc anno M.cccc.lxviij. a carolo burgundioꝝ duce capta ⁊ ingẽti edita cede. diripit. Superiorib⁹ enĩ annis inter leodiẽſes ⁊ burgũdionũ ducẽ maxie ꝯtentiones agebant. q̄s cũ leodiẽſis ep̄s extiguere tẽptaſſet a ꝯciuib⁹ ſuis vrbe pulſus fuit. ideo ſumm⁹ pontifex tricarienſem ep̄m legatũ eo miſit. Is in carcerẽ trudit. Quã ob rẽ indignatus dux vrbẽ in germania populoſiſſimam preſente ⁊ fauente ludouico frãcoꝝ rege acerrimo ĩpetu ac p̄lio vrbẽ expugnauit ac eã euertit

Mathias inclitus rex hungarie boſnẽſe regnũ hac tẽpeſtate aggreſſus caſtrũ iaytza tũ loci natura tũ ꝟo moenioꝝ altitudine munitiſſimũ deditione cepit. Inter hec ſacro regni hungarie diademate a manibus friderici romanoꝝ ceſaris magna cũ difficultate rehabito. rex ſexto ſui regni. Anno dñi M.cccc.lxiiij. in die cene dñi aſtantib⁹ ꝓceribus cũ ſolẽnitate maxia coronatus. Poſt hec mahumetẽ turchoꝝ imꝑatorẽ in expugnatione dicti caſtri iaytza in fugã vertit. relictis machinis ⁊ tormentoꝝ generib⁹ inglori⁹ in turchiã rediit. Tandẽ poſt aliqua tp̄a caſtrũ ſiue caſtellũ turchoꝝ ſabatz denoĩatũ ad lit⁹ fluminis zaue vel ſaui ꝑ eoſdẽ ex lignis terraq̄ꝫ multũ curioſe ꝑforti ope p̄paratũ (vt ſequẽs figura ꝑ omnẽ diametrũ ac formã oſtendit) turrib⁹ ac foſſatis ac vallibus. necnõ minus militibus munitũ diro hiemis ſub rigore obſedit. in quo lignea menia ex tabulis fabricata ſunt. quaꝝ tabulaꝝ cõpago ita ſolidũ eſt vt vix ab intento poſſet iunctura ꝯprehendi. Suntq̄ꝫ triclinia ambitu ꝓlixiore diſtincta portic⁹ in oĩ decore diſpoſite. Area ꝟo curtis ingẽti ambitu cincte vt amplitudo ip̄a regiã aulã oſtentat. Dũq̄ꝫ rex acrius p̄lio inſiſteret. turchi rapto comite iohãne de witebitz ab exercitu regis ad caſtellũ. eo interfecto caput ei⁹ abſciderũt cũ flaueſcẽte copioſaq̄ꝫ coma haſte ſuffixũ ad terrorem exponi iuſſerunt. Mathias rex indignatus vi aggreſſus deditione cepit ac expugnauit ingenti gloria. Nouiſſime turchi anno M.cccc.xcij. iterato caſtellũ inuaſerũt. ab hungaris repulſi ad propria redierunt

## Sabatz.



Anno mundi. 6670. Anno xp̄i. 1471.

Sixtus quartus papa natione ligurus ex ſauona vrbe maritima nat⁹ ſrãciſ
cus antea vocat⁹ ordinis minoꝝ generalis miniſter hoc anno paulopoſt.
in dici crepuſculo dñ̄ ſolus in cubiculo quieſcit interitu ſublato quinto yd⁹ au-
guſti in eius locũ a patribus ſuffectus eſt. vir certe doctrina clarus. Is ſtatim a
pueritia diuinis miſterijs a parentibus dicatus eſt apud ordinem minoꝝ inici
atus. Adoleſcentior factus patauiũ venit. ſama ciuitatis illectus ad ſapientiã
capeſcendã. in quo moratus ꝑ viginti fere annos nobilis alũnus legendo orã
do ſcribendo vniuerſum orbẽ ſplendidiſſimis ſapientie radijs illuſtrauit. ⁊ iõ
de potentia dei librũ ſcripſit. librũqꝫ de ſanguine xp̄i. librũ de futuris contingen
tibus ⁊ librũ de conceptione beate Marie virginis ac quedã alia. qui in ordĩe
minoꝝ ꝑ omnes dignitatis gradus ad cardinalatũ ꝑuenerat. Fuit aũt ante põ
tificatũ ac etiã in ip̄o pontificatu mitiſſime conſuetudinis ⁊ vite continentiſſi-
me. in pauperes religioſoſqꝫ maxime munificentiſſimus. quos omnes fouit ac
priuilegijs ampliſſimis adiuuit. Inde in amicos ⁊ familiares iocundus. in deli
quentes clemens. principes ac nobiles patria extorres p̄ſertim paleologoꝝ fi-
lios. boſineqꝫ reginam turcho pulſos pecunijs adiuuare nõ deſtitit. ⁊ rhodioꝝ
milites ac ferdinandũ a turchis vexatos incredibili pietate conſouit. vrbem ro
manã cenoſaꝫ ⁊ vetuſtate in pleriſqꝫ collabentẽ inſtaurans. vias eius cultiſſime
et decentiſſime ſtrauit. pontem ſup tiberim maxima impenſa iecit ⁊ a ſe ſixti põ
tem nominauit. Edes quoqꝫ pontificias apud ſanctũ petrũ cultiſſimas reddi-
dit. Hoſpitale ſancti ſpiritus in vaticano ꝑmagnificũ fabricari fecit. in quo ⁊ vi
te ſue ordinem ſplendide depingi voluit. Et cũ maxime beatiſſime virgini Ma
rie deuotiſſimus eſſet eccleſiam ſancte Marie de populo erigere fecit ac decora
uit atqꝫ alia innumera bñ̄ficia vrbi ramane contulit. nilqꝫ in põtificatu egit qḋ
merito reprehendi poſſit niſi q᷑ ip̄e (vt fit) ſuos nimiũ amauit. in queꝫ errorem
multi ſuperioꝝ cecidere. Cũ ordelaphos e foro iulij depulit ⁊ iheronimo Ria
rio neceſſario ſuo conceſſit. cui⁹ conſilio arduis in rebus ſemper vſus fuit. Iu-
bileum a paulo inſtitutum anno quarto pontificatus ſui celebrauit. Et beatũ Bonauenturam in ſanctoꝝ cõ
feſſoꝝ numero aſcripſit. Et licet hic multos habuerit detractores optimus tñ̄ põtifex fuit. ſumma eñ̄ alacri
tate ⁊ animarum cuſtos extitit. cupiditatem a ſe reſecauit. iras compreſſit ⁊ malitias extirpauit. Viginti
cardinales toto tempore ſui pontificatus creauit. e quibus tres fuerunt romani. duo genuenſes ⁊ quatuor
ſauonenſes. inter quos iulianus ſancti petri ad vincula ex fratre nepos fuit vir certe ꝑhumanus ⁊ comis
fuit qui ip̄ius corpus maxima pompa ⁊ deuotiſſimis exequijs in nouo templo ſeu ſacello apud ſanctuꝫ pe
trum in vaticano ſepeliri fecit. cũ obiſſet pontificatus ſui anno tredecimo.





Linea ſummoꝝ pontificũ

Sixtus quartus

Innocentius octauus

Anno mundi. 6683. Anno xp̄i. 1484.

Innocẽti⁹ octau⁹ papa patria genuenſis patre aron ciboꝝ familia mediocri ſ3 honorato nat⁹. iohannes
baptiſta antea vocatus poſt ſixtum pontificẽ ex cardinali p̄ſbitero ſancte cecilie hoc anno idibus augu
ſti pontifex creatus. Is ex genua que adiacens mari oriundus. que ciuitas ytalie pulchritudine ⁊ reꝝ om
niũ que terra mariqꝫ aduehunt opulentia ⁊ edificiorum amplitudine ceteras excellit. Ab his parentibus
ortus qui generis nobilitate ⁊ reꝝ geſtaꝝ gloria clarent. familia ciboꝝ vetuſtiſſima. aranus pater ei⁹ eque
ſtris ordinis vir ꝓbatiſſimus. Hic ep̄s melfſiden̄. inter ceteros patres cũ pauperior humaniorqꝫ haberet
Sixtus eñ̄ quartus ob eius ingenij amenitatẽ dexteritatẽ atqꝫ modeſtiã maiorem immodũ eũ dilexerat. i
datariũ aſciuit ꝓpter ip̄ius humilitatẽ ac comitatem. facilitatem morum. moderationẽ ⁊ elegantiã pontifi-
ciũ munus ꝓmeruit. Fuitqꝫ in rebus gerendis prudentiſſimus eo q᷑ ſenis ⁊ in vrbe legationis officiũ cuꝫ
optie funct⁹ fuiſſet magnã ſui regiminis ⁊ prudẽtie ſpe patribus dedit. Hui⁹ põtificatus principiũ ciuiuꝫ ſu
orum bellis plenus fuit. ⁊ quod ab omnibus potentatibus expetiuit a ſuis obtinere nõ potuit. quibuſcũ
qꝫ eñ̄ oratoribus a principio ad p̄ſtandã ex more obedientiã ne dũ in ytalia verũ ex germania ad ſe venien
tibus ſumopere pacẽ poſtulauit. armaqꝫ omnibus deponere mandauit. ſ3 inimicus homo vt optimis ei⁹
deſiderijs obſiſtere poſſet paulopoſt in languorẽ maximũ pontificẽ ꝑducere curauit. ⁊ illico interorſinos ⁊
columnenſes vrbis primores diſſidiũ excitauit. diu ei inter ip̄as familias immortale odiũ. qui vniuerſum
vrbeꝫ ſuis factionibus ꝑturbarũt. que res magnã animi dolorẽ põtifici infixit. nõ deſtitit tñ̄ armis ⁊ minis
diſcordias extinguere. multa eñ̄ circa pontificiã dignitatem ac rempub. xp̄ianã ⁊ eccliaꝝ vtilitatem ordina
re ꝓpoſuit ſ3 ob breuitatem tp̄is ⁊ eius infirmitatẽ. bellũ quoqꝫ ⁊ epidimiã adimplere nõ potuit. beneficij
tamen ⁊ circa deum atqꝫ amicos ꝓ viribus ſe oſtendit. nã poſt adeptã ſanitateꝫ corporis dona eccleſie ſan
cte marie de populo condonauit. Leupoldũ ducem auſtrie diu defunctũ ob crebra eius miracula enarrata
in ſanctorum confeſſorũ numero aggregauit. Domum ſolacij quam vocant belluidere ꝓpe vrbem romanã
extruxit. cuius ſtructuram ſimul ac picturam ⁊ reliqua excedere quadraginta quinqꝫ milia ducatorum ferũt.
Anno ſalutis M. cccc. xc. conuentioneꝫ oratoꝝ. regum. principũ ⁊ cõmunitatũ rome habuit ꝓ expeditiõe
ꝯ turchos. Collectionẽ pecuniaꝝ ꝑ plenarias idulgẽtias i germania ꝓ exeq̄nda expeditiõe fieri fecit. auxi
lio raymũdi payraudi archidiaconi. cui⁹ idultũ ne dũ ad viuos veꝝ ad iferos ſe extẽdebat. magnã copiã au

ri collegit. tādē oēs curā mētēqꝫ ac diligētiā ad ſubditoꝝ comoda. ad tuēdū dignitatē eccīe. ⁊ ecōtra ipſas rebelliones delēdas. ac religionē (habito iā maximis laboribꝰ zizino ſultano) ꝓpagādā ꝯuerterat. Fuit itaqꝫ ꝯſtātiſſime iuſticie cultoꝛ. pacis ſtudioſiſſimꝰ amatoꝛ ⁊ exuberantis annone vigilantiſſimus oꝛdinatoꝛ. Sedatis honorificētiſſime ingruētibꝰ bellis peculiares eccīe populos ⁊ romanos ī primis q̄ꝫ feliciſſimos exoptauit. Exultauit ſumopere cū ad maioꝛes dignitates viros extulit eruditos ⁊ pꝛobos. Fuit p̄terea in paupetes miſericoꝛs. afflictoꝝ nō minus ꝯſolatoꝛ q̄ꝫ p̄ncipū ſuſceptoꝛ liberalis. ⁊ dei ac ſanctoꝝ eiꝰ piiſſimꝰ veneratoꝛ. Pontificale pallatiū miro ſumptuoſo opere exoꝛnauit amplificauitqꝫ. Uiſitatꝰ a dn̄o pluribꝰ lōgiſqꝫ moꝛbis. quas patientiſſime tollerauit. Adueniente demū diuine vocationis hoꝛa ſumptis ex ritu xp̄iano deuotiſſimo animo ſalutaribus ſacramētis intrepide a deo ſpūm reddidit creatoꝛi. vt ſecurus de īmarceſſibili gloꝛia videret celeſtē vitā cū morte ꝯmutare anno pon. ſui octauo die. 26. iulij anno ſalutis. 1492.

Fridericus impatoꝛ anno. 1469. religionis gratia media hyeme romā veniens magnifice a pontifice ſuſceptus donatuſqꝫ eſt. ac. cxxij. equites creat kal'. ianuarij in ponte adriani. Inde tergeſtum oppidum quū rebellaſſet per duces ſubuertit diripitqꝫ magna ciuium cede.

Maumethes turchoꝝ imperatoꝛ. 400. nauiū claſſe. inter quas triremiū. 200. erant ⁊ equitū. 100. milia Euboiā adoꝛtus. chalcidē. 30. die expugnat ſubuertitqꝫ magna ſuoꝝ cede. Veneti inde claſſem nauium. 60. inſtructā ad infeſtāda turchoꝝ litoꝛa mittūt. in ea triremes. 60. 20. onerarie fuerūt anno. 1470.



Cometa magnus p mēſem ianuariū in pꝛincipio anni M. cccc. lxxij. circa feſtū ſancte agnetis viſus igneo coloꝛe rutilans. crinibꝰ longis nigriſqꝫ quos in occidentalē ferebat plagā. Cuiꝰ quidē coꝛpus p̄mū circa libre pꝛincipiū fuit. poſtea ſe tantū in ſeptentrione flexit. vt extra zodiacū migraſſet. p̄culdubio iudicatū ſit. durauitqꝫ diebꝰ. 80. Uerū nō dū iſto diſſoluto alter apparuit. cui erat coma ignita que in arietis ſigno poſita videbatur ⁊ caudā in oꝛientalē plagā poꝛrigebat. quē alij perticā. alij aſcon dicūt. Moꝛtales grauiter affecit. Sequenti enī anno ſiccitas incompabilis ſubſecuta eſt ⁊ peſtilentie bellaqꝫ cruentiſſima pluribus in locis euenere.

Criſtiernꝰ rex daci ⁊c.



Criſtiernꝰ rex dacie ſuecie noꝛuegie. gothoꝝ dux holſatie ſtoꝛmarie in oldēburg ⁊ delmenhoꝛſt comes vir quidē xp̄ianiſſimꝰ ⁊ multis v̄tutibus oꝛnatus. Anno M. cccc. lxxiiij. romaꝫ ſoluendi voti gratia p vniuerſam lombardiam thuſciamqꝫ tranſijt. ab omnibus potentatibꝰ honoꝛificētiſſime exceptus fuit. inde romā ingreſſus pꝛodeūte obuiā honoꝛato q̄ꝫ cardinaliū collegio a Sixto pō. max. celebri honoꝛe exceptus eſt. ac pꝛo ſingulari munere roſa aurea quā pontifices ſingulis annis in dn̄ica letare alicui ex pꝛincipibꝰ xp̄ianis donare ꝯſueuerāt ⁊ ipſe a Sixto pontifice donatꝰ eſt. Ibi deīn de vniuarſali italicoꝝ pꝛincipū pace agi cepit vt ſcilicet vno animo contra turchum coirent ſ; res pſici nō potuit. inde digreſſus p omnes ytalie vrbes tranſiens ꝯbenigne vbiqꝫ habitus eſt. domū deniqꝫ reuerſus aliquot annis cū omni ſanctitatis exemplo ſupuixit.

Karolus burgūdionū dux nuſſiā colonīēſis agri oppidū ad rheni ripas obſedit ſ; cum fridericus imperatoꝛ obſeſſis auxilio veniſſet inito ſedere diſceſſit in belgas.

Iubileus a paulo pontifice pꝛius p vniuerſum oꝛbē xp̄ianū inſtitutus a Sixto pontifice maximo hoc anno. M. cccc. lxxv. declarat. Inde ferdinandus rex menſe ianuario magnis himbꝛibus romaꝫ venit iubilei gratia vt pꝛe ſe ferebat. ſed reuera vt initū fedus ſolueret q̄ꝺ effecit. nam poſtmodū inter ytalie potentatus initum eſt fedus pontifice auctoꝛe in quo rex pꝛimus aſcribitur.

Hercules dux ferrarie



Hercules eſtenſis nicolai marchionis filius ⁊ boꝛſij frater ſcd̄s ferrarie dux his tempoꝛibus nō ſine magna ꝯtentione regnū paternū ſuſcipiēs regnauit vſqꝫ in pꝛeſens cū omni laude. vir bonus ingenioſuſqꝫ ac rei militaris ſcientia eruditus. ꝓpterea ſeptimo regni ſui anno florentini veneti ⁊ mediolanen̄. tam q̄ꝫ virū magnanimum contra alfonſum calabꝛie ducem ⁊ hieronimū comitē ducē exercitus conſtituerūt. qui pleraqꝫ eoꝝ oppida cepit. Hic helionoꝛā ferdinandi regis filiam mulierem coꝛdatam accepit vxoꝛē. ex qua ſex ſuſcepit filios. quatuoꝛ mares ⁊ duas feminas. Hic tandem ſoceri ſui conſilijs cōmotus tergiuerſatꝰ venetis ruptiſqꝫ eoꝝ federibus ferdinando ⁊ alijs ſocijs colligationibus inheſit er venetoꝝ immunitates violare cepit. que res maximum incendium in tota ytalia excitauit. pꝛo qua re veneti illū terra aquaqꝫ oppugnare ceperūt ⁊ plurimas terras ei abſtulerunt. ⁊ niſi alfonſus calabꝛoꝛum dux ferdinandi regis filius vir in armis ſtrēnuiſſimus ⁊ pontifex execrationibus obſtitiſſent de eo actum fuiſſꝫ. Tandem pace inter eos omnes confecta. inde vrbem ferrariam multis edificijs clarioꝛem reddidit.

Simon beatus tridentin⁹ puerul⁹. quẽ ob miraculoꝝ frequẽtiã btm̃ appellãt. die marcȷ. xȷ̃ȷ. kal̃. aprilis
anno ab incarnatione verbi ſeptuageſimoq̃nto ſupra milleſimũ q̃ter cẽtẽſimũ in hebdomoda ſctã a iudeis
in tridẽtina ciuitate necat⁹ xp̃i martir efficit̃. Iudei em̃ ea in vrbe degẽtes paſca ſuo more celebraturi. cuꝫ
xp̃ianũ nõ haberẽt immolãdũ cui⁹ ſanguinẽ in azimis ſuis vti poſſent puerũ in hũc modũ in ſamuelis cu-
iuſdã iudei domũ furtim deportarũt. In ſacra hebdomoda añ diẽ paſce luce tercia veſpere ſacio is añ fores
pris puerulȷ more ſedẽs. cũ nõ aderat genitor nec cara parẽs ꝓditor thobias aſtitit blanda voce moratus
puer. cui⁹ etas nõ dũ ter decẽ mẽſes viderat. fert illico ſamuel ad edes. Cũqꝫ nox ruit hic gemini ſaligmã
ſamuelqꝫ thobias vitalis moyſes yſrahel atqꝫ mayer añ ſynagogã leti ei⁹ pectora nudãt. In eius collo pri
mũ ne vagire poſſet ſudariolũ appoſuerũt ⁊ extenſis brachijs p̃mo p̃apulũ ſorpicib⁹. mox genã dexterã p̃
cidentes. Inde q̃ſqꝫ ſorpice carnẽ ꝯuellit. Sudib⁹ deinde pacutȷ pupugere. cũ ille manus alter plantas cõ
tinet crudeliter ſanguine collecto hymnos eoꝝ more canẽtes. addũt minis v̄ba. accipias ſuſpẽſe iheſu. fe
cere ſic olim maiores nr̃i. ſic ꝯfundant̃ celo terra mariqꝫ xp̃icole. ſic caput eius inter vlnas cecidit ⁊ vita li
bera ad ſuperos fecit iter. inde ad cenas ꝑperarũt azimas de ſanguine eius in xp̃i dedec⁹ ederũt. eoqꝫ mor
tuo ſtatim corpus in ꝓpinquũ domus eoꝝ flumen ꝓiecerũt ⁊ paſca cũ gaudio celebrarũt. Querẽtes deinde
de anxij parẽtes gnatũ paruulũ. poſtridie eũ in fluuio inuenerũt. q̃ illico vrbis p̃tori ſcelus denũciarũt. Is
p̃tor iohãnes de ſalis nobilis brixienſiũ ciuis legũ doctor viſo puero exhorruit facin⁹ ⁊ ꝯfeſtim vrbis iu
deos ꝯp̃hendit ⁊ eculeo eos ſigillatim imponẽs tormẽtis aſtricti eo ordine crimẽ retulerũt. q̃ diligẽti ex-
aminatione cognito iudeos ꝯdignis ſupplicijs exterminauit. Preſul eo tp̃e vrbis Jo. hinderbach colle-
git extinctũ corp⁹ ⁊ ſepulchro mãdat. multis eueſtigio cepit florere miracul̃. Inde ex oĩ xp̃iano orbe ppl̃oꝝ
ꝯcurſus ad ſctĩ huius paruulĩ ſepulchrũ eſt factus vt etiã vrbs ip̃a cũ miraculis ⁊ opibus multis ſit aucta
Corpori v̄o ip̃ius pueri tridentini ciues baſilicam pulchram erexere




Cõſimile etiã ſcel⁹ apð motã oppidũ qð ẽ i ſinib⁹ agri fori iulij p⁹ q̃nquẽniũ iudei pegerũt. Nã etiã ali-
um puerũ ſilĩ mõ mactauerũt. ꝓ q̃ tres eoꝝ captiui venetijs miſſi fuerũt ⁊ atroci ſupplicio ꝯcremati ſũt.
Iterum thurchi inferiorem ingreſſi miſiam magna cede ꝯſternunt̃. Dehinc magnã genuenſium vrbẽ ca-
phã quã ad meotidem adhuc poſſidebant. Genuenſes expugnant. ciuitas populoſa ⁊ mercatoribus
plurimũ apta fuit hoc anno ciue genueoſi eã prodente in turchoꝝ mañ. deuenit in littore euxini maris ſita.

PUelle monſtrū tēpeſtate iſtac in veronēſi agro naſcit̃ que vnū tantū caput habēs ſ duos podices. du
aſq; vuluas. ex ipis ambab⁹ ſupfluitates emittebat. Inſup q̄tuor brachia ſ duo groſſiora q̄ ꝓ voluta
te mouebat. alia tenuiora ⁊ immobilia erant. vētres etiā duos circa ſtomachū cōiunctos habebat. hanc pa
rentes p italiā circūſerētes precia ab inſpicientibus mendicabant.

PAdus ⁊ tiber reliquiq; oēs ytalie fluuij nouēbrio mēſe (ex multitudine imbriū) ita excreuere vt extra al
ueū effluentes multa accolis dāna intulerūt. q; nō ſecus p vias mortales nauigabāt ac p eoꝝ fluminū
aluca facere conſueuerant. Decreſcentibus paulopoſt multa animalia ⁊ q̄m maxime tiber ſecū traxit. ex quo
rum putrefactione ⁊ flatu peſtis maxima ſubſecuta eſt.

IN hiſpania morte heinrici prouincia diuidit̃ diuerſis populoꝝ ſtudijs. nā ſerdinādus iohannis arroga
nie regis filius heliſabetham heinrici ſororē in matrimoniū traductā ⁊ alfonſus portugalie rex heinri
ci iohannam filiam ex ſorore ſua neptē fouens regnū diuiſerūt. Anno ſequenti ſerdinandus rex hiſpanie in
agro numantino portugalie regem profugat.

Johannes de monte re
gio aſtronimus



IOhānes de mōte regio aleman⁹ nō minor anaximādro. mileſio aut ſyracuſa
no archimede. vtraq; lingua greca ac latina erudítiſſimꝰ germanoꝝ decꝰ. hac
quidē tēpeſtate ob aſtronomiā ceteraſq; mathematicas diſciplinas a mathia pā
nonie rege nurmbergēſibuſq; ppetuo donatꝰ ſtipendio. ⁊ in germania. pānonia
ac rome multo in p̄cio habitꝰ ē. Qui cū in hūgaria kalendariū ppulchrū ac q̄dā
alia in aſtronomia magno cū labore ſuo celebri ingenio compoſuiſſet. Epheme
rideſq; a noſtris diario dicta maxima cura ingenioq; edita inductis noue aſtro
nomie tabulis. reprobatiſq; gerardi cremonēſis theoricis romā ad emendandā
paſthilem dioniſij computū a ſixto q̄rto pon. accitꝰ dum pleraq; poſteritati parat
nō ſine maxima ſtudioſoꝝ iactura morbo perijt. Uſus ē p̄ceptore georgio hurba
chio in mathematicis excellentiſſimo. cuiꝰ theorice ſciētiſſime imp̄ſſe circūſerūt.

NIcolaus eſtenſis q̄ de impio ciuitatis cū hercule diſſidebat. ſerrariā clā ingreſ
ſus primo ſeptēbris primo īpetu aduerſarios exterruit. mox concurſu Sigiſ
mundi fratris herculis eiectus vrbe palude latitans capitur. nec multo poſt capi
te obtruncatur adoleſcens omni virtute inſignis.

IN franconia germanie nobili prouincia (que ab incolatu francoꝝ orientalis ſrancia appellat̃) Anno
ſalutis M.cccc.lxxvi. in rebus xp̄ianis varij motꝰ agitationeſq; inciderūt. Tympaniſta quidā aīalium
brutoꝝ paſtor apud vicū Niclaſhauſen vocitatū ſectatores plures nactus virus diffundere cepit. eo ꝑnicio
ſius quo ⁊ ſacerdotes ⁊ religioſos in ppl'oꝝ inuidiā adductos ſpernētes abiectos habere ceperūt. Is vō ſi
mulatā puritatē quandā ⁊ innocentiā vite ꝓponebat. edocens vitā cleri ignominioſā fore. theolonia ⁊ pe
dagia dn̄is nō eſſe ꝑſoluēda. oēs aq̄s ⁊ nemora oībus libera eſſe. ac nōnulla alia nephāda in populū ſemi
nans. q̄ nouitate gaudebāt. ea ſibi v̄ginē mariā enarraſſe p̄dicabat. Undiq; igit̃ gētes votis occurrebant.
Diebuſq; feſtis maximo ꝯcurſu hominū longū ſermonē in odium cleri deducebat. Eo igit̃ a Rudolfo ep̄o
herbipolen̄. miſſi exploratores inde ſectatorē p̄icipalē ad herbipolī ducētes igni tradiderūt. poſt cuiꝰ mortē
hec ꝑegrinatio viroꝝ ⁊ mulieꝝ euanuit. Nurmbergēſes q̄s ſb multa ne q̄s de ciuibꝰ ſuis accederet ꝓhibuerūt



Galeacius maria mediolaneñ. dux



Galeacius maria mediolani dux. anno. 1477. ob irã erepti ſibi fundi a iohanne andrea lamprogniano nobili mediolanenſi eo die qui ꝓthomartiri ſtephano celebris habet̃ in ipſius martiris templo ad aras incautus confodit̃. qui poſt patrẽ franciſcũ Sforciã dux declaratus regnauit annis nouẽ ⁊ menſes decez vir ꝓmptiſſimi ingenij ⁊ excelſo ⁊ magno animo princeps. Cũ multa edificia in vrbe mediolano extruxiſſet ꝑpulchre q̃s lapidibus ſectis vrbẽ vbiq; ſternere fecit Et paternũ erariũ pecunijs exhauſtũ diuicijs repleuit. In celebratione tñ diuinorum officiorꝫ ſupremos cãtores maximo ſumptu ⁊ impenſa habere nitebat̃. Verũ cum immoderata mulierũ libidine vteretur. poſt habita ſue maieſtatis honeſtate. coniuratione facta vniuerſo aſtante populo ⁊ omnibus aulicis vulneribus (vt ꝑmiſſum eſt) confoſſus anno etatis ſue. 33. turpiter occubuit ⁊ in maiori vrbis tẽplo eminentiſſimo loco iuxta ꝑētes ſuos ſepult⁹ fuit. Relictis poſt ſe duobus filijs ⁊ filia ex bona ſabaudiana vxore ſuſceptis. Johãnes aũt maria in feſto ephiẽ etatis ſue anno nono patrũ decreto in ducẽ ſublimatus pulchritudine indolis ⁊ ꝓmptiſſimi ĩgenij adoleſcẽs aſtãte pp̃lo bireto ⁊ reliq̃s ducat⁹ ornamẽtis iſignit⁹.

Carol⁹ burgũdionũ dux



Carolus burgundionũ dux philippi optimi ducis filius vltimus ex illuſtriſſima regiaq; francorꝫ familia natus. vir fortis. ſeuerus. magnanim⁹ ac terribilis ſꝫ iuſtus. liberalis. elemoſinarius ⁊ diuinorꝫ obſequiorꝫ ſeruentiſſim⁹ obſeruator. Js cũ vigeſimũ etatis attigiſſet annũ. ⁊ gandauenſes ciues a philippo patre quoddã priuilegiũ extorſiſſent nõ pauca militũ collecta manu in eos duxit vrbe potitus priuilegia in foro vrbis exuri fecit. principatu q̃zꝫ ſuſcepto multas cũ ludouico francorꝫ rege concertationes habuit. pace poſtmodum confecta a leodienſibus germanis inſenſus omnem vim belli in eos conuertit. ⁊ ciuitate obtenta poſt cedẽ ⁊ direptionẽ editam vrbẽ complanare fecit. inde vrbe deſolata relicta ꝑ eduardo ſororio anglie rege e britãnia a comite douericb ⁊ henrico portugalie rege pulſo. exercitũ multũ ꝯgregauit ⁊ ꝯtra eoſdem ⁊ ludouicũ regẽ bellũ ſuſcepit ⁊ breui illũ in regnũ remiſit ⁊ arma in ludouicũ regem cõuertit ⁊ mltis incomodis attriuit. Per romanũ pontificẽ paulũ mox inter ipſos res ꝯpoſite fuerunt. His geſtis ad nuſſiam colonienſis agri oppidũ quod eſt in ripis rheni duxit ⁊ illud acerrime obſedit Sed cũ Fridericus ceſar tercius eius auxilio veniſſet in regnũ diſceſſit. Deniq; cũ multas ꝓuincias ingenti cede ſibi ſubegiſſet ad nanſiam dictionis lotharingie ducis vrbẽ ꝑuenit vt contra ſueuos (quos viſitato ri vocabulo ſuiceros ſiue ſuitenſes appellãt) maturaret. Hi tñ populariter in ducis caſtra aduolant. illum tanta ſtrage afficiũt vt fuſus ac ꝓfligatus tandẽ obtruncatus mortẽ obiuit. Tria itaq; oppida ſibi dãnoſa fuere. In rebus granſen. grege murthen. corpore nanſen. Unicam filiam nomine mariam hic regni heredem tantum dereliquit. que poſtea Maximilianum friderici ceſaris filium accepit maritum.

Ferdinandus neapoli rex cũ pacez q̃ italia vigebat anno. 1478. labefactare ſtuduiſſet. aſcito ſibi iheronimo fori cornelij (quã imolã itali dicũt) comite. raphaelẽ diaconũ cardinalẽ diui georgij nepotẽ. ſixti quarti pontificis ex ſorore comitis iheronimi. ſimulq; franciſcũ ſaluiatũ archiepm piſanus cũ ſamulicio 300. hominũ florentiã miſit. inq; diue liberate templo franciſco ſaluiato eucharıſtiã celebrante compoſita hora iuuante Johanne pacio viro maxime apud ſuos extimationis. multiſq; aduerſe factionis iulianum mediceen ꝯfoderũt. Laurẽti⁹ vero fortiter vulnerat⁹ prudentia conſilioq; precipuo impetus hoſtiles cohercuit. plurimis factioſis ſede trucidatis. plurimiſq; cum archiepiſcopo piſano ſuſpendio necatis. Florentini vero cardinalem diui georgij vſq; dum res componerentur retinuerunt.



Locuſte eodem anno ꝑ italiã vagate brixie agrũ deuaſtarũt. cũ in brixiano agro in maxima multitudine aduolarũt. que brixianis ⁊ mantuanis maximum intulerunt damnum: quib⁹ niſi ludouici mantuani pricipis ſollicitudo obſtitiſſet. ſata queq; in tota lombardia corroſiſſent.

Maximaq; lues hoc ipſo anno ꝑ totã italiã vagata eſt. adeo vt hec peſtis ſeuiſſima in brixiana vrbe ſupra. xx. hominuꝫ milia. ⁊ venetijs ſupra triginta hominũ milia perierint. Eam em̃ calamitatez ſolis eclipſis indicauit. qui eo anno iulio menſe fuit. atq; locuſtarum multitudo.

bus iudiciū magnū ipe rex ⁊ deus faciet. Cū dies iſte finē fatalē acceperit ⁊ mortales ad iudiciū immorta
lis dei venerint. Veniet igitur ſummi dei filius vt viuos ⁊ mortuos iudicet. Apparebit autē dominus in
aere ſupra locum vnde aſcendit. Inſtrumenta quoq₃ mortis veluti triūphi vexilla. crux. claui. lancea. Vi-
debuntur quoq₃ eius cicatrices quinq₃ vulneꝝ. Et in valle ioſaphat oīs homo iudicabitur. Sed cū mū-
di ⁊ mortaliū venerit iudiciū. quod deus ipe faciet iudicans pios ſimul ⁊ impios. Tūc demū impios qui-
dem in ignem ⁊ tenebras mittet. Qui aūt pietatem tenuerūt iteꝝ viuent ſpiritu dei dante honoꝛ ſimul ⁊
vitā. Quod non modo ꝓphete futurum eſſe ex dei ſpiritu: verūetiam vates ⁊ philoſophi vt hidaſpes ex in
ſtinctu demonū cecinerūt. Nemo aūt querat quēadmodum fieri poſſit. Nec eīn diuinoꝝ opeꝝ poteſt reddi
ratio. Sed ſi a principio deus hominē neſcio quo inenarrabili modo inſtituit. Credamus ab eo reſtitui ve
terem poſſe qui nouū fecit. Sed infideles clamant ⁊ dicunt. Quomodo poteſt caro putrefacta cū diſſolui-
tur. aut in puluerem reuertitur. maris etiam interdū profundo ſorbetur. fluctibuſq₃ diſpergitur colligi rur
ſum ⁊ reintegrari in vnū corpus. Et ex anima eadem hominis operari: Ad quos reſponſionem ex ſermo
nibus Pauli faciamus dicentis. Inſipiens tu quod ſeminas non viuificatur. niſi prius moriatur. ⁊ qđ ſe
minas futuꝝ eſt. Seminas ſed nudū granū tritici aut alicuius ceteroꝝ ſeminū. Deus aūt dat ei corpus ꝓ-
ut vult. Quod autem in ſeminibus que in terram iacis per annos ſingulos fieri vides. hoc in tua carne q̄
lege dei ſeminatur in terra futurum eſſe non credis. Cur queſo tam anguſtus ⁊ inualidus diuine potentie
eſtimator es. vt diſperſum vniuſcuiuſq₃ carnis puluerem in ſuam rationem colligi et reperari poſſe nō cre
das. An non cenſeas cum videas ꝙ etiam mortale ingeniū demerſas in profundum terre metallorum ve-
nas rimatur. Et artificis oculis aurū videtur. in quo imperitus terram putat. Et cū auri eſſe ꝓpriam venā.
⁊ argenti aliā. Eriſq₃ longe diſparē. ferri atq₃ plūbi diuerſam. Intra ſpeciem terre latere mortale deprehē-
dat ingeniū. diuina virtus inuenire poſſe ac diſcernere non putabitur vniuſcuiuſq₃ carnis ꝓprium ſenſum
etiam ſi videatur diſperſus. Sed ad hec temptemus animas que intellectu deficiūt naturalibus ratōib⁹
adiuuare. Si quis ſemina diuerſa in manu ſua permiſceat. et hec indiſcrete ſeminat. vel paſſim ſpargat in
terram. nonne vniuſcuiuſq₃ ſeminis granum. quocūq₃ loci iactum fuerit competenti tēpore ſm̄ nature ſue
ſpeciem germē producet. vt ſtatum ſue forme ſuiq₃ corporis reparet. Ita ergo vniuſcuiuſq₃ carnis ſubſtā-
tia. q̄uis varie diuerſeq₃ diſperſa ſit. ratio tamē ipa que ineſt vnicuiq₃ carni eſt immortalis. quia immor-
talis anime caro eſt. ex eo tempore quo ſeminantis in terram primo veri dei voluntati arriſit. collectū ter-
re attractumq₃ ſubſtantie ſenſum reddit ac reparat in illam ſpeciem. quā mors aliquando diſſoluerat. Et
ita fit vnicuiq₃ anime vt non ad confuſum ⁊ extraneum corpus. ſed ad ſuum quod habuerat reparet̄. Cō
ſequenter poteſt pro agonibus preſentis vite. cum anima ſua caro vel pudica coronari. vel impudica pu-
niri. Nō autē renaſcent̄. ſed reſurgēt. Et ideo corpibus induētur. Et prioris vite facturūq₃ oīm memores
erūt. Et ī bonis celeſtib⁹ collocati ac fruētes iocūditate īnūerabiliū copiaꝝ. ꝑpti deo grās agēt. ꝙ malū oē
deleuerit. ꝙq₃ eos in regnū vitāq₃ ꝑpetuā ſuſcitarit. Hec ſunt q̄ a ꝓphetis futura dicūtur. Quoꝝ teſtimo-
nia ponere non opus eſt. Cum tantam rerum multitudinē menſura libri non caperet. Qui hec diligenti⁹
voluerit ſcire. Ex ipſo fonte hauriat. ⁊ plura q̄ nos in hijs libris complexi ſumus admirabilia requirat.
Poſtq₃ tandē fuit terre mortaliū confuſio. Et ipe omnipotēs. cum venerit in ſolio iudicare oīes animas
⁊ mūdum omnē. Eodem tempore fiet publica omniū reſurrectio. Eritq₃ corpus quod reſurget a mortuis
incorruptibile ⁊ immortale. non ſolum iuſtorum. ſed etiam peccatoꝝ. Juſtorum quidem vt ſemꝑ poſſint
permanere cum xp̄o. peccatoꝝ vō vt abſq₃ interitione ſua debitas luant penas. Poſtremo iuſtus iudex ꝑ-
petuitatem glorie iuſtis donabit. Impijs vō prolixitatem confuſionis ⁊ penas miniſtrabit. Quoꝝ cor-
pora permanebūt in eternū. vt ſufficere poſſint cruciatibus ⁊ igni ſempiterno. Cuius natura diuerſa ē ab
hoc noſtro. quo ad vite neceſſaria vtimur. Qui niſi alicuius materie fomite alatur extinguitur. At ille di-
uinus per ſeipſum ſemper viuit ⁊ viget ſine vllis alimentis. ac ſibi ipſe eternum pabulum miniſtrabit. ac



ſenſum doloris afficiet. Quãta aũt felicitas exiſtimanda eſt. iuſtis ac pijs ſubtractis hijs laboribus terre. ꝓ-
ficiſci ad illum equiſſimũ iudicem parentemq; indulgentiſſimũ. qui pro laboribus requiem. pro morte vi-
tam. pro tenebris claritatem. pro terrenis ac breuibus bonis. eterna ⁊ celeſtia largiatur. Uniuerſos igitur
oportet operã dare vt ſe vel q̃ primũ ad rectam viam dirigãt. vel ſuſceptis operatiſq; virtutibus. hui⁹ vi-
te laboribus patienter exactis. conſolatorem deum habere mereantur. Pater enĩ noſter ac dominus q̇ con-
didit firmamẽtũq; celum. qui ſolem cum ceteris ſyderibus illuxit. Qui libratam magnitudine ſua terrã val-
lauit montibus. mare circũdedit. amnibuſq; diſtinxit. Et quicquid eſt in hoc opere mundi conflauit ac ꝑfe-
cit e nihilo. perſpectis erroribus hominũ. ducem miſit. qui nobis iuſticie viam panderet. Hũc ſequamur
omẽs. hunc audiamus. huic deuotiſſime pareamus. Congrediamur cum hoſte quem nouimus. fortiter vt
victores. ac deuicto aduerſario. triũphãtes premiũ virtutis quod ipſe promiſit a deo conſequamur. Et in
altiſſimũ celum relicto ſtellato per illam immenſam portam inſtar iris ingrediamur. vbi vrbs illa beatorũ
ciuiũ atq; dei. mater noſtra hieruſalem in medijs celi campis apparebit. Hec vrbs vt v̄ba Joannis ĩ apo-
calipſi ſonãt. in ſe dei ⁊ lumen eius ſimile lapidi precioſo habet. Cuius murus magnus ⁊ altus. habens
portas duodecim ⁊ nomina ſcripta. xij. tribuũ filiorꝫ iſrahel. quaternis lateribus prout ſunt partes mũdi.
Murus ciuitatis que quadrata eſt habet fundamenta. xij. Et in ipſis nomina. xij. apoſtolorum. fundamẽ-
ta muri ciuitatis omĩ lapide precioſo ornata. Inenarrabili igitur gaudio perfundimur. cum in patriam ve-
ram remigrabimus. Ex qua oriũdi immo in qua orti ſumus. ex meliore multoq; preſtantiori noſtri parte.
Quãtope poſt longũ erũnoſum periculoſum exiliũ eas regiones atq; illa loca plena magnificentie. ⁊ ad-
uentu noſtro gratulantia videntes exultabimus. Deprecemur igitur. vt nobis ⁊ omnibus. qui hoc audiũt
Concedat dominus. fide quã ſuſcepimus cuſtodita. curſu conſummato. expectare iuſticie repoſitã coronã
Et inueniri inter eos. qui reſurgũt in vitam eternam. Liberari vo a confuſione ⁊ ſupplicio eterno. p xp̃m
dominũ noſtrũ. per quem eſt deo patri omnipotenti. cum ſpũſctõ gloria ⁊ imꝑiũ in ſecula ſeculorꝫ Amen.

COmpleto in famoſiſſima Nurembergenſi vrbe Operi
de hyſtorijs etatum mundi. ac deſcriptione vrbium. fe-
lix imponitur finis. Collectum breui tempore Auxilio docto-
ris hartmãni Schedel. qua fieri potuit diligentia. Anno xp̃i
Milleſimo quadringenteſimo nonageſimotercio. die quarto
menſis Junij. :~

Deo igitur optimo. ſint laudes infinite: ~

## De Sarmacia regione Europe



## De regno polonie et eius initio



Quoniam de Boleſlao (qui tercius Sarmacie rex extitit) paulo poſt mētio fiet. quarē ⁊ de terra ſarmacie. et quo pacto illa regium ſceptrum meruerit breuiter abſoluere propoſui. Eſt igitur Sarmatia inuiis ampla ⁊ vaſta regio ſ3 inculta ⁊ in ſolitudīe poſita. ⁊ ſub rigidiſſimo ethere iacet. Hec ex ortu moſtboſ et thanaim fluuiū habet. A meridie dacos ⁊ pannonias. Ab occidente bohemos. morauos ſchleſitas ⁊ theutones. A ſeptentrione mare germanicum ⁊ ſinū codanū. Id vero quod regni nomen tantū partiꝰ poloniam vocant. hec duo nomia ſortiꝰ. Nam ea pars terre vbi Cracouia ſituata eſt minorem Poloniam vocant. At vbi Poſnania ⁊ Gneſna ſurgit maiorem nuncupant. A Craco aūt primo duce vſqꝫ ad etatē primi boleſlai nō niſi duces illic imperitabant. Temporibus aūt primi ottonis ceſaris boleſlaus clariſſimus dux fuerat Non is de quo in vita diui Staniſlai dicemus. nā ille nepos eius fuit. qui ex monacho huiꝰ Boleſlai filio natus fuerat. Iſte igiꝰ Boleſlaꝰ regē francie ⁊ germanas gentes victrici manu infeſtabat. Tandē ob Ottonis ceſaris p̄ces tali bello finē dedit ac fedus cū germanis ⁊ gallis ꝯtraxit. Otto aūt ceſar videns tanti principis animi magnitudinē. quā toti germanie ⁊ ſarmacie notā fecerat ſe cū Boleſlao duce in ſarmaciā ꝯtulit

vt ⁊ imperium ⁊ poteſtatē eius planius perſpiceret. Quē illuſtris dux ſummis honoribus in poſnā ſuſcepit
Nā tribus ante vrbem milibus paſſuū aut longius ſericas lanas muriceaſqꝫ veſtes auro argentoqꝫ decora-
tas ꝑ viā qua ceſar iturus fuerat proſterni iuſſit. Et poſt ingreſſionē ceſaris in vrbē poſnam cuicūqꝫ licitum
fuerat illa deferre ⁊ deportare. Illic magnificis ſplendidiſſimiſqꝫ ꝯuiuijs ac theatris ceteriſqꝫ cerimonijs ceſa
rem venerabatur vt nulla quā aurea illic forent ſuppellectilia. que poſt quoſlibet cibos in puteos quoꝝ fun-
di nemo certus fuerat deici ac deperdi iubebat. Multas alias pompas ac munificencias ceſari ottoni inſtau
rabat. que ſatis ample vetuſta ſarmatica hiſtoria enarrat. Iamqꝫ videns ceſar tanti principis liberalitatē ⁊
mentis ſublimitatē. diuiciarūqꝫ abundantiā nō abre animo duxit tantū clariſſimū ducē corona regia dignū
fore. eū itaqꝫ regali ſceptro ac dyademate exornauit. ac ceteris dignitatibus ſedē regiā requirentib⁹ celebra-
uit. Ne aūt Boleſlaus tā illuſtris rex tanti erga ceſarem beneficij ingratus videretur brachiū diui adalberti
antiſtitis. quē pruteni nefanda morte trucidarunt ꝓ munere ceſari obtulit. Iamqꝫ aucto regni imperio vſqꝫ
ad annos ſalutis noſtre M. cccc. aut paulo antea rex polonie dū abſqꝫ prole deceſſiſſet. Tandē dux qui litua
nis ac ruſſie preſidebat in regē electus fuit. & ydola antea coluit. Sed eo tempore quo illi regnū ſceptrum de
ferebat̄ ⁊ xpianam religionē cum omni terra cui preerat ſuſcepit. Itaqꝫ lituanos ac ruſſitas ad regnū ſarma
cie ſic adiunxit. vt non niſi abſqꝫ certa ꝯditione diſſolui poſſint. Is ergo illuſtriſſim⁹ princeps prutenos ma
ritimas germanie gentes ſeuiſſimo bello ſubiugū duxit ac imperiū amplius extēdit. Vbi inſignes vrbes ex
tant Dantiſcum ⁊ thuronia. Eſt ⁊ clariſſima arx Marieburgum. cui ſimilis nemo mortalium vidiſſe fertur.
multis varijs ſtructuris. menibus. turrib⁹ ac foſſis munita vt nulli inimicoꝝ tutus ſit ad arcē acceſſus. Am
plius imperiū ante aliquot annos fuerat. infeſtante tamen tartarorum ⁊ turchoꝝ ꝑfidiſſima gente magnū to
ti ſarmacie damnū illatū ē. Nam terra que poſt Ruſſiam vadit quā gens podoliā vocat tota exuſta ⁊ in ſoli-
tudine poſita ē. vt ⁊ neceſſitatem peregrinantib⁹ ferre non poſſit q̄uis fertiliſſima ſit ita vt gramina in altitu
dine vnius celſi viri excreſcant. ⁊ apibus ⁊ melle tota redolens vt nō ſatis illis locus ſit vbi mella deferant.
ſub arboribus nanqꝫ aut virgultis ⁊ ſiluis fauos ſic educunt. Hercinū aūt celebratiſſimū nemus quo in to
ta europa nihil preſtantius ſarmaciā totā percurrit ⁊ circa Cracouiā ſaltus ſuos extendit. ꝑ quos iturus po-
teſt vnuſquiſqꝫ vſqꝫ in lituaniā ⁊ ſcithiā. tātis brachijs regionē illam totam diuagat̄ ferax maximas educēs
greges. In ea vero ſilue parte qua ſeptentrionalior eſt biſſontes fert que ferox ac immanis bellua eſt huma
num genus maxime odiens. ad veſcendum quidē maxime conueniens. Formā aūt gerit citrini coloris. Frō-
tem latā ⁊ cornua fert. vt nec venatoni ſatis aptū ſit niſi maximis varijſqꝫ laboribus. Metallū vero nullum
q̄ꝫ plumbū ſarmacia fert nō alia q̄ꝫ ſaturni cauſa. qui terrā rigido infeſtat frigore. Salis aūt maxima copia ē
qua cetere longinque gentes vtunt̄. quod maximū ꝑſtat toti regioni emolimētū. qua nulla regi ipſi maior in
toto regno gaza extat. Nā ſub terra exciduntur ingētia ſalis ſaxa. Extra terrā aūt aliud ſal ex aqua decoquitur
Eſt et ſarmacia ferax ⁊ vberrima tellus omni genere fructuū ⁊ quicquid ad paſcendū humanū corpus expe-
tit. Nunc addendū eſt clariſſimā prolē illuſtriſſimi principis Vladiſlai. de quo antea diximꝰ. Is tres (vt qui-
dam ferunt) vxores habuit. ex quibus duos ſuſceperat filios. quoꝝ vnus natu maior Vladiſlaus vocabat̄.
alter caſimirus. Vladiſlaus aūt poſt mortem patris regio inſignitus fuerat imperio. itaqꝫ hungarie ⁊ bohe
mie ⁊ polonie regnis preſidebat. vbi clariſſima geſta militari manu faciebat. ac imperiū ⁊ xpianaꝝ religionē
ampliabat. Nam regi turchoꝝ tantū terraꝝ depopulatus fuerat vt ⁊ ante conſtantinopolim caſtrametaretur
vbi dū ſeuiſſima bella erga turchos gereret ac vtraqꝫ pars crudeliſſimo conflictu decertaret pānones verſis
tergis fugā dabant ac regē cū paucis ſarmacie copijs in tanta hoſtiū multitudine reliquerunt. Caſſimir⁹ ve
ro dux lituanis ⁊ ruſſie preerat. Inde dum caſus regius genti notus fuerat Caſſimirus per ſarmatas in re-
gē declarat̄ q̄ filiā ducis auſtrie ſororē ladiſlai q̄ regno bohemie ⁊ hūgarie ꝑſidebat in vxorē duxit. Ex ea ſex
ſuſcepit filios ⁊ q̄nqꝫ filias. Primogenitus vero Vladiſlaus vocat̄. Hic adhuc iuuenis exiſtens in imperi-
um regni bohemie electus fuit mira quadā animi magnitudine ac optimis conſilijs pollens. Ob quod dux
Mathias rex hungarie diſceſſiſſet ⁊ regnū pannonie adeptus eſt. Huic erat ꝓximus frater. cui Caſſimirus
nomen paternū datū fuerat. qui ſummo ingenio ac prudentia claruit. tandem morbo inualeſcente perijt. At
huic ſucceſſit illuſtriſſimus princeps Iohānes albertus tā futurum toti orbi ſpectaculū. Is plurima illuſtria
geſta militari bello aput Tartaros ac ceteras gentes edidit. Poſt patris autem obitū regno ſucceſſit. vbi fa
uente illi ꝓſpera fortuna regnū virtute ſua ⁊ optimoꝝ doctiſſimorūqꝫ viroꝝ conſilijs gubernat. Inclit⁹ ve-
ro dux Alexender quartus natus regius eſt. cui fortitudine ⁊ mentis ſublimitate parem tota Sarmacia vix
tulit. Hunc ob eius conſtanciam Lituani poſt mortem patris in ducem ſuſceperunt. qui ⁊ maximū toti Sar
macie decus eſſe exiſtimatur. Poſt hunc ſequit̄ Sigiſmundus celebris princeps. qui paterna ſequit̄ veſti-
gia. Is multis egregijs geſtis clareret ſi illi aliqđ felix fatū aſpiraret. Celeberrim⁹ aūt Frideric⁹ ꝑnceps vlti
mū natorū locū obtinuit. qui innata animi ingenua virtute relinquens vanos principum tumultus ⁊ inqui
etam vitā ad ſedem tranquilliorem ſeſe contulit. vnde epiſcopus Cracouienſis electus ad arcpiepiſcopatus
Gnetznenſem poſtea deuenit. Hij omnes quinqꝫ clariſſimi principes hanc vſqꝫ in etatem magnifice ac cele
berrime vitam ducunt. Inter filias vero quinqꝫ. prima nupſit Georgio duci bauarie. Secūda Friderico mar
chioni brandeburgenſi. Tercia duci pomeranie. At due relique innupte apud matrem vitam ducunt.

Sanctus Stanislaus epiſcopus



## De ſancto Stanislao epiſcopo Cracouienſi patrono Sarmacie

Diuus Stanislaus vir magne apud deū auctoritatis tocius ſarmacie patronus ⁊ ſignifer. Natus anno ſalutis noſtre M.viij. in rure quod Sczeppanowo vocant: nobilibus ac claris parentibus. quoꝝ cura fuit in templis diuino ſeruicio incumbere. ⁊ deū pijs placare precibus. Is dū in iuuentutem deueniſſet patris monitu in celebre gymnaſium pariſius deuenit vbi optimaꝝ literarū ſtudijs ſummā operā dabat. vnde multis virtutibus floruit. ſacro aūt diuinoqꝫ iuri precipue inſiſtebat. non ea qua huius etatis iuriſperiti queſtus cauſa ſolēt vt maiorum dignitatū honorē adipiſcereꝫ. ſed vt ſi quando locus ſtatuſue aut cōditio ſua ferre poſſet vt tantū miſeris quantum potentibus. orphano pupilloue iuſticiam adminiſtraret. ⁊ vnicuiqꝫ equo pondere quod ſuū eſſet iubente id lege redderet. Tandem paternas ſedes rediens Cracouiam inclitā Sarmacie vrbem deuenit. Illic ob virtutem ⁊ ſcientiā ſuā canonicali dignitate ſungitur. Mortuoqꝫ antiſtite celeſtis numinis prouidentia in preſulis ſedem declaratus fuit. Hūc dū ſemper optimo ordine ſtatum deferret curabat ſacrā religionē ac diuinum cultum ampliare. Empto tandem rure a quodam milite. eoqꝫ mortuo amici illius villam eandē iure hereditario a diuo preſule repetere conabanꝫ. At ille teſtimoniū huius ſtipulationis emptioniſqꝫ proferre non potuit. nam hij qui huius rei ſatis edocti fuerant ꝓpter illoꝝ impotentiā latebant. Vir ergo ſanctus orationib⁹ ac ieiunijs incubuit. confiſuſqꝫ ſummi dei potentia. qua ſe iam diu munitū cognouerat accedens ad tumulum defuncti militis a quo rus illud emerat. ⁊ euoluto lapide et arena pia ⁊ deuota oratione deū obteſtabatur. et mortuū illū per quatuor annos in vitā reduxit. Eūqꝫ coram tyranno Boleslao apud quē tale ius agebatur conſtituit. Aſtantibus illic ſuis aduerſarijs ceteriſqꝫ regni optimatibus. quo ſe emiſſe villam aperte demoſtrauit. Iamqꝫ ſeuus Boleſla⁹ ſedo turpiqꝫ luxu inſiſtebat. ac omnē in ſuas gentes ꝑfidiam ⁊ tyrannidem exercebat. ac illuſtres viros egregioſqꝫ ciues neſandis diriſqꝫ supplicijs excruciabat. Stanislaus vero chriſti vates haud longius id ferendum exiſtimabat. itaqꝫ regem intrepidus adiens vt talib⁹ ceptis deſineret illum obiurgabat. At ille magis indies facinus exercebat. Tandem a preſule in ſententiam excōmunicationis ponitꝫ. quare tyrannus boleslaus ignarus pre furore quid ageret dimiſit ſatellites ſuos vt ꝑſulem quocunqꝫ eſſet loco trucidarent. Eo tempore diuus Stanislaus in ſacellū diui Michaelis quod ſuper rupellam in Caſimiro vrbe conditū eſt deuenerat gratiſſimū illic deo offerens ſacrificiū. huc in locum dū miniſtri regij deueniſſent. iamqꝫ ter ingredi templū conarentur. ter iterum pulſi diuina potentia in tergum cadebant. Id poſtꝗ̄ ad regias aures deuentum fuiſſet magno fremitu rex Boleslaus in ſacellum ꝓperat. vbi ſanctum preſulem iam ſacrificia offerentem immani verbere at ſeuiſſimis ictibus trucidat. Tandem per miniſtros in fruſta partitus extra vrbē deijcitꝫ vt volucres illud vncis roſtris deuellerent. ſed diuina ſic agente prouidencia aquile illic aderant que precioſum corpus in vnum collegerunt ſummaqꝫ diligentia id ſeruabant quouſqꝫ ciues ipſi maximo venerandoqꝫ ritu in rupellam honorifice ſepelirent. Tandē in numerū ſanctoꝝ relatus vt premiſſum eſt in arcē regiā ad templū diui wentzeslai deduct⁹ in aurea tumba multis miraculis coruſcat. quem populus multo thure ac precibus indies veneratur

## De Cracouia vrbe regia Sarmacie

Cracouiam vrbem regiam inſigni huic operi inſerendam haud abſurdum eſſe duxi. Nam celebris germanie ciuitas ē teſte Ptolomeo optimo lucidioriqꝫ coſmographo. q̄ eā Corrodunū appellat. Strabo aūt germaniā diffinit q̄tū Rhenus ⁊ Albis in ſe clauſerint. Nos ea cauſā ſane non indigna vrbem ſarmacie foro cenſemus. Hanc a prima eius origine repetendā ſatis dignā eſſe putaui. Sed ne prolixiori ambiguaue oratione narrando fabulari videar breuiter de eius ſitu quippiam narrare conſtitui. Cracouia igitur illuſtris vrbs ſarmacie quā poloniam vocant ad rippam Iſtule nō longe ab eius fontibus ſita. Hec a Cracco primo duce ſarmacie condita fuiſſe ⁊ eam ſuo nomine celebraſſe multi retulere. Hec altis primū menibus cingiꝫ. ꝓpugnaculis ⁊ celſis turribus. poſt paruo muro ⁊ ob vetuſtatem ruituro ſimilis. Tandē valles ac foſſe vt imminentibus hoſtibus facilior aditus prohibeatur. Hee quedam piſcinarijs aquis replete quedam virgultis frutice ac graminibus virent. Poſt aggetem vero qui valli imminet amnis non late fluens Rudys dictus totam ciuitatem circumluit. Hic rotarum orbes agitat qui Cererem ſaxis conterunt et emoliunt. Deductus tandem per ſubterraneos cuniculos ⁊ cannas toti vrbi ſatis vndarum prebet. Porte vrbis ſeptem. In ea vero plurime pulcherrime ac egregie ciuium domus. Ac plurima ingentia templa Precipuū diue virginis Marie in medio vrbis extat cum duabus arduis celſiſqꝫ turribus. Sūt ⁊ illic multa monaſteria. vbi multus deuotorum religioſorumue patrū cetus fulget. Ad edem nanqꝫ glorioſiſſime trinitatis ſic vocatam eſt celebris ordo predicatorū. In ea vero ſacra ede multe ſanctitatis vir beatus Iacinctus non dū in numerū ſanctorum relatus magnis miraculis redolet. diui Dominici comes. Qui adhuc viuens tres mortuos in vitam reduxit. Ad templū vero ſancti Franciſci eſt ordo fratrum minoꝝ non reformatus. Ac cetera multa monaſteria. Eſt et templū non longe a porta Iſtule quod ad ſanctaꝫ Annam vocant. vbi beatus Cantius celebris huius vrbis gimnaſij doctor multis miraculis ⁊ prodigijs fulget. q̄uis nō dū in cathalagum ſanctorū aſcriptus ſit. Hanc iuxta ſacrā edem ſituatū eſt ingens celebre gymnaſiū multis clariſſimis doctiſſimiſqꝫ viris pollens. vbi plurime ingenue artes recitantur. Studiū eloquētie poetices philoſophie ac phiſices. Aſtronomice tamen ſtudiū maxime viret. Nec in tota germania (vt ex multorū relatione ſatis mihi cognitum eſt) illo clarior reperitur. Illic iam maxime phebus colitur. qui ⁊ eorū cruda elimat

ingenia ac polita reddit. Has edes diuus Vladiſlaus illuſtris ſarmacie rex dū ex prutenoꝝ littorali ſarmacie gente ſeuiſſimo conflictu victoriā duxiſſet (Cuius quidem belli plurima clariſſima monumenta hancuſqꝫ in etatem in arce regia de qua paulopoſt dicemus ſupſtant) magnis opulentijs extruxit. libertatibus ꝛ ſupēdijs ſūmis celebrauit. Nec incole vrbis ſarmatico more viuunt. quos crudos ꝛ ignauos ſarmatas priſci dixerunt. Sunt nanqꝫ illic clariſſimi ciues. virtutibus prudentia ꝛ comitate inſignes. humanitatē ꝛ hoſpitalitatem liberaliter ꝛ familiariter erga quoſcꝫ peregrinos offerentes. Victus illis ſplendidioꝛ q̄ꝫ ceteris ſarmatis. Ex omni delicato genere cibi potus illis frequētioꝛ eſt. Aqua ordeo ꝛ humulo decocta. Is quātū neceſſitas ferre poteſt ſi ſumit̄ profecto nihil nature humane ꝛ ad corpus ipm alendū conuenientius quicꝫ reperiri poteſt. Sub arce vero intra ciuitatem extat ꝛ aliud inſigne collegiū. vbi achademia iuris ac legū pollet. Ad vrbis vero ſeptentrionale latus adiacet paruum oppidū nullis quidem menibus cinctū quod Clepardiuꝫ vocant. nihil dignū ſcriptu in ea q̄ꝫ egregia ſacra ſedes diui Floriani ſtrenui chriſtiane fidei militiſ Quā diuus Vladiſlaus de quo ante meminibus canonicatu ceteriſcꝫ dignitatibus ac muneribus refecit. et doctorib9 gymnaſiū artiū regentib9 colēdā reddidit. Rupes aūt ac crepidines nimia altitudine erecte. ſic vt iam celū ſuſtentare videant̄. Tandē arenis congeſtaqꝫ terra obducte ingentē collem efficiunt. qui ea parte q̄ in boreā tendit vrbi imminet. ꝛ ex alio latere niuoſum carpathū althe tumentem reſpicit. quā collis partem inſignis europe fluuius Iſtula quondā germanie terminus alluit. qui ex carpathi radice paruo quidē fonte proſiliens longius magis magiſcꝫ tumet. ita vt iam vndaꝝ auctus mole que ex pannonicis montibus ſeſe in eum precipitant. trabes ꝛ ingentia robora variaſcꝫ lignoꝝ ſtructuras defert. Tandem vbi imbriū acceteris fluminibus magis tumuerit rates ac honerarias naues ſecū ad germanicū occeanū in ſinū codanū deducit vbi trino vaſto ore ſpumoſus ſeſe euoluens nomina deperdit. In eo aūt colle primū eſt ingēs templuꝫ in



decus diui wentzeslai ducis bohemie conditū. vbi omniū illuſtriſſimoꝝ viroꝝ monumenta ac ſepulture extant. multis opibus variiſqꝫ artibus extructe marmoreo allabaſtroqꝫ lapide exſculpta. quos maximo ritu ac pompa celebrari conſuetū eſt. In medio aūt templi extat celebre monumentū in quo clariſſimus chriſti miles diuus Florianus requieſcit. Sunt ꝛ in eodem colle due ſacre edes. diui michaelis ꝛ ſancti Georgii Poſt egregie nobiliū curie ac edes ſacerdotū. qui noctu dieqꝫ templa venerant. Poſt primū ingens regia ſedes maximis ac variis ſtructuris condita. que totius regni capitoliū eſt vbi tota regni gaza congeritur. Hic principibus declaratur imperium. nam regalis corona hic maximis cuſtodibus obſeruat. Extra collē aūt ē monaſterium fratrū minorum religioſius ordinem ſeruans. Nec longe ab eo monaſterio extat cenobium ſacrarum virginū. Huic ex oppoſito ad pontē ipſm ē inſigne hoſpitale ꝛ ſacra edes ſancte Hedwigis. Ad aliam vero inſule ripam extat clara ciuitas quam Caſimirum vocant a rege ſic vocato condita. quā Iſtula vbi ſub arce regia ſe diuiſerit totam circumluit ac pene inſulam reddit. Eſt in ea inſigne phanū diue virginis katherine vbi ordo Auguſtinenſium floret. Tum ꝛ templum quod ad ſacroſanctū corpus chriſti vocant. vbi canonici regulares inhabitant. Ac cetere alie ſacre edes. Extant ꝛ clariſſima monumenta vetuſti collegii iam inſolita. quos illuſtris regina hedewigis conſtruxerat. Plurima preclara preterea in his vrbibus a vetuſtiſſimis temporib⁹ geſta ſunt per illuſtriſſimos reges ac principes. Sꝫ breuitatem imitati finē his impoſuiſſe dignum ſtatuimus



LVbeca ſeu vt alij ſcribunt Lubecum ſaxonie vrbs illuſtris ac ceſarea ciuitas nedū in germania verum
et apud exteras gentes nominatiſſima a Vikbodo vitigo cimbroꝝ duce ad cimbricam cherſoneſon
quondam edificata in eo loco quem venedes qui ⁊ vandali adhuc ſaxonie partem tenentes Buccouiam di-
xere. Aucta p ſeuiſſimū principez qui kitto dicebať. quē ⁊ trutonē appellabant Anno xpī M.c.iiij. Ea por-
cio terre litoꝛalis ē inter magnopolenſiū holſtadenſiūqꝫ ducatus duobus fluminibus baguiſo ⁊ trauo irri-
gua. Que limpida flumina vernacula lingua wagnib ⁊ trab appellantur. Js kitto ex nobili progenie marc-
mannoꝝ ⁊ martinopolenſiū ortū habuit potens ac grauiſſimus xpianoꝝ pſecutoꝛ. qui dn̄os de vagerū qui
de Stargardia ſeu de oldenburg vocabanť in fernerū ⁊ peldte interfecit. Vnᵘ ex his ingenuus euadens in
daniam receſſit heinricus nomine Goſtalci comitis filius. Js pᵘ aliqua tempora rediens kitioni caput ſecu-
ri abſcidit inde ſuā ducens vxoꝛē. Quo tpe heinricus quartus imperio romano prefuit. Jn ea puincia om-
nes baſilice ſacerdotibus priuate deuaſtate erant fideſqꝫ xpiana ſopita. Urbs quoqꝫ lubicēſis trina vice ob
principū bella pcipue ducis heinrici de leone deuaſtata fuit ⁊ comitis alfeſis de holchſtein. qui pᵘ ſedatā di-
ſcoꝛdiā vrbem duci heinrico permiſit in eo loco vbi nunc ſita ē. Cū eius ſitus prius ꝓpe ſwartau. poſtea ꝓpe
herneborg fuit vt doctus helmuldus refert. Exin ob negotiationes ex germania alta ⁊ baſſa ⁊ ex varijs re-
gionibus mirūimmodū aucta ē vt nūc vltra mare baltheū ſeu germanicū qd Stagnū vocant in noruegiam
Succiam Liuoniam. in Ruſſiā Litnaniā Pruſſiā Poloniā ⁊ Pomeraniā. in ducatū magnopolēſiū. in da-
niam Angliā Flandriā Scociā ⁊ regnū francie omnes mercaturas p ſtagnū p terrā in Saxoniā weſtualiam
et marchiā frequentant. Peritiſſimi aſtronomi ſcribunt hanc nobilē vrbē initiū ſuū habuiſſe ſub ſigno libre
⁊ fundatā in ſingulari dei gratia. Cū incole vrbis p ceteris finitimis deuotiones ad modū diuinas exerceāt
Serit tn̄ dulcē nucleū in amara teſta. Deinde anno primo ⁊ triceſimo ſupra vndecies centenū domini inferio-
ris vandalie lubecā deuaſtarūt qꝫ comes Alf de holchſtein iterato inſtaurauit cū arce vbi nunc predicatores
habitant. Jn ſeptentrione ac fine ciuitatis Anno M.c.lix. lubicenſes memores damni illati copias in puin-
ciā rugen educetes cladez p effuſionē ſanguis pncipi ⁊ potētatui eiᵘ intulerūt. Epiſcopatū lubicēſiū anno ſa-
lutis M.c.lxi. antiſtes duodecimus de oldenburg ſeu Stargardia in vagerū Geraldus auxilio ducis hein-
rici de leone primo obtinuit. qui tredecim pbendas p oīa neceſſaria in decimis villis ac poſſeſſionibus dota-
uit. Creuit igiť lubecū in potētiſſimā ciuitatē. oldenburg aūt defecit. Cū aūt fridericᵘ huius noīs primᵘ hanc
vrbē ingenti exercitu obſediſſet heinricᵘ lubicēſis eps pacē a ceſare impetrauit ea ꝯditione vt fauore ducis
heinrici ceſari obedientiā pſtarēt. Js antiſtes ſummā eccliaꝫ dicauit. ⁊ monaſteriū ad ſanctū iohannē in vrbe
extruxit vbi nunc ſacroſancte virgines inhabitāt. qꝫuis monachi oꝛdis diui benedicti hūc locū primo poſſe



derūt. qui nūc apud ciſmer ꝓuīcie de holſtein ꝓpe mare morā faciūt. His tēporibꝰ lubecū auguſtal' ac libera ciuitas effecta ab imꝑatore friderico libertatibus donata vt caput oīm vrbiū Stagnaliū deinceps foret ꝛ in varijs priuilegiis etiā apud exteros ꝑcipue in londen ciuitate anglie. In noruegia ī ducatu magni ducis moſchauie. in ampla vrbe nogardia. In ruſſia (vbi baſilicā ꝛ curiā xp̄iano more habent). Ac ī pleriſqz locis ac regionibꝰ magnis exemptionibꝰ decorata fuit atqz dotata. In flandria qꝫ ꝛ regno dacie ꝛ ſuecie immunitatibus gaudet. Idē ceſar fridericus priuilegia a duce heinrico ꝑhabita eis confirmans ꝑ bullā aureā vltro donauit vt ꝯſules viginti quatuor habere poſſent (q̄zuis numerus iſte ꝑ raro completꝰ ſit) Eoſqz nobiles effecit vt aurū more equitū deauratorꝫ (exceptis calcaribꝰ) deferre poſſint. Hec inclita vrbs munda ac nitida exiſtit in vertice ab vtraqz parte decliui poſita vt aque ꝛ immundicies libere deſcedant ꝛ ob frequentes imbres vie purgantur. Eccleſia cathedralis quā ſummā vocāt in meridie ac fine ciuitatis ſita admodū longa ꝛ decora exiſtit. Ornatur hec vrbs ꝑter iſtā quatuor prochianis baſilicis que ſeptē turres celſas ꝑacutas ac pulcherrimas habent cupro ac plūbo tectas ac in ſummitate auro decoratas. Turris in ede ſancti petri corona deaurata cū armis ceſaris ꝛ vrbis inſignita ē. Omni quoqz decore edes ſacre ornate extant. Inter has qnqz ecclias baſilica glorioſiſſime virginis marie eminentiā obtinet. Habet quoqz duo monaſteria vnū ordinis ꝑdicatorꝝ. alterū ſancti franciſci. ac hoſpitale ad ſanctū ſpiritum. Ciuitas vero aquis ꝛ turribus muro ac foſſis admodū munita ē. Platee due longe ꝛ ample ꝑ vrbē poſite ſunt vbi edes recto ordine ſite ſunt extructe de lateribus ornatiſſime ac varie decorate exiſtunt. Cetere vie has cruciatim ſecant. Forū indics onuſtum piſcibꝰ ꝛ carnibus videtur ac aliis neceſſariis. Dilabiturqz primo fluuius Baguiſo a ſeptentrione in meridiē inde in occidentē. Ante ciuitatē flumen trauuſ contrarie ex meridie in ſeptentrionē fluit impetu mare petens. In eo flumine nauigia minora a mari ad lubecū accedunt vſqz ad murū cū maiores naues (onera plauſtrorꝝ. cc. l. ducētes) in littore maris ꝑſtant ꝛ ob profunditatem ad duo miliaria ciuitati appropinquare nō poſſunt. Nouiſſime anno M. cccc. xcii. epiſcopus Theodricus natus de hamburg cū rome confirmationem accepiſſet Lubecam ingreſſus vigeſimuſquintus lubicenſium ep̄s diuina gratia nunc glorioſe ꝑſidet. Cetera ornamenta vrbis ob longitudinem ſcripturarum ꝛ varietatem ſilentio pretereunda fore dignum duxi.



Niſſa Sleſie inſignis vrbs. epiſcopalis ſedes ad Niſſam fluuium ſita a quo denominationem accepit. varijs edificijs ornata ē. Sleſia aūt a principio vaſte ſilue hircinie (apud grecos ⁊ latinos ſcriptores celebrate) porcio. vt tota plana ita ⁊ nemoroſa fuit. ſed temporis proceſſu ſparſim villis habitari cepta. Ubi aūt fidē xp̄ianam incole amplexi ſunt conſtitutis oppidis ad mitiorem ē cultum redacta. Quā odera fluuiꝰ celebratiſſimus per medium totam perlabit. ⁊ Olſa Niſſa Ola Liſſa Baruſio Cattor riuo Bobro ⁊ alijs fluminibus auctus. marchiā brandeburgenſem permeans in mare germanicū apud Stetinū vndoſus exonerat. Latitudo eius triū quidē. ſed longitudo nouem dierū itinere a limitibus hungarie vſqꝫ in marchiam brandeburgenſem extendit. Primus eius epiſcopatus ſedes Sinogroule wartenbergeñ. diſtrictus fuit. Et inde Ritzinum territorij bregeñ. ep̄alis kathedra ē delecta. kazimirus aūt illius nominis primus rex polonie vbi regia ſtirps maſculina defecit a monaſterio gallie cluniaceñ. vbi monachus fuit papa diſpenſante ad regnum polonie aſſumptus denarium ſancti petri viritim ſiue per capita in regno ſuo idcirco exigendum et romam mittendum inſtituit. Et ſedem ep̄alem Uratiſlauiam transferri curauit. que nunc ē (vti p̄miſimus) omniū Sleſie ciuitatum non minus ampla ⁊ opulenta q̄ꝫ populoſa ⁊ edibus ⁊ templis ornatiſſima. Eius antiſtes nunc ē doctor Johannes roti de wendingenſis. dioceſis olim imperialis prothonotarius ⁊ in eū ſtatū breui multa induſtria reduxiſſe fertur vt centum annis preteritis non fuerit menſa epiſcopalis fructuoſior ⁊ ſtructuris ornatior. Prouincia ip̄a frumenti ferax ⁊ piſcoſa. carnibus ferinis ⁊ volucribus habundāſ. ¶ Preter Uratiſlauiā inſignia loca ſunt. Hec vrbs Niſſa epiſcopalis ſedes. Glogouia maior Legnitz Oppel Swedenitz Teſthen Olſna Franckenſtein Monſterberg Saganum Brega ¶ Monaſteria complura inſignis ſtructure ¶ Prouīcia ip̄a regi bohemie ſubiecta quā ab imp̄io ī feudū recognoſcit. multi antea duces et p̄ncipes hereditarij ip̄aꝫ nō tā poſſiderūt q̄ꝫ vaſtarūt ⁊ impacatā reddiderūt qꝛ ꝓpter cēſuū exiguitatē ducalem ſtatum ducere nequiuerūt. rapacitati idcirco dediti. Nunc vero ē ad paucos redacta alijs ſtirpibus morte ſublatis. Qui non parum opibus ⁊ munitis oppidis florent. Cultus diuinus per Sleſiā longe plurimꝰ.



Tēplaq; totius orbis ſacerdotalibus ⁊ alijs ornamentis ⁊ ſtructuris honorificentiſſima. Status eccleſiaſticus ⁊ ſecularium ⁊ religioſorum vtriuſq; ſexus numeroſus ⁊ diſciplinat⁹. populus facundus ⁊ humanus. ⁊ deuotioni ſup omnes germanie incolas deditiſſimus. Nobilitas ē plurima ad arma aſpirās ⁊ martis amatrix. Sexus muliebris venuſtas quidē ⁊ affabilis ſed pudicus. Plebs ruſtica polonici ydeomatis agreſtibus laboribus deſidioſe incumbens potationi ē plus dedita. Inde ⁊ domus ⁊ agri eorū parū culti ſed neglecti. viles caſas habitant. Agricole vero alemani rus melius exercent ⁊ vrbanius domos pro ſuo captu conſtruunt. Sumptus multo leuiori precio q̃ȝ finitimis prouincijs cōparantur. Sed quod Sleſie immenſum aliquando detrimentū afferet ē q̄ cenſuum dn̄i ⁊ poſſeſſores percepta pro loci ⁊ poſſeſſionis qualitate. nonnulla pecuniarum ſumma annuente ſuperioritate ⁊ confirmante venditori annuū cenſum in bonis ſuis inſcribunt. quē vbi aliquot annis ſoluerint poſtea dare recuſant. Inde ruſtici (vt inter contrahentes pactum fuit) aut cenſuris irretiunt̃ eccleſiaſticis aut pignora adimuntur. quod grauamen ipſi ruſtici ferre nequeūtes domosq; ⁊ agros deſerentes alioꝛſum fugiunt. que loca ſepe deſerta relinquuntur. Ex hoc potiſſimū capite Sleſia maius indies niſi prouideat̃ ſuſcipit detrimentū. Prouincia alioquin laude proſequenda. Hēti potus ceruiſia. Vino ex morauia aut hungaria aduecto vtuntur. q̃ȝ nonnihil vini in Sleſia apud croſnam habetur quod pro maiori parte extra prouinciā per oderā in pruſſiam ⁊ alioꝛſum deportatur. Preter pannos laneos exigui precij qui in hungariā deferunt̃ ⁊ piſces in morauiā delatos nihil extra Sleſiā ſuis ex mercibus deportatur. Nimi⁹ etiā ⁊ virginū ⁊ mulierū ornatus auri ⁊ gemmarū ⁊ veſtiū cultus prouinciā non parū extenuant. Ne hee vrbes inclite ac prouincie (quarū noticia tardius ad nos deuenit) laude ſua priuentur eas in hoc opere in fine addicere libuit. Profecto libere vrbes precipue lubicenſis. ſi diuitias. ordinē ſenatus. humanitatē moreſq; populi. maris portū. ſitū ⁊ edificia perſpicere velimus. Digne igit̃ hiſtoria ac cōmemoratione. Poſtremo ſi vrbes plures q̄s adiūgere velit dat̃ eis equa poteſtas.



Ad deum optimū maximū de his que mirabilia geſſit pro iuſtiſſi-
mo ⁊ excelſo Maximiliano rege romanorum

Auctor ⁊ princeps operoſe mundi
Quiqꝫ deceptis opifer fuiſti
Gentibus iudex. redditurus idem
Omnibus equus
Quam potens rerum fueras creator
Quam dator largus redimis ſalutē
Quam reddis iuſtus trutinator orbis
Quam ſapienſqꝫ
Cū velis iuſtus homines tueri
Mirus es cauſe melioris actor
Mirus iuſte domitor querele
Hoſtis iniquus
Suetus humanis animis preeſſe
Mitigas ſeuos. placidos acerbas
Sontibus ſontes agitas ⁊ hoſtes
Hoſtibus vrges
Noxijs addens ouium pauorē
Fortium iuſtis animos leonū
Militū multas acies retundis
Agmine paruo
Tu iubes ventis ſileant. ſilentqꝫ
Precipis ponto tumeat. tumetqꝫ
Imperas lune lateat. latetqꝫ
Sanguine tincta.
Vere canentes hyemes virenti
Turbidas celo pluuias ſereno
Sepe permutas. facies ⁊ vſus
Menſis ⁊ anni.
Tanta cū regi dederis romano
Audias voces. iuuenū ſenūqꝫ
Audias grates hominū. preceſqꝫ
Iuſta petentum.
Inde non ceſſes melior patronus
Cū ſuis regē populis tueri
Principē ſerua. ſobolē domūqꝫ
Adde triumphos.

O deus ſerues decus hoc precamur
Ceſari natū ſimul ⁊ nepotē
Indolis mire. videat regentes
Tempore longo.
Hiſqꝫ ſic patre foueas auumqꝫ
Cuius exemplo pagant iuuentā
Et ſuis geſtis fuerit ſenecta
Gratior illi.
Sic regant orbē dominando recte
Quo fidem nobis pius vt dediſti
Protegant ſemper cuiuſqꝫ vincunt
Illius hoſtes.
Et feros turchos rabidaſqꝫ gentes
Pellere. ⁊ caſtris ſpoliaro victos
Ut queant regna ⁊ reparare quondā
Chriſticolarum.
Proſperos greſſus animiqꝫ motus
Auſtrie ſtirpis. faueaſqꝫ felix
Cepta quo a priſcis patribus per omne
Proroget euum.
Hec mari ac terra vigeat parando
Gloriam ſemper. ferat ⁊ ſubortus
Solis ⁊ caſus crucis alma ſigna
Nomine chriſti.
Inde celeſtium meritis triumphum
Conſequi tandē mereantur omnes
Cū bone legi dederint ſubactū
Robore mundū.
Hec rogat noſter chorus vt perennem
Gloriā eternus pater atqꝫ natus
Spiritusſanctus deus ⁊ ſequatur
Trinus ⁊ vnus.

Laus deo

# De Brunsuicia urbe Saxonie.

Brunsuicium hodie tocius Saxonie metropolis. Et ciuitas permaxima germanis abunde cognita sicuti pluribus apparet. Aut tocius fere Saxonie centrum: aut ei proximum est. Per quadrum tantum fere longitudinis quantum latitudinis habens. In ambitu suo fere passuum duo milia complectitur. Aliquanto Nuremberga maior ac Erffordia minor. Ad Orientem diocesim habet Magdeburgensem: Ad meridiem vero Hartonicum nemus. Occiduam partem hildemnensis diocesis homines et Weystemi colunt. Septemtrionem vero Luneburgenses. Hos quidem circumiacentes fines hodie omnes Saxoniam appellant: Et si etiam latius extendisse suos terminos Saxonia feratur. Horum tamen extensorum plerumque finium: olim magis Slauis quam Saxonibus fuere deputati. Sed cum Saxonum linguam multum auxerit natura celi frigida: et secunda hominum altrix. Tamen maxime compleuit ipsam potencia principum: Qui sepe innumerabilibus septi populis, alienas terras pulsis veteribus habitatoribus coluerunt. Existimo quidem theutonicum sermonem solos in Angliam Saxones transtulisse: Quos eam inuasisse insulam: diuque possedisse non est ambiguum. Germanos etiam sepe exisse suos fines: ibique oppida plurima sui moris et sermonis condidisse: nonnulla vero in suam linguam vertisse constat.

Principium autem Brunsuicia ciuitas hoc fertur habuisse modo. Illustris princeps ac dominus Saxonie dux Ludolffus secundo gradu a Wedekindo primo Saxonie duce: cuius Wedekindi sepultura hodie in Engaria Westphalie haud longe ab Herffordia se hominum visui offert. Tres post se reliquit preter natas filios Ottonem qui coniugem duxit Danckwordum: Et Brunonem qui in celibatu sine coniugibus permansere. Hii ergo fratres duo posteriores ad annum post christum natum sexagesimum primum supra octingentesimum, Regnante Ludouico secundo. Dum bina hoc in loco ubi nunc Brunsuicium situm habet situm, Castella collocassent breui profecto tempore tanta hominum frequentia hunc cepit locum incolere. Ita ut temporis cursu in magnam populosam conuerterit ciuitatem. Brunsuicium igitur quasi Brunonis vicus ab altero fratrum ciuitas est appellata. Hanc urbem perlabitur Ouacra fluuius: Cuius origo Hartonica silua: duasque in partes ciuitatem scindit: omnem immundiciam secum trahens: operis undique pontibus coopertus. Annexa vero circa omnis porcionis eius ciuitatis halberstadensi: Alterius autem hildemensi episcopis: secundum directam fluminis intersectionem demandata est. Totaque urbs in plano iacet menibus ac fossato duplici profundissimo: Et aliquot in locis triplici: Ac quolibet aquis stagnante munita. Vallum etiam inter fossata crassissimum per circuitum ductum. Variis arborum consitum generibus fuit. In quibus plurime aues: que quasi perpetuo vere grato dulcissime modulabantur. Turres quoque et propugnacula excellunt. Hinc atque inde perpolite platee: familiarum magnifice et ornatissime domus: hominibus ciuibus frequencia compita. Inter alia vero urbis edificia. Augustiori quodam amplitudine prestant ipsa magna dei templa ac delubra sanctorum Que non minus ditia quam ornata relucent. Domus autem sacre talia suis quoque tribubus pietate coluntur: tali religione obseruantur: ut incertum sit magis laudandum an mirandum fuerit. Habent et ipse matrone ligneas in templis cellulas a se mutuo disiunctas quibus diuina prosequuntur. Ciuium tamen edes non superbe atque elate nimium videntur. Intus vero preclara insunt cubicula et ditissima suppellex habetur. Et quia longissimas rigidissimasque hiemes vicini septemtriones faciunt: remedium quoque contra naturam visus aducunt. Aulas enim more thermarum singule domus habent. Quas stubas aut estuaria dicunt. Et ne seruatus calor effugiat, fenestras vitreas apponunt. Ibi cenant: Ibi nonnulli artes suas exercent: Ibi etiam magna pars dormit. Plateeque solum duris silicis quadrigarum rotis inuiolabile: humanis tamen pedibus et noxium et asperum. Putei plures etsi in hac urbe sint: Aque tamen ipsorum ad potandum minus sane reputantur. Cereuisia quam Mumam aut [illegible] appellant pro potu. Ac quodam acri saporis acido quod conuenit po-

cant homines huius loci incolunt. Vini usus apud ipsos quam carior est. Cervisie rarior
habetur. Fructus hic omnes absunt quibus est nocivum frigus. Victus autem sive
quod solo suo plura nascuntur frumenta: sive quia vicine urbes facultate subministrant
uberrimum habundat: semperque cerealia et potus munera equo precio vendunt. Quinque
hic fora: Quinque pretoria: et totidem magistratus quos consulatus dicunt. Est
autem hec civitas in quinque partes aut regiones (ut veterem, novam, Indaginem,
Wicum et Saccum: que porcio ultima recte medium tenet) divisa ac segregata. Qu
amobrem neque preter racionem a plerisque penthapolis quasi ex quinque civitatibus integrata
vocitatur. Cives autem sic probatis quibusdam vivunt legibus: ut liberi magis quam
subditi videantur. Neque enim tyrannidem sibi vendicant: neque dominandi cupidine exe
cantur. Et si libertas est vivere ut velit hii vere liberi sunt: equalique iure
vivunt. Popularis hic gubernacio est: Et ita inter se munera sortiuntur, ut raro vix
querele aut dissidio locus relinquatur: Verum tamen superioribus annis quemadmodum et in
proximis factum est, sediciosi quidam huius civitatis regimen in aliam formam: tametsi
suo frustrati proposito traducere conabantur. Quorum tamen aliqui proscripti, quidam
vero sua sponte salutem sibi fuga quesivere. Summa tamen regiminis apud Magistros ci
vium est: Qui ex ordine in magistratu iuxta seniorum decernuntur. Habent hic singule ar
tes mechanice societates quas Mompolas aut Gildas appellant: quibus singulis
magistri presunt. Capitalia negocia per advocatum et assessores ex magistratu transi
guntur. Idem est in omni causa sanguinis. Ipse advocatus ius populo dicit: Aut
ad magistratum ~~venit~~ remittit: Nec tamen statuti aut consuetudinis normam egredi
potest: Petunt nulli ex publico sumptus, sua quisque domui ex privato est victu. Consue
tudine magis et iure Saxonico vivunt. In iudicio rigidi severique. Reum neque pecunia
neque preces iuvant, nulli tanta potencia ut impune delinquat. Relegatis ab urbe
nulla spes reditus: Cum opportunum fuerit adversum hostes progredi. Ad decem milia
armatorum educere possunt: relictis in bilonnis pro sue civitatis custodia turribus nume
ro abundanti et copioso. Nulla hic studia gentilium tamen poetarum oratorumque
prorsus ignorant. Gramatice dumtaxat ac dyalectice operam adhibent. Confluunt
huc ex vicinioribus opidis adolescentes quibus ex elemosina victus est: Magister vero
qui ipsis preest: modicum ab auditoribus collectum recipit: ex publico nihil. Vesti
tus tam viris quam feminis frugi nullus. Decentie tantum rigor ut lineum aliquis intra
calceos sumant: Precipue femine circa pedes atque mamillas cura: Et quam illos parvos
et graciles, tam istas grandes et tumidas ostentare laborant. Locupletiores
ex annuis proventibus et redditibus quos ex prediis ac possessionibus in rure vide
quoque nascuntur vitam agunt. Has vero possessiones et predia a principibus et nobi
libus plurima coemerunt pecunia. Et ita fere maiorem sui Brunswicensis territorii pos
sessionum partem sub se habent: possident et sibi conquisiverunt. Reliqui vero cives
negociacionibus artibus aut manibus suis sibi victum querunt. ~~Reliqui vero cives~~
~~negociacionibus artibus aut~~ Forma hominum mediocris. Mores ut mortalium varii. Nulla
apud ipsos interpretacio iuramenti: Quod promissum est sine excepcione custodiunt. Nec
aliena rapiunt, nec sua effundunt, presentibusque fortuna contenti. Ita ut viri boni esse
quam videri malint. Ceterum hoc nequaquam pretereundum. Huius enim cives quolibet
septimo semper circuitu revoluto pro sue civitatis gloria et splendore: preter ceteros
aliorum ludos annorum, sanctis instantibus diebus penthecostes, quoddam magna iocunditate
agunt spectaculum ipsi quod Gralum appellant. Et hoc quidem in loco gramineo extra civita
tem ad urbis menia contiguo et arboribus consito. Hic demum spectaculi ludus tactisi
tonus sit civitatis. Ipsius tamen et ordinacioni et direccioni precipue cives ipsi qui eam civi
tatis porcionem quam Indaginem vocant) incolunt preesse feruntur. Ad hoc insuper
spectaculum per huius urbis magistratum Brunswicensium principes nobiles milites
et preter hos civitates in vicinitate vicinores. Quamobrem tunc ex urbibus ac rure circum
posito, magnus et cleri et laicorum utriusque sexus, quemadmodum ad olimpicos lu
dos tota grecia dum celebrarentur confluit numerus. Videre posses sane hoc
in Gralo. Hinc ad sonitum timpanorum, fistularum, buccinarum et aliorum musicalium in
strumentorum per iuventutem huius civitatis utriusque sexus plurimas atque diversas

dua choreas. Hinc vero cernere posses variam vicissim suis in locis erecta tentoria in quibus
singulis iuxta suum ordinem hinc et hinc mulieres ex locupletioribus urbis decenter ornate re
sident tabulas singulas et planas ante se cum aliquot taxillis habentes. Tum quicumque
ex viris vel mulieribus. quamcumque rem (possibilem haberi aut acquiri) concupierit si libeat
ad aliquas binas ex hiis dictabus memoratis sic ut prefertur sub tentoriis collocatis accedere
poterit pro re cupita prius tamen expressa ac in eius valore estimata, tribus post mediantib
us taxillis ludere. Sic tamen etiam ut quilibet taloru[m] iactus, iuxta rei cupite estimationem sit taxa
tus. Quando uterque lusor Rusticum equale quod est cum omnes tres decii equalem oculorum nume
rum reportant ex fortuna proiecerit, mox rem cupitam lucrabitur. Cum vero quociens equale
Rusticum ex iactu non sortitus fuerit ad penam iactus totiens solvere indulgentiam est lusor obli
gatus. Hinc iuxta fortune cursum plurima contingunt lucra. Contrario etiam multe fiunt deperdi
tiones. Contingit hic plerumque rem cupitam cum in urbe Brunswico haberi non possit: Ut lu
cro quesita est per multa terrarum spacia oportunam afferri. Preterea postea res etiam lucro quesitas
atque confestim solucionis hoc in Circulo ex alia parte planiciei magna adest cum suis mercibus
mercatorum multitudo. Tandem hac durante Circuli solemnitate. principes nobiles ceterique
ad ipsum vocati et invitati convivijs splendidissime ad hoc apparatis et instructis per muneri
barchi et ceteris ac aliorum humano victui comodissimis maxima cum hilaritate honorantur.

Postremo autem habet hec civitas apud se preter ceteras corpus divi Auctoris sanctas reli
quias in locello non minus ornate quam ditissime ex auro argentoque et gemmis preciosissimis
fabre facto recunditas: Hunc suum civitas ipsa divum patronum multa devotione colit
veneratur et honorat. Ipsius namque sancti Auctoris et confessoris et episcopi sanctissimas reliquias
summa quotannis veneracione huius loci cives sue civitati circumferunt. Inde alio quodam
in annos die iuxta sue civitatis numerum quinque partium. etiam totidem candelis pondere
cereo non minus gravius quam splendidis illum suum patronum cum solemnitate maxima mu
nerant et venerantur. Fuit autem divus iste Auctor dum vixit Treverensis ecclesie antis
tes: Cuius sacras reliquias Gertrudis tunc Brunswicensis princeps et domina Circuli anno
domini tercium decimum supra millesimum et centesimum hinc eo quinto quando alij quartum di
cunt Romanum gubernantem imperium. ex civitate antedicta Treverorum Brunswico vexit
et introduxit. Hec namque civitas in multos dominata principes. Nam alias quidem de lega civita
tes quam hensam appellant facile in suam fortunam se recepit: Et quo voluit impellebat. Sed
plerumque (ut fit) intestine atque [illegible] dissidentibus de principali domino. Quibus volebat dominium
contulit, alijs reiectis atque fugatis. Ad annum autem salutis nec nonagesimum secundum
supra millesimum et quadringentesimum fuit illustres hinricum Wilhelmi filium quem seniorem
et hinricum Ottonis filium quem iuniorem appellant principes in brunswico et luneburgo duces
et ex proceris et alijs palatiis corona. Et insigne brunswicensem civitatem. parte ex
altera bellum sustinuit periculosissimum. Quod anno sequenti sedatum fuit. Prememorati
vero principes et domini quemadmodum historiarum docent libri. secundum veram et directam gene
racionis lineam. ab ipsis Ottonibus ac eorundem progenitoribus qui imperio magna fere cum
gloria. Et quos annalium libri Saxonie duces appellant profluxere. Huiusmodi autem
ducatus Saxonie titulus. Etsi hereditario iure ad hos spectaret principes. Fridericus
tamen secundus dum imperio presidebat ipsorum progenitoribus eorum propter quandam (ut aiunt)
aut inobediencie notam aut potius ob odium quod in hos concepit principes auferebat:
Et ad Comites de Anhaldio qui hac nostra tempestate duces in Lauwenburgo appellantur
transtulit: hiis tamen antehac Saxonie principibus. Idem. fridericus secundus Brunswicensis
ducatus titulum indidit. Deinceps autem quodam etiam legittima successione Luneburgen
sis ducatus titulus ad eosdem prememoratos est principes devolutus. hac racione usque ad
hanc nostram etatem hii principes ducatum et in Brunswico et Luneburgo nomina
possident. Succedente autem tempore et fortuna temporalium vices rerum volvente. Quemadmo
dum Fridericus secundus ab hiis iam principibus Brunswicensibus et Luneburgensibus ducibus, Sax
onie ducatus titulum dimoverat. Pari modo Sigismundus dum Imperij habebat regimen
ad hunc Saxonicum ducatum (sua sponte) ob multa in eum dum adversus bohemos bellum
gereret beneficia collata Misne marchiones in perpetuum possidendum investivit: Ac
ipsum Lauwenburgensibus ademerat. Hoc igitur modo ipse Saxonicus ducatus a viris
uerat moriens q̄ ſeditiones excitaret. Sed optimates terre poſſeſſionē imꝑatori friderico tradendā cenſuerunt ea lege vt cōpetitoribus ſcdm prouincie cōſuetudinē in iuditio reſponderet. Relicta vlrici armis defendere que poſſidebat decreuit. Fridericus manu potenti cū plura caſtella obtinuiſſet in cilia tādē receptꝰ eſt. Arces loci tradēte iohāne vitonitio natione bohemo. qui cū fuiſſet magiſter milicie comitis accepta ceſaris pecunia a ꝓinge eius deſecit. ſed mox penitentia ductus grande auſus & inexpiabile facinus tāq ſcelus ſcelere redempturus impatorē iā ſibi ſecurum & cū paucis cilie morantem nocte cōcubia intercipe aggreſſus eſt. Corruptis nanq opidanorum pleriſq qui ſibi aduenienti partem oppidi traderent. Hora cōſtituta cum octingentis equitibus intromiſſus cūcta miſcere armis cepit. Affuit diuina pietas Friderico que illū preter cōſuetudinē in arce ſupiore & humana ope munitiſſima ea nocte dormiendū ſuaſerat. proceres q̄ remanſerant in oppido capti omnes in quos & Johannes vnguadius cūctis ſtirienſibus opulentior cū Georgio fratre abductus eſt. necnō Vlrico auſtrie cancellario. qui cū eſſet epūs & ad ecclīam confugiſſet parſus eſt vſq adeo apud hoīes noſtri ſeculi diuīa & hūana iura perierunt. Traditori bohemo diuiti ſpolio locupletato nō defuerunt ex illo tpe adiutores. Fama eſt ea celebris inter ſtiriēſes nobilē quempiā fuiſſe cui ſepe in animū ceciderat & ſeipſum laqueo ſuſpendere. id egre ferentem ex docto quodā viro remedium petiuiſſe aduerſus eā temtatione. Conſiliū datū ꝓmū vti ſacerdotē cōduceret. qui ſibi manente in arce quadā ſolitaria ſingulis diebꝰ rem diuinā faceret. paruiſſe nobilē atq in annum ferme cōtinuaſſe nulla ſuſpendēdi cogitatione interueniente. Poſtremo rogatū a ſacerdote vt pſbitero vicino q̄ dedicationē ecclie in proximo monte habiturus eſſet auxilio eſſe poſſet. licentiā dediſſe ꝓponentem in animo paulopoſt ſequi et ſacris intereſſe. ſtetiſſe diu poſtea nunc vna nunc altera cauſa retentū. deniq circa meridiē profectū agreſti cuidam in nemore occurriſſe qui rem diuinā in monte peractam eſſe populumq omnē abijſſe diceret. cōtriſtatum eo nuncio nobilem infelicē ſe eſſe dicentē qui eo die ſacrū corpus xpi non vidiſſet. agreſtem conſolari cepiſſe vēditurum ſi vellet nobilis emere ꝓmiū quod intereſſendo diuinis meruiſſet. ſagūq nobilis petiuiſſe precij noīe. venditione facta nobilem nihilominus montē aſcendiſſe atq oraſſe in templo. reuerſus autem in proxima arbore ſuſpenſum agreſtem inueniſſe. ſed poſtea diris cogitationibus haud quaq vexatū fuiſſe.

In hac prouincia decoctum ſal ad vicinas regiones importatur. Ea & ferri mineras locupletas habet. Et argenti fodinas non ignobiles. quis in curia principū argentum haud multum effundatur.

De auſtria germanorum celebri prouincia



Auſtriam deſcribere hoc loco haud neceſſarium exiſtimamus. de qua ꝓpriam hiſtoriam edidimus. bre-
uibus tñ ſitus eius abſoluet᷑. hoc enĩ tpe diuiſis eſſe terre limitibus. Auſtria olim pānonia ſuperior
dicta. ab oriente habet hungariā. ab occidende bauariā. ſeptentrionē eius bohemia ꝛ morauia terminant
ad auſtrum vo montes ſtirie qui longo tractu ab alpibus deriuant᷑. Latitudo eius triũ aut paulominꝰ die
tarꝫ. Longitudo vo duplo maior. terra nobilis. aquis irrigua. vitibus cõſita. ligni copioſa. agro feraci. pi
ſcibus plena. vino adeo exuberat vt bohemis morauis ſchleſitis bauaris in dando vino ſatiſfaciat. exindeqꝫ
ꝙ maximas opes colligit. Danubiꝰ eā mediā ſecat fluuius omniũ europe maximꝰ. Inter p̄cipuas eius
ciuitates eſt Vienna panoniorꝫ maximũ emporiũ olim flauiũ appellata ambitu murorꝫ duuꝫ miliũ paſſuũ
cingit᷑ foſſatis ꝓpugnaculis torribuſqꝫ ꝛ maximis ſuburbijs decorata. principũ auſtrie p̄cipua ꝛ digniſſi
ma ſedes. In ea ꝓuinciales poſt obitum alberti ceſaris friderico ſe cõmiſerunt ea lege. vt ſi maſculum pre
gnans regina pareret tutor eius eſſet. ſin feminā terre dñs. Nato vt p̄dictũ ē ladiſlao tutelā eius Fridericꝰ
accepit. Milites qui ſub Alberto meruerāt cũ ſtipendio ſe fraudatos dicerēt prouinciā latrocinijs ac incen
dijs vaſtauere. Eorꝫ vexatio. xl. milibus aureis a friderico redempta eſt. cũ bohemis ꝛ hungaris excurſio
nibus in auſtriā facientibꝰ. Ex ſororibꝰ ladiſlai ſenior wilhelmo duci ſaxonie nupſit. Iohānes humades
cũ regni hungarie coronā a friderico fruſtra repetiſſet cũ. xij. milibus equitũ ingreſſus auſtriā omnē agrꝫ
inter Viennam ꝛ ſtirie mõtes diripuit atꝫ incēdit. Petentē ytaliā ceſarē rogauerũt auſtrales vti latiſlaũ q̄
tā ꝓpe modũ adoleuiſſet in paterna hereditate apud ſe dimitteret. reiecta petitiõe auctoribus duobꝰ vlrico
altero cilie comite altero eyzingero ſumptis armis rebellauere. Redeũtē ex ytalia fridericũ apud nouā ciui
tatē obſidione cinxere. quibꝰ ꝛ heinricus roſenſis natiõe bohemꝰ cũ ducētis eqtibꝰ ꝛ mille peditibus ſe
adiunxit. Et q̄uis a Nicolao pon. maxĩo iuſſi eſſent ne tutelā ceſaris impedirent. Cõtemptis aplice ſedis
mandatis ꝛ tāte maieſtatis auctoritate denſa ſceleratũ ꝓpoſitũ tenuere. Docta eo tpe Viennēſis ſcola indo
ctā ſententiā protulit. que p apl'os ad futurꝫ cõciliũ interponēdũ ſuſpendi poſſe romani p̄ſulis mādata re-
ſcripſit. Ciuitas viennēſis ꝛ oīs auſtria ex eo tpe in armis fuit ſp temeritate religionis penas pendēs. Ceſ
ſit furenti populo fridericꝰ puſillũqꝫ adhuc tenerē ea lege in manus comitis cilie tradidit vt ꝯuocatꝰ ad vr
bē viennā ꝯſanguineis vtriuſqꝫ ptis ꝛ amicꝭ de tutela, de oppidis. deqꝫ ceterꝭ ꝯtētionibꝰ principũ. q̄ voca
ti ꝯueniſſet arbitriũ diffinirēt. Ladiſlaus ſumma populorꝫ alacritate apud viennēſes exceptꝰ cũcta ex volũ
tate comitis adminiſtrauit. Ad cõſtitutũ ꝯciliũ diē Lodouicꝰ bauarie ꝛ wilhelmꝰ ſaxonie duces. Albertꝰ
qꝫ brādeburgenſis Carolꝰ badēſis marchiones ꝯuenere. Cũ multi ex bohemia multi ex hũgaria barones
impator legatos miſit. quibꝰ ꝛ nos adiũcti fuimus. diu de iure ptiũ diſceptũ. ſ; cũ oīa ex arbitrio victoris
agerent᷑ nec leges defenderēt q̄ arma nõ protexiſſent infectis rebꝰ diſceſſũ ē. Diſceptata ſunt oīa q̄ ꝓmiſe
rant auſtrales impatori. dictũ oē indictũ fuit. neqꝫ lr̄is neqꝫ ſigillis auctoritate habita barbara fide actum
In eo ꝯuētu ladiſlaus iohānē humadeꝫ q̄ ſibi regnũ a turchorꝫ inuaſione ſeruaſſet ad principatꝰ honorē
euexit. qui ſugeſto in magno foro apud carmelitas erecta ſede ſedens aurea regali paludamento ac dyade-
mate ornatus comitatũ ei biſtricēſem ꝯmiſit. qd̓ eo in loco minime licuit. neqꝫ enĩ regi hungarie ſub impe
rio romano maieſtatem gerere ius eſt. ſ; tāta reuerentia regũ q̄ꝫta eis p arma ſiue dat᷑ ſiue relinquit᷑. Co-
mes cilie dũ regē quolibet impellit ꝛ ad ſe cũcta rapiens Eyzingerũ viennēſeſqꝫ ꝯtempnit. Concubinam
quā viro interfecto ſuſtulerat reginali pene honore dignat᷑. Ex fauore tandē regio cadit ꝛ annuēte eytzin-
gero e curia pellit᷑. quē in exiliũ ꝓficiſcentē q̄tuor tm̄ equites comitati ſunt. Alberto marchione branden-
burgenſi ne p ꝯtemptũ a populo lapidaret᷑ ad portā vſqꝫ vrbis ſecuritatē p̄bente. ❡ Sed q̄ꝫ feda ꝛ miſera
bilis eius fuga. tā ſupbꝰ ꝛ fauorabilis eiꝰ redditꝰ fuit. Nā pꝰ annũ cũ iā ex bohemia rex rediſſet ſu adētibꝰ
primoribus auſtrie baronibꝰ reuocatus. cũ mille equitibꝰ argento ꝛ auro fulgentibꝰ viennā repetit. cui ex
tra portas vrbis ꝛ rex ad mille ferme paſſus exijt obuiā. ꝛ oīs ferme nobilitas redeũti gratulata ē. Plebs
qꝫ q̄ pauloan̄ lutũ ac lapides in fugiētē iactare tentauit ſternere viā floribus q̄ redeũti trāſitꝰ fuit minīe du
bitauit. vt ē in vtrāqꝫ partē in modica ſiue annuerit ſiue oderit. Mira rerꝫ mutatio ꝛ ludēti fortune iocꝰ. ey
tzingerꝰ extra gratiā regis factus in caſtella ſua recedēs impatori quē grauiter offenderat reconciliatus eſt
Nec diu poſtea adeo ſupbierāt q̄ ladiſlai regis ptes ſequebant᷑ vt noue ciuitatis ſuburbia in qua ceſare ab
ſente iacebat puerga impatrix intrare p̄ſumpſerint ꝛ vrbē expugnare cõtenderit. qd̓ vbi nõ ſucceſſit exuſtꝭ
que obtinuerāt locis abierũt. Fuit ſepe inter eos impatoreqꝫ ꝛ regē incaſſum tractata ꝯcordia. neqꝫ enĩ co-
mes cilie dũ vixit ex re ſua exiſtimauit vnanimes eē auſtrie principes At eo mortuo cũ eytzingerꝰ ex bohe
mia miſſus ad ceſarē leges pacis vtriqꝫ gratas dixiſſet ꝛ iā q̄etura ꝓpe diē auſtria videret᷑ interitus regis
ſubito nunciatꝰ nõ ſolũ ꝯcordiā ꝑturbauit ſed magnam rerꝫ ꝛ reipublice xp̄iane ſalutarē exorientē ſpē pror
ſus abrupit. Auſtrales ꝛ a ceſare ꝛ alberto frē de tradēda gubernatiõe req̄ſiti prouincialiũ ꝯuentũ habuere
in quo legati ceſaris ſeniori auſtrie principi (ſi erat impator) debere prouīciā dixere. Albertus ſuo ꝛ Sigiſ
mũdi patruelis noīe regie ptē hereditatis expoſcens ſuaſqꝫ calamitates ꝛ inopias tāto ſanguini alienam
referēs ꝯmiſeratiõnē inducere conatꝰ ē. Cõuentꝰ miſſio fuit facturos prouīciales qd̓ ius eq̄taſue dictaret.
pꝰqꝫ frēs inter ſe cõueniſſent. Interea latrones trāſd anubiũ in auſtriā ad morauie fluminis ripā muniũ lo-
cũ occupauere oēꝫ circa regionē rapinis atꝫ incēdijs vexare ceperũt. aduerſus q̄s profectꝰ albertꝰ latrones
vi cepit. interfectiſqꝫ pugnādo cõpluribꝰ q̄ngētos ꝛ q̄nquaginta captiuos aduxit. ex q̄bus. lxxx. furca ſu
ſpēdit que res magni ei apud auſtrales ꝛ nomē pepit ꝛ fauorē. Vlricꝰ vo eytzingerꝰ cũ viſitato apud no
uā ciuitatē friderico impatore cuiꝰ pti ſtudebat viennā repetiſſet vocatꝰ ab alberto nihil mali ſuſpicāſ fidē
ter eũ adijt a q̄ mox captꝰ in vincucula cõiectꝰ eſt ꝛ in priuato carcere clauſus. Indigna res viſa ciuibꝰ mur
murare dānare oēs factũ nemo tñ auxiliũ miſero ferre voluit. Impator ſepe rogatꝰ viennā petere aliq̄ꝫdiu
diſtulit. veritꝰ ne qua fraus ineſſet. interim Sigiſmũdꝰ ex atheſi viennā deſcēdit. deniqꝫ ad nouā ciuitatē

profect⁹ principatus insignia ab imꝑatore accipiens ꝑ veteri cōsuetudine in eius verba iurauit. in qua solennitate albertus affuit. qui paulo post cū sigismūdo viennā repetijt ⁊ ambo aduersus imꝑatorem cōspiratas austriā sibi subigere conati sunt. quoꝝ studia sentiens imꝑator viennā petere statuit ⁊ accersito ludouico bauarie duce magni noīs principe eo se contulit imꝑatrice sequente. appropinquante vrbi populus obuiam prexit. Albertus vo ⁊ sigismūd⁹ nobili comitatu extra vrbē imꝑatorē salutauere. habebat albert⁹ tria circiter equitū milia in armis expedita q̄ nō longe a viēna in quodā tumulo imꝑatori se ostēdarūt magnūq; metū venienti incussere. suspitionem auxit albertus qui sepe ad eos ꝓfectus ⁊ seorsum locutus insidias apparasse cesari videbat͡. Ferūt ei⁹ militie ducē alberto dixisse. facile si libet hodie vienne te dn̄m atq; austrie facio. nam q̄s ꝓhibet quo minus fridericū imꝑatorē eiusq; comites intercipiā. innue tm̄. soluta deinceps hereditatis questio erit. victori leges atq; hoīes fauēt. Subdubitasse albertū aliquātisper. tandemq; respōdisse poterā ignoscere si qd̄ ais me ignorāte fecisses at mādare turpia nō possuꝫ. postq; introgressi vrbē sūt albert⁹ ⁊ sigismūd⁹ in domo q̄ pragēsis appellat͡ simul habitauere. imꝑator priuatas ciuium edes incoluit. arx prouincialiū noīe custodiebat͡. Cōspirauere sigismūd⁹ ⁊ albert⁹ eam nocte aggredi ⁊ irrūpere armataq; militū manu ingressi iter iureiurādo se obstrinxere nō redituros domū nisi arcē intrassent. Sensere ciues moxq; arma sumētes p̄sidiū in arce mai⁹ collocauere. instabat ciuile bellum ⁊ atrox pugna ꝓ arce nec dubiū videbat͡ qn magno suo malo principes cōmissuri pliū essent. Stetit diu res in ancipiti. ciuibus tueri arcē stabile propositū erat. ducib⁹ q̄ arcē intrare iurassēt turpe videbat͡. infecta re domū reuerti atq; vim inferre plenū pīculi erat. Postremo ꝯuētū ē vt ingressi pn̄cipes arcē paululū immorati potato vino exirēt atq; ita delusa magis q̄ īpleta religio est. Postridie arx ꝯsensu prouincialiū in tres partes diuisa duas accepere albertus ⁊ sigismundus reliquā imꝑator. Delectiq; prouīciales sunt q̄ lites fraternas dirimāt ⁊ summa illꝰ ptās data. ꝫ graue iudiciū ꝯ potētes ē. Nobilitas ⁊ ecciaꝝ p̄ncipes imꝑatori fauētiores sunt. plebei albertū p̄tulerūt magno se iudice q̄sq; tuet͡. Multa sunt in hoc cesare q̄ laudare possis. corp⁹ egregiū ⁊ spēs imꝑatore digna. animi⁹ sedat⁹ ac trāquill⁹. ingeniū ꝑspicax. memoria tenacior. religiōis ardēs zel⁹. ingēs cupiditas pacis ⁊ ocij. Singularē virtutē in q̄uis hoīe diligit dignāq; p̄mio ducit. edificat splēdide. ortos tm̄ ⁊ gēmas plus equo admirat͡ ⁊ amat. ⁊ in reb⁹ gerēdis tardior ac remissior ē. tenacē pleriq; accusauerūt et ad rē min⁹ attentū. id fecere proxi āncessores sigismūd⁹ ⁊ albert⁹ cesares. q̄ꝝ prodigalitati cuiusuis ꝯparata liberalitas videri auaricia pt. Ceterū frideric⁹ nec sua profundit nec aliena diripit. vrbis factisq; tēperās Albert⁹ frater ei⁹ longe dissimilis. celer in aggrediēdis reb⁹ belli ⁊ glie appetēs. pīculi cōtemptor audax. laboris patiēs. manu atq; ingenio prompt⁹. pecunias inter amicos partit͡ ac profundit. inter opes paup. in paupꝫtate diues. nulli⁹ rei magis q̄ fame auarus.

## De Morauia germanie prouincia

Procedēti ꝑ austriā in aqlonē morauī occurrunt gēs ferox ⁊ rapinaꝝ auida inter hūgaros bohemosq; transdanubiū sita. Hāc prouinciā euo nostro Sigismūdus imꝑator alberto genero suo. qui postea imꝑauit dono dedit. Rebellātē ⁊ imꝑata facere recusantē albert⁹ magnis affecit cladibus. nā supra q̄ngentas villas vna excursiōe ꝯbussit. mortales multos neci dedit. pec⁹ oē pene abegit. iugūq; ferre ꝑfidā gentē coegit. In hac ꝓuīncia ciuitates ⁊ opida romane ecciē ritū tenēt ⁊ catholice fidei cōsentiūt. Barones oēs ferme hussitarū labe infecti sunt. Hic cū verbū dei p̄dicaret Johānes capistran⁹ ⁊ in errores hussitaꝝ vehementi⁹ veheret͡ baronis nō parui noīs quē Czernahorā vocāt secuta ꝯuersio. qui relicta priore ꝑfidia cū duob⁹ milib⁹ subditoꝝ veritatem romane sedis amplex⁹ est. Prothasius fili⁹ ei⁹ doctrina ⁊ moribus clarus nō diu postea Olomucēsis ecciē pōtificatū obtinuit. Ea ē vnica ciuitas morauoꝝ ep̄alis. Regnū aliqn̄ inter morauos fuit latissimū ac potētissimū. qd̄ vsq; ad filiū Suatocupi durauit. cuius fortunā in bohemica cōscripsim⁹ historia. At cū fili⁹ suatocupi ecciaꝫ dei spernere cepit regnū gēti adēptū ē. qd̄ postea romani cesares in bohemiā trāstulerūt. In hac ꝓuīncia cōplura sunt oppida plena populo ⁊ opib⁹ abūdantia. inter q̄ Brunna principatū obtinet. znoyma sigismūdi obitu memorabilis. hac nulli transit⁹ patet nisi armato potētioriq;. latronib⁹ oēs addit⁹ obsidentib⁹. Sermo gēti mixt⁹ est theutonic⁹ ⁊ bohemic⁹. supant tm̄ bohemi quoꝝ ē regionis imꝑiū. q̄ gētes olim morauiā incoluerint nō facile dixerim. q̄tū vo ex lectiōe ptolomei accipe licet martomānī ⁊ sudini cadiq; morauiā ⁊ austriā q̄ trāsdanubiū iacet incoluisse vident͡.

## De Slesia germanie prouincia

Slesia post morauiā sequit͡ haud ignobilis prouincia quā fluui⁹ odera plabit͡ inter oēs germanie nationes late cognitus. fontes eius hūgarie mōtib⁹ que Slesie ad oriente iungūt͡ mare baltheū cursus terminat. Lōgitudo regionis circiter. lxxx. stadia. Caput gētis wratislauia ē amplissima ciuitas ad ripas odere sitā priuatis ac publicis edificijs magnifice ornata. cui⁹ ep̄atū maiores nr̄i aureū vocauere. Hussitarū bella luteū reddidere. In hac vrbe regnāte apud bohemos wenceslao orta seditiōe cōsules quoꝝ p̄ma ptās ē ꝑ fenestras ex p̄torio in forū p̄cipitati gladijs ac lanceis irate plebis excepti dirū spectaculū p̄buere. cuius rei auctores sigismundus imꝑator paucis post annis securi ꝑcussit. Duces Slesie multi nūero inter quos paterna hereditas ꝑ capita diuidit͡ hinc scissa multas in ꝑtes prouīcia freq̄ntes calamitates incurrit. crebris exposita latrocinijs. Inter hos duces vnū esse ferūt noīe bulconē quē ꝯpoliēsem appellāt. Qui glogouie residens delitijs ac voluptatib⁹ deditus vsq; adeo insaniuit vt neq; inferos neq; supos esse diceret. aīasq; cū corꝑib⁹ sil͡ ꝑrsus interire putaret. Ecciaꝫ vel nūq; vel raro ingressus ē. Sacramētis xp̄ianis prorsus abstinuit nisi q̄ abusus mr̄imonio vxore q̄ sibi ingrata esset relicta alterā superduxit. q̄ ne pellex appellari possit nō nisi ꝑ solennia mr̄imonij cōiugi voluit. Slesite sub imꝑio bohemoꝝ cōstituti sunt. nūc in imꝑata facere detractāt. Georgiū nouū regē admittere recusantes. wilhelmū saxonie ducē secuti. q̄ regnū bohemie ad se ꝑtinere affirmat ꝓpter ꝯiugē q̄ latislai hungarie atq; bohemie regis soror fuit. Sladius ei⁹ litis arbiter erit. Sermo gentis maiori ex pte theutonic⁹. q̄uis trāsoderā polonica lingua p̄ualet Ob quā rem nō immerito quidam hoc in loco germanie terminū esse oderam putauere. q̄uis idem fluui⁹ in septentrionem vergens germanicas partes ripis ambobus alluit.

# De Polonia ſarmatica

Libet in hac parte germanice lingue fines ⁊ ad orientē ac ſeptētrionē ſarmaticas inuiſere gētes. Polonia vaſta regio ē q̄ Sleſie ad occidētē proxima. hūgaris. lituanis ac prutenis cōtermia. Hic cracouia ē p̄cipua regni ciuitas. in q̄ liberaliū arciū ſcola floret. Sbigneꝰ huic vrbi p̄fuit eps lrāꝝ doctrina ⁊ morum ſuauitate inſignis. a quo plurimas accepimꝰ ep̄las multo ſale ⁊ romana elegātia ꝯditas. cui ob ſingulares virtutes romana eccl̄ia inſignē cardialatꝰ honoris rubentē pileū miſit. Ciuitates polonie p̄ter cracouiā paꝝ nitide ⁊ materia lignea ferme oēs domꝰ cōponūt pleraſq̄ꝫ luto linitū t. plana regio ⁊ nemoroſa eſt. potus gēti cereuiſia ē ex tritico atq̄ꝫ humulo facta. vini rariſſimꝰ vſus. nec vinee cultura cognita. ager cereris ferax. multa gēti armēta. multa feraꝝ venatio. equū ſiluestrē p̄ter cornu ceruo ſimilē edūt. feras q̄ꝫ boues venāt q̄s priſci vros vocauere. piſce ac volucribꝰ abūdāt. argēto atꝫ auro inops terra. vectigalia regi pua Regnū in q̄tuor ptes diuiſere maiores. has p circulū anni rex ambit. q̄libet ps tribꝰ mēſibꝰ regē ⁊ curiam paſcit. q̄bꝰ exactis ad alterā ptē fit trāſitꝰ. Statuta ſunt q̄ p̄ſtare prouīciales optet. ſi māſerit vltra p̄ſinitū tp̄s rex ſuo viuere ſumptu cogit. Cū rex gētis patrū noſtroꝝ tēpeſtate obijſſet relicta filia wilhemus dux auſtrie ī mr̄imoniū eā accepit. illiq̄ꝫ reḡ p̄fectꝰ ē. Nō placuit polonis rex theutonicꝰ. Vlatiſlaū ex littuania vocauere electoq̄ꝫ wilhelmo cōiuge eiꝰ ⁊ regnū nouo regi tradidere. Gentilis fuerat vlatiſlaꝰ ⁊ ydola coluerat. ſed baptiſma cū regno ſuſcipe nō recuſauit. cōuerſus ad xp̄m religioſiſſ ſe principē geſſit. multos ex lituanis ad euāgeliū traxit. pōtificales eccl̄ias nōnullas erexit. epōs magno honore proſecutꝰ ē. inter eq̄tādū q̄teſcūq̄ꝫ turres eccl̄iaꝝ inſpexit detracto pileo caput inclinauit. deū q̄ coleret in eccl̄ia veneratꝰ. Cū tartaris regni limites infeſtātibꝰ feliciter dimicauit. prutenos maximo bello vicit. de q̄ inter res prutenicas memorabimꝰ. Ex priore cōiuge prolē nō ſuſtulit cū q̄ mr̄imoniū haud legittimū fuit. ex ſc̄da tā ferme nonagenaria duo nati ſunt filij Vlatiſlaus ⁊ caſſimirꝰ. eo mortuo vlatiſlaꝰ regnū polonie accepit. Caſſimirꝰ lituanie ducatū cōſecutꝰ e. prior q̄ꝫ ad hūgarie regnū accerſitꝰ in bello turchoꝝ vt añ narratū ē cecidit. qua re cognita ſolliciti poloni p̄ceres d̄ ſucceſſore fridericū marchionē brādeburgēſē q̄ puericiā ī reḡ trāſegerat linguāq̄ꝫ gētis ⁊ mores tenebat vt regnū accipet rogarūt. reſpōſum datū ē Caſimirꝰ lituanie ducē q̄ frater eſſ defuncti regis heredē extare ſciſcitari eius animū optere cui fraternū p̄mūq̄ꝫ regnū cupiēti impedimētum afferre e dignitate ſua fridericꝰ nō duceret pari ex moderatiōe ⁊ albertus bauarie dux erga latiſlaū alberti filiū vſus ē q̄ bohemie regnū ſibi oblatū recuſauit. Fridericꝰ quoq̄ꝫ impator ⁊ ab hungaris ⁊ a bohemis ad hereditatē latiſlai vocatꝰ nūq̄ꝫ audire ſuſtinuit q̄ patrueli p̄iudiciū faceret. Ingēs laus nr̄e etatis ⁊ magnū decus germanici nois. q̄uis nō ambigo eſſe aliquos q̄ nō tā iuſticie q̄ꝫ ignauie tradūt alienis regnis quēpiā abſtinere. ego qd̄ recti ſpeciē hꝫ nō laudare nō poſſum. Caſimirꝰ aūt ⁊ ſi difficile a lituanis dimitteret q̄ ſuū apud ſe principē retinere cupiebāt. in poloniā veniēs pacificā regni gubernationē accepit. nec diu poſtea ſororē latiſlai regis duxit vxorē. multa ei aduerſus fratres theutonicos qui ſancte marie appellant bella fuere. de quibus in rebus prutenicis referemus.

Lituania



Lituania ⁊ ipa late patēs regio polonis ad oriētē ꝯnexa ē paluſtris ferme oīs ⁊ nemoroſa. witoldꝰ hu-
ic pfuit vlatiſlai frater. q̃ relicto idoloꝝ cultu cū regno polonie xp̄i ſacramentū accepit. Magnū witol-
di nomē ſua tēpeſtate fuit. quē ſubditi adeo timuerāt vt iuſſi laq̄o ſe ſuſpendere parere potiꝰ ꝙ̄ pricipis indi-
gnationem incidere voluerīt. Detractātes impiū inſutos vrſina pelle. viuētibꝰ vrſis q̃s eā ob cāꝫ nutriebat.
dilaniādos obiectauit. crudelibꝰ q̃ꝫ aliis affecit ſuppliciis. Eq̄tās arcū ſp tēſum geſtauit. ſi quē ꝯſpicatus ē
aliter incedere ꝙ̄ voluit cōfeſti ſagitta ꝯfodit. multoſq̄ꝫ ꝑ ludū interemit ſanguinariꝰ carnifex. Ut eſſet inter
pplares ⁊ ipm ꝓncipē certū faciei diſcrimē radere barbā oībꝰ impauit. id vbi ſucceſſit. facilꝰ eīm cernitis ꝙ̄
barbe iacturā ſeratis. tōſus ipē mentuꝫ ⁊ caput ꝓdiit capitale interminatꝰ ſuppliciuꝫ. Si q̃s ꝓuicialiuꝫ pilos
faciei capitiſue deponeret. Rex a ceſare ſigiſmundo lituanioꝝ appellatꝰ pretꝰ obiit ꝙ̄ legati diadema ferētes
ſe ꝯuenirent. Succeſſor Sindrigal vrſaꝫ nutriuit q̃ ſueta ex manibꝰ eiꝰ panē accipe ſepe in ſiluas vagebat.
redeunti vſq̄ꝫ ad thalamuꝫ pricipis oſtia queque patebāt ibi cōfricare ac pulſare pedibꝰ oſtiuꝫ cuꝫ fames af
fuit cōſueuit. cui priceps aperiens cibuꝫ ꝓbuit. Cōſpirauere nobiles aliq̄t adoleſcētes aduerſus principem
atꝫ vrſe moduꝫ ſecute ſumptis armis cubiculi pricipalis ianuā cōfricauere. credidit Sidrigal vrſam adeē oſti
umq̄ꝫ apperuit ibiq̄ꝫ mox ab inſidiātibꝰ cōfoſſus interiit. Prouīcie deinde gubernatio ad caſimiruꝫ ꝯuenit
Ad lituanos eſtiuo tp̄e difficilis trāſitus eſt. paluſtribꝰ aq̄s cuncta ferme obſidentibꝰ. hyems ꝓbet aditum
aſtrictis gelu lacunis. mercatores ſup glaciē ac niuē iter faciunt. plurium dieꝝ cibaria in vehiculis ferentes.
nulla certa via meatꝰ (ſicuti in mari ſideꝝ) curſus oſtendit. rara inter lituanos oppida neq̄ꝫ frequentes ville
Opes apō eos p̄cipue aīaliuꝫ pelles q̄bꝰ etas nr̄a zobellinos armelinoſq̄ꝫ noīa indidit. vſus pecunie ignotꝰ
locuꝫ eius pelles obtinēt. viliores cupri atꝫ argēti vices implent ꝓ auro ſignato p̄cioſiores accipiunt. Ma
trōe nobiles publice ꝯcubinos habēt ꝯniuentibꝫ viris quos mr̄imonii adiutores vocāt. Uiris turpe ē ad le-
gitimā cōiugē pellicē adiicere. ſoluunt tn̄ facile mr̄imonia mutuo cōſenſu ⁊ iteꝝ atq̄ꝫ iteꝝ nubunt. multum
his cere ac mellis eſt. q̄ō ſilueſtres in ſiluis apes cōficiunt. vini rariſſimus vſus ⁊ panis nigerrimꝰ. Armēta
victuꝫ ꝓbent multo latte vtentibꝰ. Sermo gentis ſclauonicꝰ eſt. latiſſima eīm eſt hec līgua ⁊ in varias diuiſa
ſectas. Ex ſclauis eīm alii romanā eccl̄iaꝫ ſequunt vt dalmate. croatani. carni ac poloni. Alii grecoꝝ ſequun
tur errores vt bulgari. rutheni ⁊ multi ex lituanis. Alii ꝓprias hereſes inuenere. vt bohemi. morani. boſnē-
ſes. quoꝝ magna ꝑs manicheoꝝ imitat inſaniā. Alii gentili adhuc cecitate tenent. quēadmodū multi ex li-
tuanis ⁊ idola colētes. hoꝝ magna ꝑs euo nr̄o ad xp̄m cōuerſa poſtq̄ꝫ vladiſlaꝰ in ea gente polonie regnuꝫ
accepit. Noui ego hieronimuꝫ pragenſeꝫ ſacris lr̄is apprime erudituꝫ vite munditia ⁊ facundia ſingulari
claꝝ q̄ annis ſupra vigīti in heremo camaldulenſi in appēnino etruſco p̄niaꝫ egit. hic oriēte apō bohemos
huſſitaꝝ hereſi fugiens peſtiferꝝ virꝰ in poloniā trāſiuit. vbi acceptis lr̄is a vlatiſlao rege cōmendaticiis p̄di-
caturꝰ euāgeliuꝫ xp̄i ad witolduꝫ pricipeꝫ in lituaniā penetrauit multoſq̄ꝫ pplos witoldi fauore fretꝰ ad ſa
lutiferā dei nr̄i fideꝫ cōuertit. venitq̄ꝫ tandē ad ſinodū baſilienſem vocatꝰ a iuliano ſcti angeli cardīale. cuꝫ
de rebꝰ bohemicis ageret narrabat hic multa de lituanis q̄ pene incredibilia videbant. Audiebam ego ex
aliis eiꝰ dicta nec mouebar vt crederē. libuit audire hoīem atꝫ ab eiꝰ ore relata cognoſcere. comites mei fue
runt nicolaꝰ caſtellanꝰ qui tunc iuliani cardialis domuꝫ regebat. bartholomeꝰ lucemanꝰ archiepi mediola-
nenſis ſcriba ⁊ petrꝰ noxetanꝰ cardialis firmani ſecretariꝰ viri graues ⁊ docti hoīem in cella tranſrhenum
apō carthuſienſes cōuenimꝰ. cuiꝰ hec narratio fuit. Primi quos adiit ex lituanis ſerpentes colebāt. p̄reſſa-
milias ſuuꝫ quiſq̄ꝫ in angulo ſerpenteꝫ habuit cui cibuꝫ dedit ac ſacrificiuꝫ fecit in feno iacenti. hos hieroni
mꝰ iuſſit oēs interfici ⁊ in foro adductos publice cremari. inter quos vnus inuentus eſt maior ceteris quē
ſepe admotuꝫ igni cōſumere nullo pacto valuit. Poſt hos genteꝫ repit q̄ ſacruꝫ colebat igneꝫ eumq̄ꝫ ꝑpetu
um appellabat. ſacerdotes templi materiā ne deficeret miſtrabāt. hos ſuper vita egrotātiuꝫ amici cōſulebāt
Illi noctu ad igneꝫ accedebāt. mane vo ꝯſulētibꝰ rn̄ſa dātes vmbrā egroti ſe apō ignē ſacrū vidiſſe aiebāt.
q̄ cuꝫ ſe calefaceret ſigna vel mortis vel vite oñdiſſe. victuruꝫ egrotuꝫ facies oñſa igni. ꝯ ſi dorſuꝫ oſtentaſſet
morituꝝ ꝓtendit. teſtari igr ⁊ rebꝰ ſuis ꝯſulere ſuadebāt. Deluſioneꝫ hāc eſſe hieronimꝰ oñdit ⁊ pſuaſo po
pulo deleto tēplo ignem diſſipauit xp̄ianoſq̄ꝫ mores induxit. Profectꝰ introrſus aliā gentē repit q̄ ſolē cole
bat ⁊ malleū ferreū rare magnitudis ſingl'ari cultu venerabat. Interrogati ſacerdotes q̄d ea ſibi veneratio
vellet. rn̄derūt oli pluribꝰ mēſibꝰ nō fuiſſe viſum ſolē quē rex q̄dā potētiſſimꝰ capiū ꝯcluſiſſet in carcere mu
nitiſſime turris. gigātē deinde opē tuliſſe ſoli ingētiq̄ꝫ malleo ꝯfregiſſe turrī ſolēq̄ꝫ liberatū hoībꝰ reſtituiſſe
dignū itaq̄ꝫ veneratu inſtrumentū eē q̄ mortales lucē recepiſſent. Riſit eoꝝ ſimplicitatē hieronimꝰ manēq̄ꝫ fa
bulā eē monſtrauit. ſolē vero ⁊ lunā ⁊ ſtellas creaturas eē oñdit. q̄bꝰ maximꝰ deꝰ ornauit celos ⁊ adutilitateꝫ
hoīm ꝑpetuo iuſſit igne lucere. Poſtremo alios pplos adiit q̄ ſacrā coluere ſiluā vt q̄ arbor ꝓcerior fuit eo
cultu digniorē putauere. Predicauit huic gēti pluribꝰ diebꝰ fidei nr̄e aperiēs ſacramēta. demq̄ꝫ vt ſiluā ſuc-
cideret impauit. vbi ppl's cū ſecuribꝰ affuit nemo erat q̄ ſacrū lignū ferro ꝯtingere auderet. prior itaq̄ꝫ hiero
nimꝰ aſſumpta bipenni excellētē quōdā arborē detrūcauit. tū ſecuta multitudo alacri certamīe alii ferris alii
dolabris alii ſecuribꝰ ſiluā deiiciebāt. ventū erat ad mediū nemoris ibi quercū vetuſtiſſimam ⁊ an̄ oēs arbo
res religione ſacrā ⁊ quā potiſſime dei ſedē putabāt ꝑcutere aliq̄ꝫdiu nullꝰ p̄ſumpſit. poſtremo vt ē alter al-
tero audatior intrepidās q̄dā ſocios q̄ lignū inſenſatū ꝑcutere formidarēt eleuata bipenni magno ictu cuꝫ
arborē cedi arbitraret tibiā ſuā ꝑcuſſit atꝫ i t rā ſemianimꝰ cecidit. attonita circa turba flere. ꝯq̄ri. hieronimū
accuſare q̄ ſacrā dei domū violare ſuaſiſſet neq̄ꝫ iā quiſq̄ꝫ erat qui ferrū exercere auderet. Tū hieronimꝰ illuſi
ones demonū eē affirmās q̄ decepte plebis occulos faſcinarēt. ſurgere quē cecidiſſe vulneratū dixīmꝰ impe
rauit ⁊ nulla in ꝑte leſum oñdit. ⁊ mox ad arborē adacto ferro adiuuāte multitudine ingēs onꝰ cū magr fra-
gore ꝓſtrauit totūq̄ꝫ nemꝰ ſuccidit. Erāt in ea regione plures ſilue pari religione ſacre ad q̄s dū hieronimꝰ
amputādas ꝑgit mulieꝝ ingēs numerꝰ plorās atq̄ꝫ eiulās vitoldū adiit ſacrū locū ſucciſum querit ⁊ domū
dei adēptā in q̄ diuinā opē petere cōſueſſent. inde pluuias. inde ſoles abſtinuiſſe. neſcire iā q̄ in loco deū q̄-
rant cui domiciliū abſtulerit. eē aliq̄s minores lucos in quis dii rn̄dere ſolebāt eos q̄ꝫ delere hieronimū vel
le. qui noua q̄dā ſacramēta introducēs patrū morē extirpet. rogare igit atꝫ obteſtari ne maioꝝ religionem
aufferri ſinat. ſequūt ⁊ viri ⁊ mulieres nec ſe ferre poſſe nouū cultū aſſerūt. relinq̄re potiꝰ terrā ⁊ patrios la
res ꝙ̄ religionē a maioribꝰ acceptā dicūt. Motꝰ ea re vitoldꝰ veritusq̄ꝫ pploꝝ tumultū xp̄o potiꝰ ꝙ̄ ſibi deeſ

ſe plebē voluit reuocatiſcꝫ lr̄is q̄s p̄ſidibꝰ ꝓuinciaꝝ dederat. iubēs parere Iherotimo hoīeꝫ ex prouincia decedere. iuſſit hec nobis iheronimꝰ ꝯſtāti vultu nihil heſitās ac ꝑ iuramentū affirmauit. dignum fide ꝛ ḡuitas ſermonis ꝛ doctrina oñdit ꝛ viri religio. nos que accepimus immutata retulimꝰ veri ꝑiculuꝫ nō aſſuminus. ꝑſuaſi tn̄ ꝛ nos ꝛ comites ab eo receſſimus.

## De Ruſſia

Ruthem quos appellāt croſſanos vt Strabo videt lituanis cōtermī ſunt. gēs barbara incōpta. apud quā opulentē ecciaꝫ obtinuit yſidorꝰ cardīalis ſabinenſis. cuiꝰ ſupra mētionē fecimꝰ. In hac gente ciuitatē ꝑmaximā tradūt nogardiā appellatā. ad quā theutonici mercatores magno labore ꝑueniūt. magnas ibi opes fama eſt. ꝛ multū argenti pelleſcꝫ p̄cioſas vendētes atꝫ ementes. pōderato argento nō ſignato vtūtur. lapis in medio fori q̄dratus eſt quē q̄ aſcendere potuerit necꝫ deiectus fuerit p̄cipatū vrbis aſſequitur ꝓ ea re q̄ armis dimicauit ſepecꝫ vna die plures aſcendiſſe ferunt. ꝛ ꝑſepe ſeditiones in populo emerſere.

## De liuonia nunc germanie prouincia

Liuonia deinde xp̄ianoꝝ vltīa prouinciaꝝ ad ſeptentrionē ruthenis iūgūtur. Tartari eā ſepe incurrunt. in q̄ noſtra etate magnas acceperūt ſtrages. Frēs teuthonici qui b. marie vocātur hāc armis q̄ſiuere ꝛ xp̄i ſacra ſuſcip̄e coegerūt. cū eſſet antea gentilis ꝛ ydola coleret. Eā alluit ab occidente mare baltheum qḋ pleriqꝫ veteruꝫ occeanuꝫ eſſe putauerunt. nōdum ſeptentrio vt hodie cōgnitꝰ grecꝭ atꝫ italis fuit. xp̄iana religio hāc orbis p̄tē nr̄o generi aperuit q̄ ferociſſimis gētibꝰ deterſa barbariā mitioris vite cultū oñdit. baltheus ſinus adeo late patet vt incōpte magnitudis apō aliq̄s videat. Origo eiꝰ ex britanico mari ducitur. qḋ germanicū appellari p̄t. nā ꝛ germanie magna p̄te alluit. Oſtiū eiꝰ in occidēti eſt nōlōge a cheronoſſo cimbrica quā daciā hodie vocāt. Excurrēs aūt in orientē in ſeptentrionē pandit inſulaſcꝫ magnas ambit. Occidētale littꝰ noruegi occupāt. ad ſeptentrionē ſemiferos hoīes eſſe tradūt. cū q̄bꝰ nullū lingue ꝯmerciū nauigātes habēt ſignis tn̄ ꝛ nutibꝰ ꝯmutare merces ferunt. meridionale littꝰ ſaxonibus ꝛ prutenis traditur. orientale vt diximus liuones tenent.

## De maſſagete

Inter liuoniā ꝛ pruſſiā paruā terrā eē ferūt vnꝰ ferme diei latā itinere ſ̄ lōgiſſimā a prutenis ad liuones quā maſſagete colūt gēs necꝫ gētilis necꝫ vere xp̄iana. polonoꝝ impio parēs. atꝫ hinc regnū polonie ad mare ꝓtendit ꝛ balthеū quē diximꝰ ſinū redeūti ex liuonia in germaniā ꝑ littus balthei maris.

# Pruſſia nunc germanie prouincia



POſt maſſagetas pruteni ſe obiciũt ꝙ ripas vtraſqꝫ viſtule amnis accolũt. Is ē ſarmacie atꝫ germanie terminꝰ. Qui exoriēs in mõtibꝰ ꝙ poloniã hũgariãqꝫ dirimunt. ꝑtē polonie irrigat. pruſſias vero ꝗꝫ lõga ē ꝑcurrit. ab oppido torni vſqꝫ dantiſcũ ꝙ in loco baltheũ influit. Hũc fluuiũ alij viſtulã vt diximus ꝙbus cratis nr̄e ſermo ꝯgruit. Alij iuſtulã. ꝗdã inſtulã vocauere. qȏ vltra fluuiũ ē ſarmatici iuris fuit. qȏ citra germanici. ad oriētē ac meridiē maſonite poloniqꝫ rura coluit. occidētē ſaxones occupãt. aqͥlonem balthei maris excipit littus. frumēti ferax regio ē. aqͥs irrigua ⁊ plena colonis. multa ambicõſa oppida. multi maris ſinioſi reflexꝰ amenã efficiũt. pecoꝝ ingēs vis. multa venatio. piſcatio diues. Vlmerico olĩ hanc terrã incoluiſſe iordanꝰ tradidit. ꝙ tpe gothi ab inſula ſcandia incõtinētes deſcēdere. ꝙ ꝑ inſulã (vt ille ait) vlmerigoꝝ terras inuaſerũt. Ptolomeꝰ aũt a maxobios ⁊ alaunos venedes ac ſitones penes iſtulã fluuium habitare affirmat. Barbara hec gēs ⁊ ydoloꝝ cultrix vſqꝫ ad fridericũ impatorem eiꝰ nois ſcdm fuit. Sub eiꝰ vo imꝑio cũ amiſiſſent xp̄iani tholomaidē ſirie ciuitatē frēs theutones ꝗs ſctē Marie diximꝰ appellari inde fugati in germaniã redire. viri nobiles ⁊ rei militaris periti ꝙ ne ꝑ ociũ marcerent fridericum accedētes pruſſiã germanie cõterminã xp̄i cultũ ſpernere dixerũt. Sepe illiꝰ gētis hoīes in ſaxones ceteroſqꝫ vicinos excurrere. ingētē vim pecoꝝ atꝫ hoīm abigere. eē in aīo ſibi ꝯpeſcere barbarã gētem. annuat tm̄ impator ꝓuinciã qꝫ fribus ꝑpetuo iure poſſidendã tradat ſi eã armis acqͥrãt. iã eñ maſonite duces qui ſe eius terre ⁊ dños affirmabãt ius ſuũ fribꝰ ceſſerãt. Grata oblatio friderico fuit ꝙ collaudato ꝓpoſito ꝗs voluere frēs ſub aurea bulla lr̄as ꝯceſſit. Illi ſumptis armis breui tpe ꝗcqͥd prutenici iuris citra viſtula fuit occupauere. Exin tranato fluuio vetuſtam ⁊ late patulam quercuꝫ in caſtelli modũ erectis ꝓpugnaculis iuxta ripã muniuerũt. vbi collato ꝑ̄ſidio vlteriores prutenos vexare ceperũt. pugnatũ ē ſepe ꝓ quercu ⁊ ingētes paganoꝝ copie fugate ⁊ delete ſꝫ. bellũ plurimis annis ꝓductũ ē. ad extremũ fortuna fratrũ ipſo arridens oēm cis pruſſiã ſubiecit. victe barbare nationes iugũ ſubire. Ex illo tpe lingua theutonica introducta ē ⁊ culꝰ xp̄i gētibꝰ impatꝰ. Eccīe ꝗꝫ põtificales erecte trãs viſtelã pomeſaniēſis. culmēſis. ſambienſis warmienſis. ad quã defuncto Frãciſco epō ꝑuitatē nr̄aꝫ poſtulauere canonici Calixtꝰ f. ponti. max. annuente ſenatu aplico comēdauit. Que vna ē illis in ꝑtibꝰ ſuo vtēs iure. nec ſubiecta fribꝰ. reliqͥs epōs religionis habitũ geſtare optet. Quo in loco munitã quercũ fuiſſe diximꝰ. nobile oppidũ exedificatũ ē qȏ marieburgũ vocãt. ⁊ arx nobilis atꝫ ampliſſima. Hic ſedes magni mgr̄i ꝙ cũctis fribꝰ ꝓ̄eſt pruſſiã incolētibus. Sũt ⁊ alij duo in eadē religiōe mgr̄i. alter liuoniã regit. alter cōuētus alemanie gubernat. Theutones huius religionis inuētores fuere ac ꝓ̄terea nemo ad eã recipit̃ niſi theutonicꝰ nobilibus ortꝰ parētibꝰ ⁊ cui ꝓpoſitũ ſit ꝓ tuēdo xp̄i euãgelio aduerſus ſalutifere crucis inimicos armis depugnare. Ob eã rē veſtimentis albis vtunt̃ nigra cruce inſuta. barbã oēs nutriũt exceptis ꝙ in ſacris altaribꝰ ſeruiũt. ꝓ canonicis horis dñicã orōnē vſurpãt neqꝫ lr̄as diſcũt. magne his opes nec minor potētia ꝗꝫ regibꝰ. Sepe cũ polonie regni militibꝰ receptis atꝫ illatis gladijs cõtendere nec totis viribꝰ belli fortunã experiri recuſarũt. Cũ vlatiſlao caſimiri ꝙ mō regnat. patre cõtraxerãt ambe ꝑtes validiſſimas atꝫ ingētas copias polonis lituani ⁊ tartari iũcti erãt ꝗs duxerat vitoldus. Theutonici frēs ex tota germania vires conſciuerãt. poſtqꝫ ꝓpe ad .xx. ferme ſtadia vterqꝫ cõſedit. exercitꝰ ſpe plenꝰ ⁊ impatiēs more prutenoꝝ magr̄ caduceatorē ꝙ bellũ regi denũciaret ⁊ duos enſes in ꝗs ſtaret victoria miſit facta ꝑtãte vt quē vellet hoſtis eligeret. alterũ ſibi remitti iuſſit. Accepit vlatiſlaꝰ alacriter nunciũ donatoqꝫ caduceatore ⁊ vno retēto gladio remiſit alterum mox iuſſi ſunt milites arma induere belliqꝫ ſignũ datũ. .xl. milia eqͥtũ in ambobꝰ caſtris fuiſſe ꝓditũ inuenio. Vlatiſlaꝰ tartaros ⁊ lituanos primũ inire certamē iuſſit ⁊ Polonis ſubſidiarias acies elegit. Contra prutenus auxilia in poſtremis habuit florentem ordīs ſui militiã in exercitꝰ frõte collocauit. comiſſo ꝑ̄lio inermes ꝗdã tartari ⁊ lituani magna ſtrage ceſi ſunt vrgebat tm̄ multitudo nec terga dare polonus metuēs audebat. atrox pugna ſupra cadauera occiſoꝝ edebat̃. nec tã vulnerat prutenꝰ alacer ꝗꝫ excipe vulnꝰ tartarꝰ videbat̃. Protractũ ē diu certamē. pacta ingēs occiſio lituani tartariqꝫ velut pecudes mactabant̃. ac cũ nouꝰ ſꝑ hoſtis emergeret defeſſi tãta cede pacta theutones verſare ferrũ vix poterãt ⁊ iã remiſſius pugnabãt. qȏ vbi vlatiſlaꝰ aīaduertit tũ primũ polonoꝝ aciē validã ac ferro rigētē immitit. fit ſubita irruptio inſtaurat̃qꝫ ꝑ̄liũ. nõ tulere theutones recētis agmīs impetũ. impar pugna recētis ac ſatigati militis fuit. oritur [illegible] fuga ex ꝑte fratrũ. ferit terga polonꝰ. Mgr̄ ordīs vbi ſuos cedere videt. nec iã vllã in auxilijs ſpem eſſe aīaduertit collecta militũ manu hoſti ſeſe obiectauit. occidit̃. fit fedior fuga. nec priꝰ theutonicꝰ fugere ꝗꝫ polonꝰ ꝑſeqͥ deſiſtit. Perierũt in eo bello ex ꝑte fratrũ multa hoīm milia. inter ꝗs viri primarij ꝗs vocãt ꝯmētatores equeſtri dignitate inſignes cũ ipſo mgr̄o circiter ſex cētos. nec polonis incruēta victoria ceſſit tartaris ac lituanis magna ex ꝑte ceſis. bellũ hoc anno decīo ⁊ .cccc. ſupra mille geſtũ ē pꝰ xp̄i ſaluatoris ortũ. Pruſſia fortunã regis ſecuta oīs excepto burgomarie ad victorē defecit. Sꝫ interueniēte Sigiſmundo ceſare pax inter frēs ⁊ polonũ ꝯſtituta ē. ꝑcuſſiqꝫ fedꝰ pecunia polono data pruſſia reddita fratribꝰ. nec deinde vſqꝫ ad friderici tpa ꝙ nũc impat in poſſeſſione agri ſui turbata religio ē. Sub eiꝰ vo impo cũ populares graue ſibi iugũ fratrũ exiſtimarēt fedꝰ inter ſe inire in hũc ferme modũ vt .xvi. viri ſingulis annis certis in locis conuenirēt ꝙ ꝓuincialiũ ꝗrelas ad vſus fratrũ audirēt nec ſinerēt quēpiã indigne vexari. Ex his ꝗtuor ex religione viros aſſumi voluere. ꝗtuor ex ꝑ̄latis eccīaꝝ. pariqꝫ numero ex nobilibꝰ ac ciuitatibꝰ hiſqꝫ parere oē voluere. Per idē tp̄s diuiſa inter ſe religio fuit. alij magnũ magiſtrũ ſeqͥbant̃. alij ꝗſdã cõmēdatores ꝙ mgr̄i regimen improbabãt. Mgr̄ vt populares ſibi alliceret fedꝰ ipſm incõſulto fratrũ ꝯuētu approbauit. Fridericꝰ ꝗꝫ impator eidē federi robur adiecit cautiōe tm̄ inſerta ne ꝑ ſuas lr̄as ius religiōis lederet̃. mortuo deinde magiſtro ꝙ fedꝰ accepat ⁊ altero in eiꝰ locũ ſuffecto nicolaꝰ pon. max. legatũ miſit ꝙ ꝓuinciã pruſſie inſpiceret. cognitoqꝫ rerꝝ ſtatu ꝗtũ legatꝰ retulit populariũ fedꝰ dãnauit. vtqꝫ ab eo diſcederēt anathema interminatꝰ impauit. ꝗbꝰ ꝑtinacꝰ in ſententia ꝑſeuerãtibꝰ ex ꝯſenſu ꝑtiũ lis ad Fridericũ ceſarē deducta ē. ad quē rurſus eã cognita dãnato federe iuſſi pruteni ſunt ad obediētiã fratrũ redire ꝙ eã ꝓuinciã e manibꝰ infideliũ ſuis armis vēdicaſſent multoqꝫ ſanguīe coemiſſent. ꝗ re ciuitatibꝰ nũciata mox arma in fratres ꝑpl'ariter accepta ſunt. ex ꝗbꝰ plures capti atꝫ occiſi. caſtella eoꝝ euerſa. arces a fundamentis eiecte ꝗnqꝫ ⁊ ꝗnꝗginta oppida in eã rebellionē cõſpirauere. Sꝫ cũ nõ ſatis rē ſuã cõtra religionē ſine externa ope tutã putarēt Caſimirũ regē polonie ſibi dñm aſciuere deuotũ fribꝫ ſanguinē qui fortunam patris eius

expti fuiſſent. ille cũ exercitu ꝓuinciã ingreſſus dedẽtes ſeſe ciuitates in ptãtẽ accepit. cũ q̊ frẽs diu varia vi
ctoria dimicarũt. plures fuere ↄgreſſus. inter q̃s memorabilioꝛ q̃ apud canicũ oppidũ habit⁹ ẽ. xviij. mi
lia polonoꝝ obſidionẽ in eo loco tenebãt. i q̃s etiã rex ipe caſimir⁹ fuit. oppũgnabaẜ oppidũ dies nocteſq̧
machinis admotis. Rudolph⁹ pꝛĩceps ſagane vn⁹ ex ſleſie ducib⁹ tũc religionis ductabat exercitũ. q̃ latu
rus obſeſſis opẽ cũ ſeptẽ milib⁹ militũ aggredi regẽ nõ dubitauit. cõmiſſum ẽ pliũ in ↄſpectu oppidanoꝝ
ſumma vtriq̧ ↄtentiõe atq̧ ardoꝛe. ceſis hinc atq̧ inde cõplurib⁹. cũ ſuos referre pedẽ rudolph⁹ aĩaduertit in
crepãs ignauiã fugien tiũ intermiatuſq̧ necẽ aciẽ ſiſtit. ⁊ ꝓgreſſus in mediũ cũ recẽti pugnatoꝝ manu acre
certamẽ inſtaurat. hos ſternit. illos ↄfodit. fit ſubita rerꝝ mutatio. vrgẽte rudolpho cecidit polon⁹. rurſuſq̧
caſimir⁹ retinet ſuos pugne ſeipm miſcet ⁊ tanq̧ ex integro ptinaci ↄtentiõe certaẜ. occidiẜ in pugna rudol
phus. rex vo cq̃ deijciẜ. meliores ex vtraq̧ pte occũbũt. Poſtremo ceſum credẽtes poloni ſuũ regẽ deſpera
ta victoria fugã arripiũt. rex ab amicis adiut⁹ vix ex clade erept⁹ ẽ. Rudolph⁹ moꝛte ſua victoria religioni
peperit. Ex polonis ſupꝛa ſex milia cecidiſſe ferunẜ. ex teuthonib⁹ q̃s nõ pauci pire. Poſt eã cladẽ res polo
nica nutare apud prutenos cepit eo inclinãtib⁹ pplis q̊ belli foꝛtuna cõuertiẜ. ſtat tñ adhuc anceps exit⁹ et
alteri⁹ martꝭ iudiciũ moraẜ. Ferẜ inter hos frẽs oli moꝛtuo mgr̃o cũ de ſucceſſoꝛe agereẜ vnũ fuiſſe q̊ rogat⁹
eligere quẽ putaret religioni vtilioꝛẽ ſeipm elegiſſe dicẽtẽ nolle deierare. ſcire ſe cogitatiõs ſuas. alioꝝ coꝛ
da ignoꝛare. ſi magiſtrat⁹ ſibi cõmittaẜ nõ dubitare qn reipublice bene conſultũ eat. motos eius verbis re
liquos ad miniſtrationem illi credidiſſe que ſaluberrima deinde fuit.

## Saxonia magna germanie pꝛouincia



Poſt prutenos ſaxonicũ nomẽ icipit gẽs valida ⁊ latiſſima cui ab occidẽte weſera apd̃ ãtiq̃s viſergu⁹ flu
ui⁹ ẜ minũ facẜ pleriq̧ vſq̧ ad rhenũ ꝓtẽdi ſaxones arbitrati ſẜ. aq̃lonarẽ plagã dani obtinẽt ⁊ mare bal
theũ. ad meridiẽ frãcones. baioarij ⁊ bohemi ſiti ſẜ. oꝛiẽtalẽ plagam ſleſite ſiẜ ⁊ pruteni obtinẽt. In his ter
mis ĩcluſi ſẜ thurĩgi. luſacij. pomeraniq̧ q̃s oẽs ſaxonici iuris ee volũt. prioreſ tñ thurĩgos in ea ẜra ↄſediſ
ſe q̃s ſaxones aiũt. hos eñi grecã ſobolẽ ee affirmãt. ex macedonic claſſib⁹ aduectã q̃ thuringos multis bel
lis defatigatos paternis agris deiecerit qd̃ nubi nõ ſit veriſimile. Eſt eñi vetuſtiſſimũ in germanica terra ſa
xonicũ nomẽ cui⁹ oẽs veteres meminere. thuringos nemo antiq̃ꝝ noĩat q̃ germanicas gẽtes enumerãt. In

aduentu primo francoꝝ ꝙ tpe valentiniani ceſaris germaniā intrauere thuringos noiari repio. Ob quaꝫ rē
male q̄drat hiſtoria veritati ꝙ thuringos priores ſaxonibꝰ in germania fuiſſe ɔtēdit. Fatebor tñ ſaxonie li
mites aliqñ minores fuiſſe aliqñ maiores nā ſicut imperia ita ⁊ prouīciaꝝ limites ex pte variant. Carolus
magnꝰ īpator mlta cū ſaxonibꝰ bella geſſit priuſqꝫ xpi cultū acciperēt coſqꝫ magnis afflixit cladibꝰ. Poſtqꝫ
vo deficiēte apḋ francos caroli magni genealogia romanū impiū ad teuthones orietales rediit. Saxonum
aucta dignitas ē. inter quos plures impatores fuere. ſingulari prudētia ⁊ reꝝ geſtaꝝ magnitudie clari. ma
xime vo tres ottones q ſibiinuirē ſucceſſere de romana ecclia optime meriti quoꝝ virtute prolatos ſaxonie
fines minime dubitarim. Inter pomeranos ꝙ orientē ſaxonie incolūt oppida ſunt digna noie Wiſmaria et
Sundis Griſuoldia Stetinū ⁊ Roſtochiū. in quo ſcola liberaliū artiū haud ɔtēnēda. ⁊ hec qdē mari ꝓxi
ma multis ac diuitibꝰ negotiatoribꝰ habitatū ē. ⁊ in mediterraneis caminū pōtificalis ciuitas. cuius dioce
ſis latiſſima eſt, nec minor magūtina credit. Epūs loci romano dūtaxat pſuli ſubeſt. Brādeburgēſes in du
as marchias diuidūt qꝝ altera vetꝰ altera noua vocat. veterē marchiā plabit albis fluuiꝰ. in cuius littore
Stendalū ē oppidū ⁊ gadelenū ⁊ ſoltuedelū ⁊ oſtroburgiū. Nouā marchiā interſecat fluuius odera haud
mlto inferior albi. In cuiꝰ rippa francfordia ē diues emporiū ⁊ lucenſis ciuitas. Spredo quoqꝫ fluuiꝰ eādē
ꝓuinciā irrigat equādꝰ. tiberi. berlinū in eiꝰ littore iacet. Eſt ⁊ aliḋ flumē hortellū nūcupatū qḋ Brādebur
giū ex quo marchia nomē hꝫ in duas ptes diuidit veterē ac nouā efficiēs. ibi epālis ſedes ē ⁊ marchionuꝫ
tribunal ad eiuſdē fluminis ripā. Auelburgiū quoqꝫ ſitū ē pontificalis ciuitas. ⁊ circū nobile territorium.
cui prigenitza ē nomē multū refertū oppidis ⁊ marciali pplo plenū. Caput miſnenſiū ciuitas miſna ē vnde
nomē regioni datū ē. hāc quoqꝫ albis alluit fluuiꝰ. hic valida arx ⁊ in ea cathedralis ecclia. In hac quoqꝫ ꝓ
uincia multa ſunt oppida marciali pplo plena. ⁊ martinopolis in honorē martis a veteribꝰ ɔdita merſebur
giū hodie vocāt. Sitr lipſg vrbs diues mercatoꝝ emporiū pclaroqꝫ ſtudio inſignitū. In thuringia nobile
oppidū ⁊ caput gētis Herfordia magūtino pōtifici ſubiecta ſtudijs liberaliū artiū inſignis. Nuburgenſis
quoqꝫ ciuitas duci ſaxonie parēs. hec oīa iure ſaxonū vtūt ⁊ lingua iſdē moribꝰ freti. Ceterū veri ſaxones
madeburgēſes nullo dubitāte habent. Bremēſes quoqꝫ. alberſtatēſes. hildeſinēſes. verdēſes. brūſuicēſes
hamburgēſes. luneburgēſes ⁊ lubicēſes. In madeburga archiepal ſedes habet. ⁊ in honorē ſcti mauricij
ex qdrato lapide diues tēpliū Ottonū nobile opꝰ ⁊ in eo ſcti Florēti corpꝰ. Credūt quoqꝫ vnam e ſex ydrijs
ibi eē in qbꝰ vinū ex aq factū a dño ſaluatore euāgeliſtaꝝ tradit hiſtoria. hāc plebibꝰ oſtendūt materia mar
morea ē ac plucida vini capax qtū equꝰ ferre poſſit. Alterā ac minorē apud hildeniēſes eē affirmāt. Vexil
lū quoqꝫ ſancti mauricij hic quotānis oſtendit. magiſtratꝰ vrbis ius ciuile romanoꝝ abbreuiatū ⁊ ſaxoni
ca lingua cōſcriptū nō ſine reuerentia cuſtodit qḋ magni Caroli auctoritate firmatū tradūt. eoqꝫ in deciſiōe
cāꝝ circūuicine gētes recurrūt. magna ⁊ venerabilis eaꝝ legū auctoritas habet. Bremēſes gliaꝫ ſuā ducūt
danoꝝ gentē ad xpm eē ɔuerſam. Nō ē omittēdum quod de halberſtadio tradit. Hāc ciuitatē oltenna ꝓla
bit fluuiꝰ. In medio vero tumulꝰ aſſurgit. in cuiꝰ cacumie planicies ē duorū ferme ſtadiorū cōtinēs lōgi-
tudinē. in cuiꝰ extremis angul duo tēpla ſita ſunt. alterū pōtificale. alterūqꝫ btē virginis appellāt. In me-
dio late patet forū magnificis canonicorū edibꝰ vndiqꝫ cinctū. vrbs hec vocat quod ſub tumulo iacet ſub
urbiū appellāt. in mōte nulla laicorū habitatio. Carolꝰ magnꝰ huiꝰ ecclie fundator habet. cuius feſtiuitas
quotannis celebrat. xij. hic dignitates. xxiiij. pbende. Archidiaconatꝰ ſupra. xx. eſſe ferūtur. In hac ecclia
ſingulis annis vnꝰ expplo deligitur quē peccatis grauioribꝰ inq̄natū putāt huc veſte lugubri induūt ⁊ ob
uoluto capite prima ieiunij die ad ecclam ducūt indeqꝫ pactis diuinis officijs eijciūt. Is ſingulis qdrageſi
me diebꝰ nudis pedibus pambulat vrbeꝫ ⁊ ecclas circuit neqꝫ ingreditur neqꝫ quemqꝫ alloquitur: inuitatꝰ
a canonicis p vices qḋ apponit comedit. ſomnus ei poſt mediū noctis in plateis pmittit. Hic iouis ſctā
poſt conſecrationē olei rurſus ad ecclam introducit ⁊ orōne facta a peccatis abſoluit. pecuniaſqꝫ populus
ei offert ꝙ tñ ecclie dimittunt. hunc adā vocant ⁊ omni crimie liberū putant. Circa alberſtadiū ager optimꝰ
ferax tritici. matureſcētibꝰ frugibꝰ culmoꝝ altitudine equo inſidentē hoīem ferunt excedere. ¶ Brunſuica
oppidū tota germania memorabile magnū ⁊ populoſum. munitū menibꝰ ac foſſatis. turres qꝫ ⁊ ꝓpugna-
cula excellūt. magnifice domꝰ. ppolite platee. ampla ⁊ ornatiſſima templa. qnqꝫ hic fora. qnqꝫ ptoria ⁊ to-
tidem cōſolatꝰ iura ciuibus dicūt. Hinc appellati duces brunſuicēſes ⁊ tota germania nobiliſſimi. ottonū
ſoboles. quoꝝ claritas cū potentia labente tpe defluit. ¶ Lubicenſiū ciuitas potentiſſima ē ſine cuiꝰ auxilio
vix vnqꝫ dacie reges cōtinere ſuos ſubditos valuere. xij. viri reipublice pſunt quos cōſules appellāt. quo
rū ppetua ptās ē. ⁊ ī eqſtri dignitate ɔſtituti ſt. popularibꝰ niſi vocet nulla de regimie vrbis cōſulēdi facul
tas. nec tñ hu ire plebs videt ſua cuiqꝫ ſubſtātia tuta ē ⁊ libertas ſaluis legibꝰ vt velit viuere. equū iudiciū
cōſules agūt. ab his ceſar ſi exceſſerit appellat. ¶ Saxonie nr̄a etate duces habēt. fridericꝰ ⁊ wilhelmus
frēs quoꝝ alter electorē iperij gerit. alter regnū bohemie debitū ſibi affetit vt ſupra retulimꝰ. Fuit cū brūſui
cēſibꝰ de electoratu diſſenſio. ſigiſmūdꝰ impator litē diremit. ſentētia vt ſepe fit potētiori alluſit. Alter ho-
rū fratrū natu ſenior robuſtiſſimꝰ venator fuit. iunior alter belli appetēs ⁊ in armis exercitatꝰ. Crudelia in
ter eos diu bella exercuerūt hereditatis prīne cā. ⁊ cꝫuis de pace ſepe mētio fieret īpediētibꝰ tñ appollonio
quē vice dñm appellāt ⁊ alijs pleriſqꝫ potētibꝰ qbꝰ ea diſcordia qſtui erat. fruſtra oēs tractatus abijt. Ex
cū vaſtat[?] tā agris tota ꝓuīcia peſſum iret appolloniꝰ vo fraternarū incēſor diſcordiarū p annū iubileū ro-
mam petiſſet rogauit fridericus germanum ſuū vt ad ſe lipſig veniret ſecū de pace acturus. annuit wilhel-
mus iter ingreſſo dixere conſiliarij paratas ſibi ⁊ qui cū eo irent inſidias eſſe caueret ne ſe pditum iret neue
ſuos ad necem traheret. Quibus ille at ego inquit libens moriar ſi vos prius necatos videro. qui frater-
nas contentiones alitis atqꝫ ita locutus ſequi iuſſis qui ſe amarent vrgens calcaribus equum feſtino curſu
ſu frattem adijt. Quo cum ſemotis arbitris e veſtigio pacem compoſuit fedusqꝫ pepigit. Magnus vir qui
ſe tam liberaliter in poteſtatem dederit hoſtis. Magnus ⁊ alter qui hoſtem ex fratre factum rurſus fratrem
atqꝫ amicū reddiderit. Appollonius interim Roma reuerſus ⁊ qui cū eo ſentiebāt ex Thuringia plurima
oppida poſſidebāt. extermiāti ſunt appolloniꝰ in Coburga qḋ eſt frāconie oppidū aliqꝫdiu ſe defendit. Ex

cū ſalutem in eo loco deſperaret nulliꝰ auxilio fretꝰ cū theſauris ſuis clā fugiēs ad bohemos migrauit. Ex
illo tp̄e q̄ctē habuere ſaxones q̄uis bohemi caſtella q̄dā ab eis repetētes ſepe bellū minati fuerint. inducie
in hac vſq; diē arma p̄tiū tenuere. nūc maioꝛ lis oꝛitura videt̄ q̄n wilhelmꝰ regie ſoroꝛis maritꝰ ad bohe-
mie regnū aſpirare fert̄ q̄uis terre p̄ceres aliū regē ſibi aſſumpſerint. ¶ Libet hoc loco audax priuati ho-
minis inſerere facinꝰ. Cōradꝰ de kauff nobili loco apud ſaxones natꝰ bellice rei p̄itꝰ. manu p̄mp̄tꝰ ⁊ aīo im
perterritꝰ cū ſe patria pulſum ⁊ p̄na hereditate priuatū p̄ iniuriā friderici ducis exiſtimaret ſcelꝰ ⁊ incredi
bili nr̄a etate p̄petrauit. Arx ē in miſna in alto mōte ⁊ in abruptis vndiq; rupibꝰ ſita altenburgū p̄uīcia-
les vocāt. ad radices mōtis oppidū egregiū munitū ⁊ pp̄lo plenū. iacet in arce duo friderici adoleſcētes
Erneſtus ⁊ Albertꝰ educabant̄. huc cōradꝰ intēpeſta nocte magnis itineribꝰ cū paucis comitibꝰ p̄tendit.
et admotis ſcalis p̄dente pedagogo arcē ingreſſus doꝛmiētes adoleſcētulos in cubili cōp̄hendit intermīa
tuſq; moꝛtē ſi vocē emitterēt funibꝰ colligatos extraxit. haud dubiꝰ q̄n p̄ductos in bohemiā magno p̄cio
venderet. ſuaſq; contumelias eo pacto magnifice vltꝰ videret̄. iā ſiluā hircinā q̄ bohemiam a ſaxonia diui
dit ingreſſus erat. iā p̄iculū oē trāſmiſſum putabat. cū iunioꝛ captiuoꝝ laboꝛe ac fame deficiēs ⁊ q̄tā ſitꝰ ⁊
cibū popoſcit. cuiꝰ p̄cibꝰ cōmotꝰ p̄do ad carbonariū q̄ndā diuertit afferriq; panē ⁊ ceruiſiā iuſſit. Interea
apud altēburgū cognita tāte rei nouitate clamoꝛ exoꝛit̄ attoniti oppidani raptim arma capeſcūt ⁊ p̄cio-
ſam vēdicaturi p̄dā p̄cipiti curſu p̄donis veſtigia inſectant̄. ſiluā ingreſſis foꝛtuna blandit̄. q̄ inter multos
tramites eū teneri ſuaſit q̄ recta duxit ad carbonariū ibi cōradꝰ dū puero cibū miniſtrat ex improuiſo capi
tur ⁊ oblatꝰ p̄ncipi audaciſſimi ſceleꝝ capite penas ſoluit. Fridericꝰ eodē pene nūcio q̄ captos atq; abductos
filios audiuerat recuperatos ⁊ ad domū reductos didicit. Saxonie ducibꝰ parua ꝟe ſaxonie poꝛtio paret
¶ Sūt eī in ea p̄uincia multi alij principes. multe ciuitates q̄ vocant̄ imp̄iales. multi ep̄i p̄p̄riū tērito-
riū h̄ntes. Miſna vero ⁊ thuringie maioꝛ ps ⁊ luſacie ⁊ franconie plerīq; oppida his ducibꝰ parēt. Ius
pape rogare magiſq̃ im pare q̄rant. qđ plane nūc experit̃. ludouicus ſctõꝝ q̄tuoꝛ coronatoꝝ cardinalis legat⁹. q̄ q̄uis ingenio valet. ⁊ ea p̄dit⁹ ē auc̄re. q̄ ſummi ſacerdot̄ nepoti deberet̃ nõ plus tñ ī vrbe p̄t q̄ ſenatu placet ⁊ tanto bononiēſi viro. ¶ Florētiā vrbē ex feſulanis ruinis ad ripas arni fluuiȷ̄ ꝯditam priſci hoīes fluentiā vocauere. quā cū auſpicijs fundata felicib⁹ vicinas ꝑ circuitum ciuitates excellere. mirisq̃ modis imꝑiū ꝓpagare cepiſſet. floꝛētiā longe meli⁹ q̄ fluentia dicta ē. In hac vrbe põtifex maxi'm⁹ eugenius q̄rtus id ꝯciliū qđ ferrarie cū grecis cepat. magnifice ꝯſūmauit. Erāt pl'es inter grecos ac latinos ſuper arcbanis oꝛthodoxe fidei ꝯtentiões. q̄rū maxima ⁊ difficillima fuit de ſanctiſpūs ꝓceſſione. Cū greci paclitū ex p̄re dūtaxat. nr̄i ex p̄re filioq̃ ꝓcedentē aſſererēt. poſt m̄ltas ac diutinas diſputatiões. in quib⁹ tanq̃ interp̄tes Nicolaus ſagūnnus vtraq̃ lingua diſertiſſim⁹. ingenio facūdiaq̃ iuxta ꝓmptus. illuſtre nomē adeptus ē. Tandē cū latina eccl'ia in vnū fidei ſymbolū ꝯſenſere. Ciuitas imꝑatorē grecoꝝ ⁊ patriarcham cõſtātinopolitanū. ⁊ oēs coꝝ comites abunde lauteq̃ pauit p̄triarcha hic ſenio ꝯfeci⁹ deceſſit. ⁊ apđ p̄dicatores intra eccl'iam humat⁹ ē. cui maffeus poeta laudenſ nõ ignobilis epithaniū v̄ſibus imparibus edidit. Nicola⁹ picinin⁹ illuſtris copiaꝝ ductoꝛ. ab exulib⁹ floꝛētinis inuitat⁹ muſellanū ingreſſus agrū q̄ a floꝛētia. x. milib⁹ paſſuū abeſt. hoſtiliter cūcta diripuit. nec diu poſtea in agro aretino cū eugenio ſimul ⁊ floꝛentinis bellū iunxiſſet. apud anghiariū magno p̄lio victu⁹ ⁊ ꝓfligat⁹ ē. Ludouic⁹ archiep̄s floꝛentinus ap̄licis tūc copijs p̄erat. q̄ ea victoꝛia nobilitat⁹ ad cardinalatū paulo poſtea ꝓfectus ē. Eugeni⁹ eñ ꝺuniōne grecoꝝ facta. ⁊ picininij metu depoſito. mēte atq̃ aīo auct⁹. viȷ̄. ⁊. x. cardinales creauit. viros aut genere illuſtres. aut v̄tute p̄ſtātes. aut vite ſctītate cõſpicuos. inter q̄s duo greci aſſumpti ſunt. yſidorus archiep̄s rutenoꝝ ⁊ beſſarion nicenoꝝ pontifex. q̄ꝝ ſup̄ memini⁹. Alfonſus rex arogonū rogat⁹ a philippo maria vt antea dictū ē. ſibi aduerſus venetoꝝ potētiā vt opem ferret. coacto nõ paruo exercitu ꝓfecturus ī galliā iter ingreſſus. Sʒ añ philipp⁹ obijt q̄ ipſe tyburi quo iam appullerat digrederet̃. audita v̄o amici morte. ⁊ q̄ ab eo nūcupat⁹ heres eſſet. in ſabinos ꝓfect⁹ magnificētiſſimo illi funere iuſta ꝓſoluit. Deinde trāmiſſo tyberi. recta via in floꝛētinū duxit. eo vt aiebat animo vt floꝛētinos reuocare ſuas copias ex gallia cogeret. atq̃ ita ꝑ tuſciā pacatā ⁊ ſibi amicā ad opē mediolanēſib⁹ ferendā q̄s veneti bello p̄mebāt ꝓficiſceret̃. noluerūt floꝛētini ab alfonſo rogati venetoꝝ ſocietatē deſerere. Quapꝛopter alfonſus ī agrū vulteranū ꝓfectus pomaratū. haud ignobile oppidū poꝛtas claudere auſi eo ipo q̄ venerat die copijs circūpoſitis vi cepit ac diripuit. Deinde ad caſtrū nouū ī eodē agro ſitū mouit. cui⁹ incole audita pomeratij clade cõfeſtim abſq̃ certamine ī deditiõem venerūt. Idē fecere aliquot caſtella circūiecta. extū mõtecaſtellum natura ⁊ ope munitū obſedit. quo t̄pe ea imbriū magnitudo atʒ vis venetoꝝ exoꝛta ē. vt neq̃ extra tentoꝛia q̄ſcere milites poſſent. m̄ltis coꝝ diſcept̄. m̄ltis ꝑmane raptatis q̄b⁹ ex reb⁹ ⁊ qđ annone inopia laboꝛabat. Mouēs inde alfonſus cāpiliā duxit. Sʒ floꝛētini id opidum p̄ſidio ⁊ annona firmauerāt fruſtra ibi cõtēdit. caſtella tñ aliquot finitima ī gerardiſca. id ei regioni nomē ē. recepit atʒ illis reſtituit a q̄b⁹ floꝛentini p̄us ademerāt. erat in comitatu reḡ ſymonet⁹ mille ducēs eq̄tes. q̄ finito floꝛētinoꝝ ſtipēdio ad cū trāſierat. Sygiſmūd⁹ aūt malateſta quē rex anteq̃ tuſciā ingrederet̃. cū eq̄tib⁹ mille. ⁊. dccc. peditib⁹ ꝯduxerat. cū ab eo indies expectaret̃. ad floꝛētinos trāſiuit. Frideric⁹ quoq̃ vrbinatiū p̄nceps. notus ⁊ clarus ī armis floꝛētinoꝝ ſtipēdia faciebat. q̄ cū eſſent eq̄tatu peditatuq̃ nõ inferioꝛes rege. oēmq̃ illi expugnādorū oppidoꝝ facultate p̄riperēt. n̄ fuit regi cõſiliū ī obſidiõe campilij ꝑſeuerare ⁊ p̄ſtim in mõtib⁹ comeatus penuria p̄mebat̃. Diuertit igit̃ ad loca maritima ⁊ apud populoniā. olim fama celebrē. nūc dirutā vrbem ꝯſedit. quo ī loco facile ſibi ex regno neapolitano. ⁊ frumēta ⁊ bellica toꝛmēta nauib⁹ afferri poterāt. Abeſt inde trib⁹ ferme milib⁹ paſſuū plūbinū nobile oppidū ī cui⁹ obſidione de q̄ poſtea dicemus laborāti regi caſtilionū. ⁊ ipm nõ parui momēti oppidū ꝓdēte floꝛētinoꝝ p̄ſidio traditū ē. p̄ter arcē quā cū ſymonet⁹ obſediſſet. paucis poſt dieb⁹ ꝑ deditõem cepit. Dū rex pauloāte apud aquā viuā in hibernis ageret. a legat̄ mediolanēſib⁹ adit⁹ ē q̄ opē ei⁹ implorātes. ī eo loco decerni bellū aduerſus venetoꝝ ſenatus obtinere. Iam eī frāciſc⁹ Sforcia mediolanēſi pp̄lo indignat⁹ venetoꝝ auxilio fret⁹. eos ſbigere ſummis conatib⁹ nitebat̃. q̄ꝝ paulo añ fines ⁊ arma ꝓmouerat. Cū rex ſoluta plūbini obſidiõe neapolim rediſſet floꝛētini legatos ad eū miſere pacē petētes. q̄b⁹ accepta fiđ ī caſtra ꝓfect̄ poſtq̃ mādata expoſuerūt. bellūq̃ recuſarūt antonij cardinalis hilerdeñ. noīati. inter p̄mos theologi op̄a. q̄ id negocij põtificis volūtate ſuſcepat. pauc̄ poſt dieb⁹ ea lege pax floꝛētino pp̄lo reddita vt caſtilionū ⁊ inſula eulij q̄ ipius bello floꝛētinis erepta fuerat in p̄tāte reḡ remaneret. Sʒ cū frāciſc⁹ Sfoꝛcia mediolano potit⁹ eēt. oēſq̃ põtes ⁊ arces apud amnē abduā tanq̃ mediolanēſis agri a venet̄ repeteret. alfonſus q̄ cum frāciſco eēt infeſtus e re ſua eē ratus illū. ne radices in tāto imꝑio ageret impedire. ꝑ leonellū marchionē eſtenſem recõciliat⁹ venetis. ⁊ cū eis aīcicia ſocietateq̃ facta floꝛētinis q̄ frāciſci fortunā ſecuti ⁊ armis ⁊ pecunia eū iuuabāt. ſecundo bellū indicit ferdinandūq̃ filiū ī expeditõem ꝯ eos mittēdū duxit. Erat is eo t̄pe admodū adoleſcens ingenio eximio. ⁊ ad cūctas optimas artes docili ⁊ ꝑato. liberalib⁹ diſciplinis inſtitut⁹. armoꝝ tractādorū ſcīa edoct⁹. glīe cupid⁹. inedie ac laboꝛis patiēſ. cui p̄r ſex milia eq̄tū. duo milia peditū ꝯmiſit. Fuerūt ⁊ ī exercitu ei⁹ comes euerſus ⁊ vrſin⁹ neapoleo haud cõtēnendo copiaꝝ duces. Frideric⁹ quoq̃ vrbinas. q̄ ſupioꝛi bello floꝛētinoꝝ arma ſecut⁹ erat. ī ei⁹ exercitu militauit. Floꝛētini v̄o poſtq̃ īminere belli ſibi tēpeſtatē ſenſerūt Eſtoꝛē fauētinū ſymonetū. quē ſup̄ noīam⁹ ac ſygiſmūdū malateſtā. poſtremoq̃ alexādrū ſfoꝛciā ꝯduxere. q̄ ſil' iūcti. ſup̄ decē milia eq̄tū. peditū v̄o magnū nūeꝝ ī caſtris hūerūt. Ferdinād⁹ tñ ꝑ agrū coꝛtonēſem in aretinū copias duxit. vbi caſtellis aliq̄b⁹ nõ magni noīs vi capt̄ atʒ direpti. Foiianū non parui momēti oppidū. cū oppugn̄re cepiſſet. nec hoſtes auxiliū ferrēt. p⁹ dies. viij. ꝑ deditõeʒ accepit. Eq̄tatū eſtoꝛis apđ mõtē policianū plib⁹ capt̄. nõnull' occiſ fudit ac fugauit. Reucininū ī agro floꝛētino expugnauit. Caſtellinū v̄o cū obſediſſet hyberno rigoꝛe inualeſcēte receſſit. ⁊ ī maritima loca ⁊ aquā viuam p̄ris exemplo ſeſe recepit. Quo t̄pe ⁊ antoni⁹ Olzina vadā ī littoꝛe maris ſitā nauib⁹ occupauit. ⁊ amplioꝛi

foſſa a terra cōmunijt. Quo ex loco piſanū ⁊ vulteranū agrū infeſtū reddidit. Cūq3 interea florētinoꝝ duces ad folianū caſtra mouiſſent. velletq3 ferdinādus auxiliū obſeſſis ferre. Jamq3 itineri ſe cōmiſiſſet. tāta in caſtris lues cōſecuta ē. vt ꝑ languētiū nūero. nō mō ad rem gerendā. ſ3 vix admouēda caſtra ſat[is] eēt. Ob quā rē folianū ſumma vi expugnatū. nec minori ꝟtute defenſum. tandē ab oppidanis clam ꝑſidio traditū ē q̄ tn̄ paulopoſt ⁊ ipi victoꝝ ꝑda fuere. oppidū īceſū3. ac ſolo eq̄tū. Per id q3 tp̄s gerard⁹ gambacurta. dū caſtella q̄tuoꝛ q̄ pr̄ a florētinis accepat intra apenninū ſita. ferdinādo tradere vult. ab vno e ſuis ꝓdit⁹. caſtris amiſſis diu regē mendicādo ſecut⁹ ē. Exin pace apud laudā (vt diximꝰ) facta reuocat⁹ a pr̄e ferdinād⁹ in regnū ꝯceſſit. Florētini q̄ amiſerāt cūcta recupauerūt. Baldacius peceſtriū copiaꝝ haud ignobil' ductoꝛ manu ꝓmpt⁹ ⁊ audax. cū diu florētinoꝝ ſtipēdia meruiſſet ī palatiū tandē accerſit⁹. dū ingratiū ꝯtumacē ſ̄idet. capt⁹ ex altiſſimis feneſtris ī foꝝ ꝑcipitat̄. cui q̄uis magno caſu iā expiraſſet. ſecuri tn̄ ceruix abſciſſa ē. ¶ Inter florētinos oēs q̄ nr̄a floruerūt etate coſmas cognoīe medicus ⁊ prudētia ⁊ auctē eminuit. is ꝑnceps vrb' hūius ſenatū q̄ voluit impulit. Ciuitaī ex arbitrio dixit inopes ciues q̄plurimos ditauit. mr̄imonia ex argēto ſuo dotib⁹ m̄lta cōiūxit. Villas magnificētiſſime exedificauit. In eccl'ias ditiſſima dona cōtulit. monaſteriū ſcti marci ⁊ ampliū ⁊ nitidū a fundamēt[is] erexit parochie ſue tēplū cū paꝝ placeret proꝛſus diruit. Exin ſtructurā admirādi opis ex lapide feſulano ſuſcitauit. Edes ſuas q̄uis ornatiſſimas erexiſſet. ampli⁹ tn̄ meditat⁹. op⁹ palatiū ⁊ altū ⁊ ingēs. ex q̄dratis lapidib⁹ ī inſigni vrbis loco. adeo pulcrū adeo amplū cōſtruxit. vt ei alteꝝ eq̄ri tota ciuitate nō poſſit. Cōmēdāda ē mult[is] in rebus florētinoꝝ ꝓudentia. tū maxime qḋ ī legēdis cācellarijs. nō iuris ſciam vt plereq3 ciuitates ſ3 oratoriā ſpectāt ⁊ q̄ vocant hūanitatis ſtudia. Norūt eīn rectā ſcribēdiq3 dicēdiq3 artē nō bartholū aut innocētiū. ſ3 tulliū q̄ntilianūq3 tradidere. Nos tres ī ea vrbe cognum⁹ grec[is] ⁊ latinis lr̄is ⁊ cōditoꝝ opa. fama illuſtres. q̄ cancellariā ali⁹ poſt aliū tenuere. leonhardū ⁊ carolū aretinos. ⁊ poggiū eiuſdē reipublice ciuē q̄ ſecretari⁹ aplicus. cuꝰ q̄ndam romāis pōtificib⁹ dictaret ep̄las illos ꝑceſſerat colucius cui⁹ ea dicēdi vis fuit. vt galeaꝰ mediolanenſiū princeps. q̄ patrū meoꝝ meōria grauiſſimū florētinis bellū intulit crebro dicē auditus ſit nō tam ſibi mille florētinoꝝ eq̄tes q3 colucij ſcripta nocē. Diſceptatū ē diu inter florētinos ob pecuniarū exactiones. q̄ tenuiores ciues mag[is] q3 opulētos vrgebāt. His dieb⁹ cōſentiēte coſmo noua rō fortunaꝝ. cuiuſq3 ciuis deſcriptio cepta ē. quā raro factā ſine tumultu moniq3 ppl'i fecerūt at tūc q̄ete trāquilleq3 trāſijt. Lucēſes qui nr̄a memoria bis florētinoꝝ obſidionē exp̄ti. bis philippi mediolanēſiū duc[is] auxilio ſuā libtatē defendere. ad extremū cū vicinis virib⁹ pares eē nō poſſent. nec facile inuenirēt. q̄ q̄tiēs hoſtis ꝑmeret. totiens ferret opē. fedus ad q̄nq̄ginta ānos cū eis ꝑcuſſere. eas leges ſbeuntes q̄s dixere potētiores. ¶ Inter florētiā ⁊ ſenā apud oppidū qḋ ſctm̄ caſſianū appellat̄ anno poſt iubileū ſexto. viſe ſunt nubes vigiti (vt ferūt) cubitis a terra ſblimes inter ſe mirabili ventoꝝ impetu agitare. ac depugnare ⁊ altere alteras pellere. ⁊ mutatis ſepe vicib⁹ pelli q̄ pepulerāt interea ſumma at3 incredibili ſpūs violētia. domoꝝ tecta ꝑ inane iactari muros deijci. ⁊ ſaxa ingētia loco moueri. vetuſtiſſimas oliuas. ⁊ antiquiſſima quercuū robora radicit⁹ cōuelli. atq3 cōſtringi. hoīes ⁊ iumēta nō ꝑuis ſpacijs ꝑ celū3 ferri at3 raptari. hec nob' q̄ ſe vidiſſe aiebāt retulere. ſ3 mag[is] nos (vt crederem⁹) ep̄le a grauiſſimis viris de his reb⁹ alfonſo regi dū apud eū agerem⁹ ſcripte. ⁊ in p̄ntia nr̄a lecte cōmouerūt. ¶ Urbs ſena vn̄ mihi origo ē. ſcōm hodie locū in etruria obtinet. amiciſſimo ſita loco. Et ſi mihi fides hn̄da ē. ppl'o neq3 rudi neq3 iurbano. Hui⁹ rectores q̄ nobilitate poſtpoſita. q̄ fuit ī illa ciuitate. tota ytalia memorabil' ⁊ ꝑte ppl'i quā duodecim appellāt prorſus cōculcata. m̄ltis annis ī pace ꝗeuerāt inter ſe tandē duas factiones hr̄e ceperūt. q̄ ꝓut ſue rei conducere arbitrate ſunt. ita ſe vl' ppl'is vl' ytalie ꝑncipib⁹ cōiūxere. Cū ꝟo rex alfonſus ī florētinos (vt antea relatū ē) cōduceret exercitū. factiōes ipē manifeſti⁹ patefacte. Altera regiū bellū ꝯ florētinos inuādū eē ꝯſuluit. altera cum florētinis auxiliū dandū eē ſuadē nō auderet. diſſimulādū cēſuit vicerūt ꝑmo reg[is] amici ⁊ ei⁹ caſtra ꝯmeatū miſere. S3 cū rex ad ſextū lapidē vrbi ꝓximꝰ caſtrametat⁹ eēt. diſſemiātib⁹ in plebe q̄ florētinis ſtudebāt alfonſum nō tm̄ florētie q3 ſenaꝝ dn̄ium q̄rere. tota vrbe trepidatum ē. ⁊ armati ad portas diſpoſiti haud aliter alfonſi milites q3 libtate ſue inſidiātes obſuauere. Cōmiuit aliquātiſꝑ eā ppl'i ſuſpitōem frāciſcus martorellus ꝑſtanti vir ingenio. ⁊ quo rex libēter vteret̄. legat⁹ ad eos miſſus. ſ3 cum nō tam regis amore aut odio. q3 priuat[is] ciuiū ꝯtētionib⁹ reipublice ꝯſilia turbarēt̄. adeo tenuiter ānona ī caſtra reg[is] deportari ꝑmiſſa ē. ⁊ vt florētinis ſil' ⁊ regi viderēt̄ leſi. Idē factū ferdinādus reg[is] fili⁹ alio poſtea tp̄e ī eoſdem florētinos duxiſſet neq3 eīn ꝑncipio ei⁹ aduēt⁹ ſatis ei fauētes fuere. S3 veneti cū ſenenſib⁹ ac regi federe iūcti eēnt vſq3 adeo ſenēſes legatōib⁹ agitarūt. Et vt ipi ſocietatē tande3 reg[is] inierūt. bellūq3 florētīs indicerēt publice. qḋ breui ſopitū ē venet[is] apud laudā incōſulto rege pace3 recipiētib⁹. Poſt hec ſenēſib⁹ aliud ēueſtigio bellū exortū ē aduerſus hylbrādinū pitiliani comitē in quo ducib⁹ vſi ſunt ſigiſmūdo malateſta ⁊ eubberto corrigēſi quoꝝ potētia nō tā hoſtib⁹ q3 ipis ſenēſib⁹ formidāda fuit. Suborta aūt iter ſigiſmūdū ⁊ ſenēſes diſcordia. cū ſeſe ille ſuſpectū eē aīaduerteret. nō ſine ſuo ⁊ ſenēſiū dāno receſſit. eubbert⁹ cū ſenēſib⁹ ꝑſeuerauit. Interea comes iacob⁹ pyciuin⁹. q̄ iā pridē apud venetos ſtipēdia faciēs nō ſine laude reꝝ geſtaꝝ eoꝝ copias duxerat cū pace vbiq3 porta ſtipendio careret in etruriā ꝯperās ſenenſes iure p̄rīe amicicie. vt ſibi auri. xx. milia mutuo dent. miſſis legatis expetijt. qḋ cu3 fruſtra fuiſſet. acies in eos cōuertit. Et ingreſſus ſenēſem agrū. pleraq3 oppida ꝑtim vi ꝑtim ꝓditōe recepta diripit. Calixt⁹ tercius q̄ recens pontificatū inierat. copias ſuas ſenēſi ppl'o auxilio mittit idē frāciſcus Sforcia idē florentini faciūt veneti quoq3 ꝓ fedus requiſiti auxiliū q̄uis tenue ꝑbent. Cōmittit̄ ex īprouiſo ꝑliu3. ex quo ſine magno damno ꝑtiū diſceſſum ē. Jacob⁹ cū exercitu coact⁹ ē caſtilionū ſeſe recipe. qḋ oppidu3 eē diximꝰ a florētinis priori bello receptū vbi q̄uis aeriter oppugnaret̄. expugnari tn̄ nō valuit. Inter hec Eubbert⁹

in ſuſpitionē actus tanq̄ cū pycinino ſentiret. cū eius rei nō parua extarēt indicia vocatꝰ ad vrbē in ſena-
tu ſenēſi trucidatꝰ ē. ⁊ ꝑ feneſtrā in foꝝ ꝓiectꝰ ē. Pycininꝰ paulopoſt vrbetelliū natura loci mūitiſſimū op
pidū ꝑ ꝓditionē obtinuit. vna em̄ tantumō via. iſtaq̄ artiſſima. ⁊ arcis oppoſitōne defenſa p̄t adiri. reli-
quas ptes ſtagnū claudit p̄nis dumtaxat lembis cymbiſue nauigabile. Hic cū frumēti viniq̄ copiā pyci-
ninꝰ repleſſet. tamdiu ſe ꝯtinuit donec pacē apud regē atogonū firmata ī regnū ſeſe recepit. Sȝ ea pax ex-
terno bello ſenēſes ſoluit interno magis ac magis īplicauit. nā regis amici. ⁊ tanq̄ belloꝝ cā fuiſſent pycini
niq̄ ſtudio fauiſſent. partim ſecuri ꝑcuſſi ſunt. ptim relegati. multi cū ſibi ꝑiculum in p̄ria imminere cerne
rent. ſpōte i exiliū abiere. adeoq̄ ī eos q̄ ſuſpecti ſunt hītī. ſeueritas exercita ē. vt etiā florētinis videaꝛ eē
ſeuitū nec dū maloꝝ finis q̄n in ciuitate pax pacata. noue indies machinatōes. aut finguꝛ aut inueniūtur
⁊ ſanguis ciuilis in foꝝ diſꝑgitꝛ. hoc fortaſſe malū equulꝰ ille p̄nūciauit. q̄ āno iubileo an̄ portā eiꝰ vrbis
q̄ romā ꝑgit. p̄egnās freq̄nter aſtāte pp̄lo. dū pareret expirauit. Erat em̄ hermofreditꝰ. cuius feminei ſexꝰ
nullū ī eo veſtigiū cerneret. Inter alios quos vrbe relegatos haud nocētes ciuitas exiſtimauit duo fuere
ab ipſa puericia ſocij. ⁊ ſtudioꝝ cōione ꝯiūcti. quis alter iuris ciuilis ſciam ꝓfiteretꝛ. alter poeticā. Gre-
goriꝰ lollius. ⁊ frāciſcus patricius cuiꝰ plā extāt poemata. q̄ doctiſſimi ꝓbāt. ⁊ q̄ vitā ſibi retinuiſſe credū
tur. Marianꝰ ſozinus ꝑ idē tp̄s ſcīa iuris nō ſolū apud ſenēſes. ſȝ tota ytalia late clarꝰ ē hītꝰ. Plūbinū nobi-
bile oppidū ex populione ruinis edificatū exiſtimaꝛ nōnulli populiniū appellādū putāt id ē ī littore tuſcie
maris ſitū. Ilue inſule oppoſitū. q̄ ferri venis inexhauſta magnū quotannis vectigal plūbini dn̄o prebet
Huic oppido p̄fuit iacobꝰ appianꝰ ex paula nobiliſſima femīa martini q̄nti romani pōtificis ſorore natꝰ. pa
cificus q̄dē p̄nceps. ⁊ a vicinis amatus. Qui cum ex cōiuge virilē ſobolē nō ſuſcipet. extra m̄rimoniū he
redē q̄rens cōcubinā q̄udā amare cepit. cuiꝰ cū venter intumuiſſet. ⁊ iā tp̄s pariēdi ꝓpe adeſſet. incredibili
gaudio geſciens florētinis ac ſeneñ. legatos vti ad ſe mitterēt ac partū de ſacro fonte leuarēt. futuros cō-
patres magnis p̄cibꝰ inuitauit partū ē venere. ad dictā diē legati. mulier inter obſtetricū manꝰ diu labo-
rans. ethiopē tandē peperit. q̄ res vt riſum pp̄lo chachinnūq̄ excitauit. Ita ⁊ cōpr̄nitates ⁊ leticiā prin-
cipis interrupit. ethicē tn̄ forte maurꝰ in familia eiꝰ erat. ex q̄ natū puerū credidere. q̄ mox vbi detectū fla-
gitiū intellexit ſaluti ſue fuga cōſuluit. Mortuo Jacobo Reynaldus vrſinꝰ pacis vir ingenio ⁊ rei militaris
ꝑitus in eiꝰ locū ſuffectꝰ ē nō ſuo iure ſȝ cōiugis. q̄ iacobi filia fuiſſet. Hūc alfonſus cū in tuſcia florētinorū
bello deſtinaretꝛ. fauentē hoſtibꝰ repit q̄propter caſtris plūbino admotis. eū intra menia clauſum terra ma-
riq̄ ſummis viribus oppugnauit. ſȝ nō minori v̄tute ipſe ab interiori pte ciues ſuos defendit quā regis mi
les ab exteriori muros īuaſit. Pugnatū ē diu acri cōtentōe ita vt multi vtrinq̄ ceciderint. cōplures vulnera
ti in hoſtiū manꝰ peruenerūt. ⁊ eo p̄lio inſtoꝝ virtus emicuit inter quos duo antonij alter rixanus. alter ca-
dola ad muros pariter vadētes inter ceteros pugnare fortiter aī aduerſi ſunt. Sȝ oībus p̄latus ē galeatiꝰ
Baldaſinꝰ natione ſiculus q̄ ter muri faſtigio app̄henſo q̄ prius tormēta diſiecerāt conatꝰ eſt oppidū irrū-
ere. ceteꝝ feruentis aq̄ viueq̄ calcis. q̄ inter arma ingeſta vbi ad corpus penetrauerat purebat artus vi de-
territus. grauiſq̄ ſaxi ictu cū reuulſa aggeris pte deturbatus ē. Fuit aūt galeatius ſtatura q̄ mediocrē exce
deret robuſtis ac teretibꝰ membris. corpis magnitudini vires r̄ndebant luctatione iactu ſaltuq̄ nulli bo-
minū ceſſit. membroꝝ robori par animꝰ erat. eq̄ ac pede iuxta bellator acerrimꝰ. armatura graui armatus
galeatuſq̄ humiſtās. ſiniſtra ſellā. dextra haſtā equeſtrē tenēs. ſtrēnuo ſaltu grādi ſtatura equū inſilebat.
ſingulari certamīe q̄ter ſ̄latus. bis ī ytalia. bis in gallia trāſalpina totiꝰ victor euaſit. a tribꝰ hoſtiū equi-
tibꝰ. corpo florētinos bello peditꝰ vnū ex his gladij capulo ſemineē eq̄ excuſſit. aliū citato equo medium
amplexus e ſella extractū humi ſtrauit. Terciū cubito grauiter ꝑcuſſum ī fugā v̄tit tāta porro modeſtia vt
nūq̄ ipſe de ſe vl̄ rogātibus amicis diceret vite cultu. moꝝūq̄ elegātia. oībus p̄terea gratꝰ dilectuſq̄. Per-
ſtitit aūt p̄libus diebꝰ ad plūbinū alfonſus. ſȝ cū oppidi expugnatio difficilis videretꝛ neq̄ iā cōmeatus in
caſtris eſſet. ⁊ equi cōſumptis arboꝝ folijs fame perirēt. diſſoluta obſidione receſſit. nec diu poſtea Rey-
naldus morbo interijt vxor eius katherina verita. ne rex ī ſe viri delictū puniret. miſſis ad eū oratoribus.
tributū ei quotannis dū viueret. aureū poculū quingētoꝝ aureoꝝ daturā ꝓmiſit. Ea mortua ſollicitis op
pidanis. quem ſibi potiſſimū dn̄m legerēt vicinis v̄o potētatus cū varijs artibꝰ ad ſe trahere conatenꝛ. te-
nūciatū ē manuelē appianū adhuc ex principū ſuoꝝ ꝓſapia ſupeſſe. cui ſe cōmittere poſſent. Hic multos an
nos in militia verſatus nec tn̄ aut opes cōgeſſerat. aut egregio aliquo facinore nomē q̄ſierat. Ob quā reȝ
dimiſſis iā armis vxorē troye inter apulos ceperat. ibi tenuiter vitā agebat. nihil minꝰ q̄ dū andi ſollicitꝰ
cū a plūbinenſibus publice reuocatus ē. quod ei primo nūcio veluti ſomniū viſum ē. Exiñ fortune ludū
libenter amplexus tanq̄ vite reliquū dormiuiſſet. In alterū virū mutatus. cuius ſenex p̄cipatū ſuſcepit.
Rexitq̄ poſtea pleriſq̄ annis ciuibus ſuis gratus. ⁊ vicinis amicus. Alfonſo v̄o qui ei fautor ⁊ fuiſſet ⁊
ſtipendiū fecit ⁊ ceſum dedit. Deceſſit aūt e duobus filijs extra legitimū cōiugiū ſibi natis minore quē cū
ciuitas ſeniori preferret herede inſtituto. ¶ In viterbio v̄o nō parui motus fuere Sedente nāq̄ nicolao
quinto princiualles gattis eius vrbis princeps. dū roma redit. apud lacū vicenſem ab inimicis inuaſus
obtrūcatus eſt. Exiñ ſedente Caliſto tercio wilhelmus eiꝰ nepos. noctu domi necatꝰ. ob quā rē ciuitas ī
vltionē ſollicita. dū malefactores inq̄rūꝛ. dū iſti fugiūt illi plectūtur. magnas calamitates ꝑpeſſa ē. ¶ Ur
bis rome iā tandē nobis ſeſe res offerūt. q̄bus ſuā narrationē petētibus ſuato breuitatis inſtituto. ſatiſ-
facere ꝑgimꝰ. Hic ioannes vitellius alexādrinus ⁊ cardīalis ⁊ legatus p̄rimonij bti petri gubernator ⁊
ductor ap̄lici exercitꝰ. q̄ fulginates. q̄ camertinos tyrannos. qui p̄fectum vrbis. qui comitem anthonium
piſanum. qui plures alios ecclie inſultatores bello victos neci dederat. Duȝ pontem tyberis. quem ſancti
angeli vocant tranſire inititur in etruriam copias traducturus ab his qui arcem adriani cuſtodiebant. re-
pente inuaſus vulneratus captuſq̄ in arceȝ rapiꝛ. vbi paucis poſt diebꝰ ſiue hauſto veneno ſiue ex vulnere

vitã finiuit. Prouinciã deinde ſuã. ſortit⁹ ẽ ludouic⁹ ⁊ ipſe cardinalis aq̃legienſ pr̃iarcha. iã reb⁹ geſtis ⁊
amicicia põtific̃ late cognit⁹. q̃ pacat̃ rebus ĩ vrbe eugenio reditũ p̃parauit. Cõprehẽderãt rõni eugeniũ ac
libertatẽ aſſerẽtes. apud ſctãm mariã in trãſtyberina regione cuſtodiebãt eũq̃ cũ deceptis cuſtodibus per
tyberim nauigio fugeret. iaculis ac ſagittis petierãt. fremebat eñ pp̃ls. cũ extern⁹ miles infeſtis armis ro
manos vaſtaret agros. hoĩes atq̃ armẽta ſurripiẽs. Sʒ cũ plĩmis ãnis eugenius abfuiſſet intellexerant ⁊
opulẽti ciues ⁊ inopes romani ſummi pontificis curia. nõ tam vrbẽ q̃ vaſtã ac deſertam ſpeluncaʒ videri.
q̃bus ex reb⁹ miſſis ad eũ legat̃ vt in vrbẽ ſuã rediret. magnis p̃cib⁹ rogauere. Rediit ille nono poſtq̃ eſ/
fugeret ãno. nec tã ignominioſe pulſus fuerat. q̃ excep⁹ ẽ glioſe. Fuit cuʒ frãciſco Sforcia ⁊ in pyceno de q̃
poſtea dicem⁹ ⁊ ĩ aliis loc̃ p̃iculoſum bellũ. qḋ p̃ ludouicũ cardinalẽ ⁊ nicolaũ pycininũ iã ſibi recõciliatũ
ↄfecit alfonſo rege opẽ ferẽte. Cogitauerat frãciſcus Sforcia tudertinã vrbẽ ſibi amicã. nã ei⁹ aliq̃n poti/
cus clemẽti ciues impio rexerat. deinde rõni cũ exercitu parere. Erãt eñ inter cardinales nõnulli q̃ ludoui
ci potentiã indignãtes frãciſcũ nõ q̃ſi aduerſus eugeniũ. ſ; ↄ ei⁹ cõſiliũ inuitabãt. inter q̃s nicolaũ capuan
ſem ĩ vrbe g̃ioſum ac potentẽ fuiſſe ↄmẽorant. nã eugeni⁹ p̃ id tp̃s eũ de ipa re ſuſpectũ roma amouẽdum
curauit. Sʒ cũ auxilia eccle p̃pe aduenĩſſent frãciſcus irrito p̃poſito retroceſſit. Eugeni⁹ v̓o q̃ cũ quõdaʒ ve
netis ac florẽtinis ſtudioſiſſim⁹ fuiſſet. Cũ illi hoſtẽ ſuũ franciſcũ aduerſus ecciam armis pecuniiſq̃ iuua/
rẽt ⁊ ipſe ad ipoꝝ hoſtes declinauit. Alfonſum regẽ ac mediolanẽſiũ p̃ncipẽ. ⁊ rex q̃dẽ ei⁹ ſuaſu vſq̃ ad ty-
burẽ venerat philippo cui⁹ opes iã pene collapſe videbãt laturus opẽ. aut ĩ tuſciã ↄ florẽtinos aut in gal
liã ↄ venetos ꝓſectur⁹. ſ; eugeni⁹ cũ q̃tuor cardĩales creaſſet. ex q̃b⁹ ſucceſſorẽ ſuũ aſſumẽdũ eſſe p̃dixerat
in lectulo egritudinis iacẽs. pauc̃ poſt dieb⁹ migrauit ad p̃res. ⁊ ĩ baſilica. b. petri apud eugeniũ tercium
ſepult⁹. Pri⁹ tñ q̃ obiret germani q̃ poſtq̃ duos de ſummo põn̄ficõ cõtendere aĩaduerterant. neutralita-
te q̃dã vtẽtes. vtriq̃ recuſauerãt obedire. deſtinat̃ romã legat̃. inter quos ⁊ ego vn⁹ erã a friderico impa
tore miſſus ob obediẽtiã ei iã iã morituro reſtitueñt. Ipſe v̓o theodericũ coloniẽſem ⁊ iacobum treuerẽſem
archiep̃os. quos põtificali dignitate p̃uauerat. mutata ſñia ad priſtinos reduxerat honores. Magnus p̃
fecto ⁊ clarus põnfex fuit eugeni⁹ cõtempſit pecunias v̓tuteʒ apprime dilexit. neq̃ ſcḋis rebus intumuit.
neq̃ ſuccubuit aduerſis. neq̃ ſpes ei gaudiũ. neq̃ met⁹ triſticiã auxit. ſedat⁹ aĩm⁹ eũdẽ ſp̃ ei⁹ vultũ oſten-
dit. ſmone breui eoq̃ grauiſſimo vſus eſt. durus ⁊ aſp̃ in hoſtes. ꝓpitius in fide receptis ad hec ꝓceritas
corp̃is. oris decor. ⁊ venerãda ĩ ſene maieſtas q̃bus ſidẽ adhibuit. pl⁹ aliq̃nto credidit ⁊ maius impiuʒ q̃
par fuerat ↄmiſit. hui⁹ p̃r cũ in egipto negociaret̃ cũ p̃re frãciſci fuſcari de quo iã mentio facta ẽ. ab heremi
ta. quẽ pariter adiit. nõ min⁹ letũ vaticiniũ quã ille accepit. ille eñ filiũ quẽ hẽbat futuꝝ p̃rie principẽ. hic
ſuũ inter ſacerdotes ad ſummũ euaſuꝝ didicerat. Eugenio v̓o gabrieli nomẽ inditũ fuit. Qui cum adole-
uiſſet defunct̃ parẽtib⁹ euãgelii nõ ſurd⁹ auditor p̃rimoniũ qḋ ab illis nõ tenue accep̃at. inter xp̃i paupes
erogauit. Exĩn antonio corario couite eiuſdẽ ſenioris adoleſcẽte religionẽ intrauit. in q̃ ſumma cuʒ laude
v̓ſatus tamdiu cũ illo vixit. donec angelus corario gregori⁹ terciuſdecimus appellatus ſedẽ petri ſortit⁹
cũ alter ab altero ſeparari nõ poſſet. ambos aduocãs ſeneſi eũ bononiẽſi anthoniũ p̃fecit eccle nec diu mora
tus vtrũq̃ cardinalatus honore dignatus ẽ. in quo ambo claruerũt. ſ; hic ſummũ põtificatũ adept⁹ mag̃
eminuit q̃ ⁊ ſi oriẽte ſciſmate in p̃ncipio ſui pontificatus vſq̃ ad obitũ cũ baſiliẽſibus cõtenderit. Corona-
to tñ ſigiſmũdo ceſare grecoꝝ ⁊ armenioꝝ vnione pacta ciuitatib⁹ eccle q̃s amiſerat recup̃at̃ tyrãnis p̃ cir/
cuitũ deletis. ↄtumacia rõnoꝝ edomita. victor inclit⁹ hoĩem exuit. Hic me q̃uis aliq̃n aduerſus eũ exiſti-
mans. deo ſacrificiũ facẽ cũ baſilienſibus ſenſiſſem. Nã in eo tp̃e tota nutabat eccla. veniẽtẽ ad ſe benigne
recepit. inter ſecretarios collocauit ⁊ ap̃licis ſb̄diaconatus honore donauit. Eccliaʒ quoq̃ tergeſtinã pau/
cis dieb⁹ anq̃ moreret̃ falſo rumore vacantẽ audiſſet. mult̃ illã petẽtib⁹. nisi vni p̃ oĩb⁹ deſtinauit. quod
poſtea ſucceſſor ipi euit. Nicolaus q̃nt⁹ natõe tuſcus. ex oppido ſarezana. p̃re medico theologica doctrina
illuſtris. ⁊ omi ferme ſciaꝝ genere inſignis. poſt eugeniũ ĩ petri cathedra ſuffect⁹. Qui pauc̃ añ mẽſibus
cardinalatũ ab eo cũ felice apud germanos legatõem obiiſſet. Nec diu p̃us ep̃atũ bononiẽſem acceperat.
Hic vrbẽ mult̃ ⁊ maximis edificiis exornauit. cui⁹ op̃a ſi cõpleri potuiſſent nulli veteꝝ impatoꝝ magnifi
cennia ceſſura videbãt. Sʒ iacẽt aduc edificia interrupta. ruineq̃ muroꝝ ingẽtes. Sciſma qḋ apud ſubau
diẽſes aduc ĩ eccla vigebat. exploſit amedeũ papatui renũciãtẽ in g̃ram recepit cardinalat⁹ honorẽ ⁊ in p̃ri
no dñio legatõem reliq̃t. cardinalib⁹ aliquot ab eo creat̃ dignitatẽ dimiſit. roãnos lõga pace ditauit. iu-
bileũ feliciter geſſit niſi qḋ ĩ põte ſcti angeli ĩ ↄcurſi õe ppl̃oꝝ improuide facta. ducẽtos circiter homĩes. aut
ↄculcatos aut ĩ fluĩe eiectos p̃iſſe ↄſtat. Bernhardinũ ſeneſeʒ ordĩs mĩoꝝ ꝓfeſſorẽ. q̃ paulo añ obierat. in
nũeꝝ ſctõꝝ retulit. Fridericũ terciũ ĩp̃atorẽ ⁊ leonorã auguſtã matrimonio iũxit. ac de more iũctos corona-
uit. familias habũde ⁊ cũ multa leticia paſcẽs. Bis cardĩales creauit. ⁊ p̃mo q̃dẽ te v̓nũ antoniũ natõe ma
ioriceñ. ad titulũ ſcti criſogoni. quẽ ſibi p̃hie ſtudiis ⁊ archanoꝝ ſacre theologie cognitõem ex oĩb⁹ pareʒ
elegerat. Scḋo ſex creauit. aut doctrina p̃celebres. aut gener̃ claritate ĩſignes iter quos ⁊ germanũ ſuum
philippũ ſctẽ ſuſſanne cardĩalẽ aſſumpſit. placidis morib⁹ ⁊ ĩcorrupte fidei virũ. Libros ex tõ grecia exq̃
ſitos ad ſe iuſſit afferri. ⁊ in latinã cõuerti linguã curauit. magna premia trãſlatorib⁹ prebẽs. ⁊ acceptiſſi-
mi ei fuerũt in trãſferendis opibus Georgius trapezuntius. Laurentius valla. petrus candidus decẽber
⁊ Gregorius caſtellanus itemq̃ demetrius natione grecus. qui ſoluta oratõne vtens. cũ põtificis aures
mirifice oblectarent. nihil ex eo quod peterent. non abſtulerunt. In homeri v̓o poemate quod ab heroico
carmine latinum fieri magnopere cupiebat. Cum plurimi ei morem gerere conarentur. vnus tñ inuent⁹
eſt. q̃ acri ei⁹ iudicio ſatiſfaceret. Orati⁹ roman⁹ q̃ ſcribatũ ap̃licuʒ ea de re cõſequut⁹ magniſq̃ pollicatiõi
b⁹ illect⁹. Iliadeʒ aggreſſus. nõnullos ex ea libros latĩos fecit dignos. q̃s nr̃a miraret̃ priſca ñ ĩprobaſſ
etas. Nicola⁹ q̃ʒ perot⁹ polibio e grec̃ comode atq̃ ornate ad nos traducto. Iohes tortelli⁹ aretin⁹ libro d̃
orthographia p̃itiſſime cõſcripto. Albtus florẽtinus ↄditis de architectura egregiis voluminibus aliiſq̃

pene innũerabilib⁹ noua cudẽtes opa ei⁹ pontific grãm meruere. Adeo em̃ ingenia excitauit fouitqȝ Ni
colaus vt vix cũ inueniri poſſit. in quo magꝭ hũanitatꝭ ꝛ eloq̃ntie. ceterarũqȝ bonarꝫ artiũ ſtudia q̃ȝ ſuo tpe
floruerit. Jllud certe nemo negauerit. tot ei a doctiſſimis virꝭ inſcripta eẽ volumĩa. quot neqȝ ſuorꝫ p̃decceſ
ſorꝫ. neqȝ ĩpatorꝫ cuiuſpiã noĩ dictata ꝯperim⁹. Vnũ tñ edoctũ ab eo neglectũ miramur. Blondũ flauiũ fo
roliuẽſeȝ q̃ res a declinatõe rõni ĩpij vſqȝ ad etatẽ nr̃am toto orbe patratas mirabili ordine ĩ duas digeſſit
decades romã deſcribẽdo iſtaurauit. ytaliã illuſtrauit. deinde triũphantẽ orbẽ ſcribere adorſus oẽm nobis
vetuſtatẽ aperuit. ſꝫ ita ſerunt hoĩm mores. praro quẽq̃ȝ extollit põnfex. quẽ p̃ceſſor amauit. Ceterꝫ Nico-
laus ꝛ veterib⁹ ꝛ nouis codicib⁹ ornatiſſimaȝ bibliothecã inſtruxit. Jn q̃ circiter tria milia librorũ volũia
cõdidit. Sacrariũ aplicũ vaſꝭ aureis ꝛ argẽteis. ſacerdotalib⁹ indumẽtꝭ mirifice decorauit. Altaris orna/
menta aulea q̃ȝ ex auro cõtexta mirãdi opis coemit. Suppellectilẽ toto palatio neceſſariã magnificẽtiſſi-
me ꝑatã duplicauit triplicauitqȝ. Legatoib⁹ q̃s publice audiuit ita rñdit vt dubiũ eẽt. ſapiãm ei⁹ an elo-
quentiã an magꝭ adimere. Si q̃s eẽ ĩ vrbe pegrinos extĩmatõe dignos accepit ꝯfeſtim eos. miſſis xenijs
honorauit nobiles ſua domo extorres q̃ ad ſe venerãt benigne cõfouit. paupib⁹ xp̃i largas elynas dedit.
religioſꝭ mẽdicãtibus nihil ad neceſſitatẽ deeſſe ſuſtinuit. ĩ ecclias vrbis p̃lima dona ꝯtulit in p̃rimonio bĩ
petri p̃limas ac mũitiſſimas arces oportunis locꝭ erexit. hui⁹ tñ tã admirabilꝭ tam expetẽdi põnficꝭ vite ñ
defuerũt inſidiatores. Stephan⁹ em̃ rõnus familiã porcaria tenuit cenſu eques. res nouas ſepe ĩ vrbe mo
litus. ac ꝓpterea bononie relegat⁹. clam inde excedẽs magnis itinerib⁹ romam redijt. Conuocatiſqȝ mox
amicis. mentem ſuam expoſuit turpe eẽ dictitãs. cã vrbẽ q̃ totã ſibi ſbieccerit orbem. Nũc ſacerdotũ impio
ſbiacere. quos recti⁹ feminas q̃ȝ viros. q̃ſqȝ appellauerit. veniſſe ſe patũ p̃ric iugũ excutẽ rẽ factu facilẽ ſi vi
ri fuerint. nicolaũ põtificẽ celebre epyphaniarũ die ĩ ede. b. petri ſacra facturũ. haud magno negocio cõp̃
hendi poſſe. pp̃lm libertatꝭ amore. q̃ȝ ꝓclamari cũ audierit mox opẽ audẽtib⁹ daturũ ad colligandũ autẽ
p̃ſulẽ cathenã aureã ſecũ attulit. a ſe iã p̃ridẽ ꝑatã. quã cõgregatꝭ oñdit neqȝ em̃ mox occidẽduꝫ p̃ſulem ex
vſu eẽ dicebat. Sꝫ obſuandũ donec arcẽ ſancti ãgeli p eũ recuparẽt atꝫ vt erat hõ facũd⁹ facile ĩ ſuã ſniam
cõgregatos traxit. atꝫ eo facilius q̃ inopes ere alieno grauatos ꝛ ob ꝑpetrata ſcelera iudiciũ formidãtes
ad ſe vocauerat q̃bus nihil erat ĩ pace ſperãdũ. Sꝫ p̃ſenſit inſidias nicolaus miſſiſqȝ militibus cõp̃hendi
hoĩem iuſſit illi eũ iã aĩo fractũ. ꝛ apud ſororẽ in archa latẽtẽ inuenerũt cõplices ei⁹ in domo q̃ cõuenerãt
expugnati captiq̃ȝ ſunt. e q̃b⁹ vn⁹ baptiſta ſciarra manu ꝓmpt⁹ ꝛ aĩo intrepido. p medias pontificꝭ cohor
tes inani gladio ſibi apperiẽs effugit. ſtephan⁹ ĩ arce ſcti ãgeli alij ĩ capitolio ſuſpẽſi vitã finire atq̃ȝ ita pon
tifex maxim⁹ ingẽti piculo liberat⁹ romane ſedis dignitatẽ impiũ ſuauit. Felix põtifex ꝛ oĩm iudicio bea/
tiſſim⁹ niſi eo ſedente turci vt añ diximus ꝯſtantinopolim expugnaſſent xp̃ianorꝫ deſidie atq̃ȝ ignauie me-
morabile ꝑpetuũ. Acceſſit ꝛ aliud q̃ð nõ paruꝫ eius gl̃iam ĩminuit. Nã cũ pacꝭ ytalie q̃ cũ vehemẽter ferro
vaſtabaꝭ ꝛ igne. Jp̃e repator ꝛ arbiter cõcordi partiũ voto delectus ẽ. dũ diẽ ex die in deliberatione du-
cit ſuſpectus eẽ frãciſco Sforcie iã mediolanẽſiũ principi ac venetꝭ cepit tanq̃ȝ eã ſniam ꝓmere nollet. que
alijs pacẽ ecclie alijs bellũ allatura videreꝭ. Ob quã rẽ intercẽdẽte ſymoneto monacho ordinis heremi-
tarꝫ ſancti Auguſtini ꝓfeſſore obſcuri antea nominis ꝛ ꝓrſus ignoti. ſꝫ vite integritate ꝓbato veneti cum
franciſco duce ꝯueniẽtes inter ſe cõcordie leges dixere. ꝯſtituta die intra quã bello ſocij pacẽ ratã haberẽt
viſum ẽ id oĩnib⁹ monſtri ſile humilẽ ꝛ incognitũ monachũ ytaliã pacaſſe. ſꝫ recuſante alfonſo paceꝫ. q̃ in-
ſcio dicta erat vanã eẽ nicolaus q̃ de ſe hĩta fuerãt ſuſpitõem oñdit. miſſo ad alfonſum legato dñico ſancte
crucis cardinali prudẽtia ſingulari ꝛ vite integritate cõſpicuo. qui cum caietã. deinde neapolim ꝑueniſſet
interuenientibus venetorꝫ ꝛ aliarꝫ partiũ legatis differẽtijſq̃ȝ omnibus tanq̃ȝ ex integro diſcuſſis alfonſo re-
gi nonſolũ pacem ſuaſit. ſꝫ fedus in annos q̃nq̃ȝ ꝛ viginti inter oĩnes ytalie potentatus ꝑcuſſit. cuius ro-
manus pontifex ꝛ cõſuator ꝛ iudex dictus eſt. Sed cũ doloribus artheticis p oẽm ferme pontificatũ ſuũ
Nicolaus vehementer laboraſſet indies magis ac magis opprimereꝭ. nec iã ampli⁹ mortalẽ pollutũq̃ȝ co
mitatũ candidior anima dignarẽtur e vita deceſſit. ab eo q̃ iu pontifex eugeni⁹ munera tradiderat. nõſo/
lũ cõfirmata ſunt. ſꝫ ampli⁹ pontificalis dignitas adiecta. Tergeſtinaqȝ primũ ecclia. deinde ſeneñ. ꝯmiſſa

¶ Caliſtus tercius poſt eũ beati petri cathedrã obtinuit natione hyſpan⁹ ex regno valentie nobili genere
natus. vn⁹ oĩm q̃ ſuo tpe ſciam iuris ꝓfitereꝭ eminẽtiſſim⁹. ꝛ q̃ cõſiliũ regꝭ alfonſi in q̃ multis ãnis p̃ſede/
rat. Jlliuſqȝ artes ac cautiones p̃ ſe ferret. Js vt primũ põtificatus apice adept⁹ ẽ mox aĩm ad delendam
turcorꝫ ꝛ legẽ ꝛ gentẽ cõuertit votũqȝ vouit. ad eã rem ſolennes miſit in galliã. in garmaniaꝫ. in hũgariã.
in orientẽ legatos primarios ſancte ro. eccie cardinales. e quib⁹ nullus aduc redijt. Alanũ tñ cardiãlẽ ſctẽ
hraxedis magno ingenio virũ ꝛ aĩo ſecuro ꝛ potẽti ꝓpediem e gallia reuerſurꝫ putãt. Naualia q̃ð antea ĩ-
auditũ fuerat rome cõſtituit triremes q̃ȝplures ad ripã tyberis in ciuitate leonina parit annauit in turcos
miſit comitẽ iacobũ pycininũ ſenenſibus vt dictũ ẽ armis inſultantẽ. miſſo milite ſuo repſſit. Regi alfon-
ſo querenti ex eo. quo pacto inuicem victuri eſſent regna ſua. Reſpõdit ip̃e regat niſi ſummus aplic⁹ guberi/
natoem relinquat. veras eorꝫ multis de rebus diſſenſiones. magna pars ytalie ſimulatas cõfictaſqȝ credi-
dit. qui fidem dedere cõtentioni alij caliſtum alij alfonſuꝫ alij vtrũqȝ accuſauere. Quorꝫ alter regẽ ſub quo
natus eſſet. alter ſuũ ſacerdotem cui tanq̃ȝ vicario dei parẽdum eſt ferre nõ poſſet. His cardinales a caliſto
creati ſunt. primo tres. ex quibus duo nepotes eius fuere. quorꝫ ꝛ ſi fuit etas aliquanto iunior. q̃ȝ tanta di
gnitas videretur expoſcere. doctrina tñ ꝛ circũſpectio ꝛ morꝫ ſuauitas id honoris haud iniuria conſecuta
cenſeꝭ. Terci⁹ fuit iacob⁹ de portugalia regio ſemĩe nat⁹. ĩ q̃ ea modeſtia. ea grauitas id acumẽ ingenij. id
ſtudium lr̃arum. is amor virtutis emicuit vt q̃ȝuis iuuenis aduc tardius tamen opinione omniũ ad eã di-
gnitatẽ aſcẽderit. Scdo loco ſex aſſumpti ſunt. haud profecto indigni. ſi me vnũ demas. tãto munere meo
tñ iudicio. nulli dign⁹ id honoris obuenit. q̃ȝ iohãni epõ zamoreñ ciuilis ſapientie cognitione ſublimis

q̄ vno de q̄draginta annis romanā ſecutus curiā ꝑ oīa ferme officia caſtus innoxiuſqꝫ trāſierat cancellariaꝫ
vō q̄ a tp̄e nicolai in carcere tulliano cardinali ac marchie legato cōmiſit germanū eius petrū borgiā egre-
gia ſpecie atqꝫ indole iuuenē. eccl'iaſtice militie ducē p̄fecit. Exin p̄fecturā vrbis ei cōmiſit ludouico cardīa
li ſanctoꝝ q̄tuor coronatoꝝ. ⁊ ip̄e q̄ꝫ nepoti legatōem bononiēſem demādauit. Vincētiū natione hyſpanū
⁊ oſmūdum anglicū miraculoꝝ fama illuſtres inter ſctōs redegit. Legatos ī Scithiā ⁊ ꝑſidē ī ethiopiā mi
ſit. q̄ xp̄ianos ꝑ oriente in fide cōtineret. ⁊ aduerſus religionis hoſtes armaret. Schanderbechio in alba-
nia multiſqꝫ aliis ꝑ greciam turcoꝝ bello laborātibꝰ pecuniaria ſbſidia largitus ē. Trāſfigurationis dn̄ice
feſtū inſtituit. ⁊ celebrare publice iuſſit. aſſumptionē ſuā priuſqꝫ pōtifex maximꝰ eligeret pluribus annis
p̄dixit. Cladē quoqꝫ quā turci apud albam ī hūgaria ſuſtinuere anq̄ꝫ fieret vaticinatꝰ ē. Nūc quoqꝫ de futu
ris multa ⁊ magna ꝓmittit. q̄ diuina pietas nō abnuat velim. Mortuo iohāne comite taliacozio q̄ e ꝓſa-
pia vrſinoꝝ fuit. cum maſcula et ſoboles nulla eſſet vrſini hereditatem eius ꝓpinq̄tatis iure ad ſe traxerunt
Id egre tulit comes euerſus cuiꝰ filia nupta eſſet vnica iohānis filia. Ventū ē ad arma colūnenſes comiti
euerſo auxiliū p̄buere. deinde hortante pontifice ꝓſper cardinalis martini q̄nti romani quondā ſapiētiſſi-
mi ⁊ feliciſſimi pape nepos. eius gētis honoratiſſimꝰ ⁊ lr̄arū ſtudio late clarus. cognationē ſuā bello ſub-
traxit inter vrſinos ⁊ euerſum vſqꝫ hodie impacate durāt inimicicie. Latinꝰ ſanctoꝝ iohānis ⁊ pauli cardi
nalis illuſtris vrſinoꝝ familie princeps dexterrimo vir ingenio iuris ſc̄ia ⁊ aīo. q̄ alia curet. parua deſpici-
at inſignis ex vrbe ꝓfectus. ad oppida ſua receſſit. tanq̄ꝫ rome nō ſe ſatis tutū exiſtimaret. ſiue comitis in
ſidias veritus. ſiue pontificis indignatione ꝯmotus. nec reuocatꝰ. in hāc vſqꝫ diē reuerti voluit. Caliſto i-
ter om̄es cardinales duo ad hoc vſqꝫ tp̄s inprimis auditi atqꝫ accepti fuerūt wilhelmus Rothomagenſ
ameno ingenio. ⁊ ſanguinei origine clarus ac petrus ſancti marci eugenii quarti nepos patricia apud ve-
netos gente natꝰ. ⁊ induſtria potens. ſiue q̄d coꝝ cōſiliis multū ineſſe crederet. ſiue q̄d alteꝝ francie regnū
alteꝝ venetoꝝ rempublicā dicere poſſe arbitratus ē. Symonē romanū p̄bie ſtudiis ⁊ arte medica excellen
tem adeo dilexit. vt frēm eius iacobū ep̄m feretranū q̄cꝫ virtute preſtātem ſua potiſſimū ꝯſideratōne ru-
beo galero donauerit. In audiēdis legatōibꝰ priuatoruqꝫ hoīm cauſ antecceſſoꝝ ſuoꝝ facultatē longe ſu-
perauit. Ep̄las ⁊ regibus ac amicis ꝑ ſeipm dictauit in ſignādis ſupplicationibus libēs ⁊ hilaris tēpus
abſumpſit. De iure interrogatus ꝑcupide r̄ndit. leges canoneſqꝫ tam ei fuerunt in promptu. q̄ꝫ ſi heri aut
nudiuſtercius ſcolā iuris primū exiuiſſet. Nihil em̄ memoria ſua excidit q̄d retinēdū exiſtimauit. ceteꝝ nul
la facultas ei iuris cognitione potior viſa ē. in q̄ ip̄e ita excellut vt ſuoꝝ p̄deceſſoꝝ. q̄ ſibi poſſit equari. vix
vnꝰ aut alter inueniat. Hic poſtq̄ꝫ ordini cardinaliū me inſcripſit. varmiēſem q̄ꝫ ecclīam ad mare baltheū
in ſarmathas ſitū poſtulātibus canonicis ꝯmēdauit. cuiꝰ poſſeſſionē fremētibꝰ ea in regione crudelibus
⁊ atrociſſimis bellū nōdū aſſeq̄ potui. In vmbria q̄ hoc tp̄e ſub ducatu ſpoletano cōtinet pauce ciuitates
inteſtinis ſeditōibus caruerūt. Nurſia q̄nti ſertorii quōdā p̄ria guelfarū ꝑtiū inſidiis ſepiꝰ agitata vix tan-
dē reſpirare potuit. Narnia quā ſulphurio gurgite candidꝰ amnis circuit ancipiti vix adcundo iugo gi-
bellinoꝝ factione depſſa guelforū ꝯſilio ducta q̄eſcit. Nō amerinis. nō reatinis. nō fulginatibus. nō orta
nis nō ip̄is deniqꝫ ſpoletanis ſue calamitates defuerūt. Sꝫ aſiſina ciuitas oīm miſerior īnēta eſt. q̄ dūmō
brachianānō Sforcianā factōꝫ amittit. ⁊ nō ꝑtē q̄ ſupior. nūc alterā q̄ īferior appellat expellit eo deducta
ē. vt iam ciues vniuerſi. nō ſolū inferiores. ſꝫ nulli potiꝰ vrbe iā pene deſerta dici pn̄t. Picenum regio-
nē. quā nr̄a eras marchiā vocāt. Franciſcus Sforcia vicecomes eugenio q̄rto ponti. maximo cū rebus ba-
ſilienſibꝰ occupato. ⁊ nō ſolū philippi marie ſꝫ alfonſi quoqꝫ regis inimiciciis implicito vna quodāmō ex
curſione ademit. nōnulliſqꝫ poſt annis cōtinuata poſſeſſione retinuit. Interim captus amore puelle. q̄ in-
ter v̄gines cōiugi ſue ſuiebat. ⁊ ſibi multaꝝ moleſtiarū. ⁊ illi necis cā fuit. ꝑpetua ea vocata ē. apud nouari
enſes honeſtis parētibus orta. forma egregia. ⁊ ingenuis moribꝰ. niſi potētis dn̄i decepta blandiciis. vir
ginitatē cū adulterio ꝑmutaſſet. hec cum paulatim intumeſceret vterus ad tegendū facinꝰ. queſito qui eā
duceret viro deſpondet. Conſtituto nuptiarum die vocatis amicis. apparatō grādi cōuiuio. ſponſus in
oppido quod a franciſci curia non longe inhabitabat aduentum noue nupte preſtolabat ducitur illa mul
tis comitata nobilibus. Sed ingreſſa oppidū. cū deſcendere in domo ſponſi crederet. iuſſa vlterius ꝓge-
re in arcē rapta ē. nec vlteriꝰ infelici viro vidēde ſpōſe copia fuit. Qd̄ cum blāca frāciſci ꝯiūx cordatiſſima
mulier cognouiſſet. nūq̄ꝫ deinde q̄euit. donec dimiſſis ꝑcuſſoribꝰ puellā q̄uis diligenter cuſtoditā interfe-
cit. frāciſcꝰ q̄uis ea re valde ꝯmotꝰ. vxoris tn̄ iuſto dolori cēſuit ignoſcendū. Exin pōtifex eugeniꝰ iā phi-
lippo regiqꝫ ꝯciliatꝰ nicolaū picininū cū exercitu aduerſus frāciſcū miſit regēqꝫ vt iter in marchiā duceret
adhortatꝰ ē. annuit alfonſus. delectuqꝫ militū hīto cū florētiſſimis eq̄tū peditūqꝫ copiis in picenū ꝑuenit.
Iūctiſqꝫ apō hiſiū cū picinino caſtris eoꝝ totiꝰ exercitꝰ duce ꝯſtituto ꝯterritos oppidanos ī deditōꝫ eccl'ie
ꝯpulit. q̄ꝝ exēplo ⁊ ſcti ſeuerini incole ſeciū claues portarū miſere. Que cū frāciſcꝰ accepiſſꝫ copiis ſuis ꝑ
munitiora ꝓuincie oppida diſtributis ꝓtrahere bellū e re ſua arbitratus ē. Exin cū petrꝰ brunorꝰ vnus e
copiarū ſuarū ductoribꝰ. cū. dccc. eq̄tibꝰ ad regē trāſiſſet. maceracēſes vō ac ſolētinates deditionē eccl'ie fe-
ciſſent. Cōſentiētibꝰ venetis ac florētinis redire ſe in g̃ram philippi ducis mediolani vt regis impetū euade-
ret amicis iterpoſitis ſimulauit. Credidit philippꝰ l̄riſqꝫ ac nūciis vti copias ī regnū reduceret alfonſum fru-
ſtra rogauit turpe em̄ regi videbat inuito eugenio rem īfectā relinq̄. ꝑſeuerauit igit atꝫ acriꝰ inſtās angu-
lū oppidū in deditōem eccl'ie recepit caſtrum planū vi captū militi diripiēdū dedit. nec territꝰ ē. q̄uis phi-
lippꝰ ea re cōmotus pacē cū venetis ac florētinis feciſſet. Sꝫ aeſim cum exercitu petens troylū copiarū du-
cem. cui franciſcus maxime fidebat. Nā ⁊ multos annos in eq̄tatu ſuo primos ordīes duxerat ⁊ ſororē eiꝰ
in vxorē acceperat. tradita ciuitate ſeſe dedentē in comitatū ſuū recepit. Deinde rochamcōtratam cum de-
fendente ruberto franciſci nepote. pluribꝰ diebꝰ fruſtra oppugnaſſet. ad metaurū amnē ſupra fortune fanū

quo ſe franciſcus cum reliquo equitatu receperat cōtinuato itinere duxit. Ibi ad Alfonſū tybicen quidā
a franciſco ī caſtra veīt īpetrataqꝫ a rege ꝓ ſui ordīs more. liberiꝰ loqndi venia. mlta nephária ī nicolaum
pñtem franciſci noīe ꝓbra ꝯgeſſit. ꝓditorē ac pfidū appellans regemqꝫ admonēs ne illi ſe credat. cui fal
lere potiſſimū ſit. Poſtremo nicolaū franciſci vrbis ad duellū ꝓuocauit. In q̄ duces ipi eorumqꝫ copie de
glīa de dignitate certarēt. aparituꝝ q̄ dē vno prelio ducū ſīl' atꝫ eqtū ꝟtute ſīl' a rege petijt vt equus ſpecta-
tor pugne adeſſet. Nicolaus iā inde ab initio ea audiēs ꝯmotꝰ. haud lenioribꝰ ꝯuicijs ī frāciſcū abſentem
cōiectꝫ fidē ſuā mltꝫ exemplis cōprobās egre ſibi eē rñdit. Corpꝰ ſuū vulnere ī ceruice recepto debilitatum
fuiſſe oñſuꝝ ſe ſingulari certaīe vter eoꝝ ꝓditōis īfamia cēſendꝰ cēt. niſi fortūa hāc ſibi facultatē abſtuliſſꝫ
oblatā tñ pugnandi cū exercitibꝰ cōditōez. leto ſe aīo. cū bona regis venia accipe. Poſtero die cū copijs ſu
is ſb ipam vrbē ſauū patenti campoſutuꝝ. qꝺ cū a ſe poſtulare nicolaū decoris tuēdi cauſa rex aīaduerteret
vtriuſqꝫ ptꝫ ſecuritati ſeſe ꝯſultuꝝ recepit. Sꝫ cū dicta die nicolaus ī campū cū ſuis ꝓceſſiſſet. atqꝫ inſultās
vrbis menibꝰ vſqꝫ ad portas cucurriſſet. Rex ꝟo ꝓcul īde ad mille paſſus cū exercitu ꝯſediſſet. Liberꝝ vtri
qꝫ pti pſtaturus campū frāciſcus ſine regi parū fidēs. ſine glīam ſuā de q̄ ꝑ id tp̄s haud dubie iactabaꝛ ī di
ſcrīne adducere veritꝰ. intra vrbē ſuos ꝯtinuit. Mag̃ inter franciſcū ⁊ Nicolaū. nō emulatio mō vigiut ob
rei militaris glīam. cuiꝰ primas ptes ſibi vterqꝫ arrogabat. verū ⁊ ſimultas ingēs ob veteres inimicicias
q̄ olim īter Brachiū ⁊ Sforciā fuerāt. q̄ꝝ alter frāciſco pr̄ alter nicolao mgr̄ ac dux fuerat. atꝫ idcirco nō tm̄
hoſtes ſꝫ vt inimici inter ſe bellū gerebāt. nec ſb vno eodēqꝫ pncipe vt militarēt adduci poterāt. Nicolaus
ex corpis breuitate pycinini nomē qꝺ ytalica ligua puū ſonat accepit. Sꝫ q̄nto mediocritate ſtatura eiꝰ īfe-
rior. tanto aī magnitudo ſupior. Pauca ei ꝟba fuerāt atꝫ paꝝ compta. Sꝫ q̄ mltaꝝ ac magnaꝝ reꝝ ſniam cō
phenderēt. in milites ſuos idulgēs. ī amicos liberal'. in hoſtes durꝰ ⁊ aſper. dimicandi cupidꝰ. q̄etꝫ impa-
tiens. glīe auidus. ⁊ ī picul' obeundis ꝓmptꝰ ac ſecurꝰ. plūs ex occaſione ꝓtinꝰ ſumpſit. hoſtē celeritate p̄-
uenit excurſione fatigauit. leuis armature. eqte magiſqꝫ pedite vtebaꝛ. fortes atꝫ aſperos milites amauit.
hoſtiū nūero deterreri nō potuit. Quibꝰ rebꝰ cū plimos ⁊ ī gallia cyſalpina ⁊ ī reliq̄ ytalia triūphos ex ho
ſte duxiſſet haud dubie reꝝ geſtaꝝ magnitudīe ⁊ glīa mgr̄o ſuo Brachio maior euaſit. Franciſcꝰ aūt hone
ſto corpe fuit. ⁊ qꝺ mediocritatē non paꝝ excederet. amplo pectore. robuſtis mēbris ⁊ apte diſpoſitꝫ. facie
grata. iocūdis ocul'. caluicie venerabilis. facūdia copioſus ingenio pacti. aīo reꝝ magnaꝝ cupido. ſolers ī
miſtrandis rebꝰ. ī laboribꝰ pferēdis inſatigabilis. in occaſionibꝰ ꝓſpiciēdis acutꝰ. ⁊ ſagax ī hoſtibꝰ fallē-
dis. ꝟſutꝰ ⁊ vaſer ī pſagiēdis euitandiſqꝫ dolis. ac hoſtiū ꝯſilijs pūertēdis cautꝰ atꝫ ꝓuidꝰ. Raro niſi ex
deſtinato cōflixit hoſtē. ſepiꝰ obſidēdo qꝫ decertādo cōfregit. peditatū ī mag̃ precio hūit argento atqꝫ auro
cultos eſſe milites voluit. in exeq̄ndis cōſilijs celer ac pſeuerās ī oī renouāda pñtia aī laboꝝ tollerātia. vſu
exercitatione cōſilio mirifice inſtructꝰ. q̄bꝰ artibꝰ breui adeo magnꝰ effectꝰ ē. vt viꝰ ex oībꝰ copiaꝝ ducibꝰ
inuictus ſit. q̄ cū Nicolao de rei militaris principatu cōcertare poſſet. Nā cū ſcīa rei militaris atꝫ auctē pa-
res viderēꝛ. diu dubiū fuit. vter alteri anponendus eſſet. Sꝫ hāc litē fugatꝰ paulopoſt nicolai exercitus. ⁊
in gens victoriaꝝ franciſci curſus ⁊ mediolancū. fortuna ī eū pleno cornu trāſlata ꝓrſus diremit. Ceterū
fam expugnatōꝫ cū rex difficillimā itelligeret. nō frāciſci ſolū magni ⁊ ꝑitiſſimi ducꝫ pñtia defenſi. verūetiā
qꝫ vrbs mari adiacens claudi. ne cōmeatus intraret haud quaqꝫ potuit. inde abiens in firmanū duxit quo
in loco cū alexander franciſci frater eruptione facta. poſtremū agmen eius inuaderet. cōuerſis in euꝫ ſignis
hoſtem intra vrbem repulit atroci pugna per muris facta ⁊ antemurali quod pro vallo ſtabat vi capto. De
inde ad turrim palmaꝝ compoſito agmine. ꝑuenienti franciſci epl'a reddita ē nuncio intercepta. q̄ troilo ac
petro Bruniauro inſcripta. inter cetera ea ꝟba contiuebat. ne amplꝰ differētes. tam tandē cogitata matu-
rarēt quapropter omēs de ꝓditione ſuſpectos armis eq̄ſqꝫ ⁊ omē ſuppellectile priuatos. in vincula cōie-
ctos in arogoniā miſit ⁊ in arce ſatabie valentini agri cuſtodiri mandauit. nec diu poſtea cuꝫ temaritani de
ditōem feciſſent in regnum ſuū diuertit. duobus milibus equitū ad pycininū q̄ ad montem aureū cū exer-
citu ſubſtiterat tranſmiſſus. Sed priuſqꝫ illi aduētaſſent pycininus repentino franciſci aduentu inuaſus p̄
lio. fuſus pulſuſqꝫ fuerat. Clinus in quo caſtra poſita erāt. ⁊ oppidū ꝓximū diſſipatos fuga ſuauit. Fran
ciſcus ea victoria ſimul ⁊ ꝓfectione regis elatus picininū vndiqꝫ veluti victor percurrere ⁊ infeſtare cepit.
Rogatus ab eugenio alfonſus eo reuerti. cū iam ſe itineri accīgiſſet. noui regni motibꝰ domi retentus lu
pum virreū vrſinū garſiāqꝫ cum non paruis copijs aduerſus Sforciam miſit. Interea nicolaus pycininꝰ
a philippo in galliā reuocatus frāciſcū filiū cum pte copiaꝝ in pyceno dimiſerat. Quē Sforcias ad mōtē
vlmum prius pugna ſuperatum intercepit quā regꝫ auxilia ei aduēniſſent. Poſt hec ludouicꝰ aquilegieñ.
patriarcha eam prouinciam ab Eugenio ſortitus iohannem vintimiliū inter belli duces famam preſtan-
tem. cum magna equitum peditumqꝫ manu a rege miſſum. omnibus copijs ſuis prefecit. cuius induſtria
auſidam oppidum obſidione clauſum in deditionem accepit. Erant eo tempore non parue philippi copie
apud cingulum oppidum contra franciſcum miſſe. Nam philippus cū frāciſci recōciliatōem iā tandē mu
tilatā intellexiſſꝫ Italianū Forlanū ī rebꝰ bellicꝫ late cognitū. q̄ pōtificꝫ ptes adiuuaret eo trāſmiſerat. Cū
cum patriarcha ⁊ vintimilius per rectam viam coniūgi non poſſent. Nā media loca franciſcus obtinebat
magnis itineribus promontana ad eum peruenere. quo cognito franciſcus e pyceno diſcedens in vrbina
tem agrū ſeſe recepit pr̄iarcha montē molonē obſedit atqꝫ obtinuit. Deindē oppidum ſancti angeli vi ex
pugnans diripiendū militi dedit. vintimiliꝰ paulopoſt ab eo ī regnū ad hiberna recedēs ꝑ agrū firmanū
nō ꝓcul a mōte ſctō cōſtitit cuiꝰ aduētū ꝯterriti oppidani. emiſſis oratoribꝰ deditōꝫ fecere ſimiqꝫ circūiecta
caſtella. deīde ad mōtē altū ꝓfectꝰ. dies aliq̄t ibi māſit. Interī firmani ꝯiuratōne fctā ſpe ꝓpinq̄ auxilia a
frāciſco defecerūt alexādro frē cū magna equitatus parte in arcē cōpulſo. q̄bus ⁊ vintimilius ⁊ pontificis

copie mox auxiliū ꝓbuere. Sed cum arx eiuſcemodi eſſet, vt ſola fame vinci poſſet. premunitis vrbis par/
tibus. ne deſcenſus ex arce fieret vintimilius vti ꝯſtituerat. in hiberna ꝯceſſit. Sequēti āno alfonſus temū/
dū burllum ⁊ cū eo mille equites. totidē pedites ad pr̄iarchā in pycenū miſit. q̄ vbi cū iacobo caynano ī
eccīe caſtra ꝑuenit. mox ytalianus forlanus mandāte philippo maria ꝯphenſus ē. at poſt triduo iuſſu pa/
triarche apud Roccācontratā ſecuri ꝑcuſſus. montē ſabrū deinde cepere. ⁊ aliq̄t caſtella friderico vrbina
tū ꝑncipi eripuerunt. ſ cū iā duo milia eq̄tū a florētinis ac venetis miſſa. franciſci exercitum auxiſſent.
Philippus vō exercitu ſuo ad caſale maiꝰ iuxta flumē padū a venetis pugna fuſo ac caſtris exuto. copias
